Regesti di donazioni al monastero di Rosazzo
dal 1150 al 1332.

… sint gemerken dy gůt, dy von der herschaft von Gorz auf das
Kloster gen Rosacz sind geben:
Anno domini millesimo decimonono comes Marquardus Goricie, pater
…rici patriarche et Heinrici comitis Goricie dederunt bona in Poseliano.
Millesimo CL secundo. Engelbertus marchio dedit villam in Cesan.
…llesimo CCXX. dedit dux Bernhardus Karinthie villam in Zernitschach.
…mo C tercio. Pelegrinus de Puzul dedit villam de Venkea.
…mo CIII Sophia de Reyffenberch dedit mansos II in Luczicho.
…bertus comes Goricie dedit duos mansos in Celkano.
…mo CCXX° nono Meinhardus comes Goricie dedit III mansos in Leib
… comitatu Lůncz qui solount spentheras.
…mo CCC vigesimo tercio Heinricus miles de Goricia dedit IIII^or mansos
… aput sanctum Martinum in collibus et II in Luczinicho, unum in
… issa et quatuor in Liach.
…hardus comes Goricie dedit XX mansos in Creda et curiam unam
… pertinentes et unum piscatorem.
Millesimo LXX°. Heinricus patriarcha primo fundavit monasterium
Rosacense et dedit ad ipsum locum per manum Marquardi comitis Gori-
cie advocati ipsius loci silvam et communia pertinencia ad ipsum
…um adherentes ei, hoc est montes et colles a fonte Latina usque in
… sancti Johannis et usque ad Cornu, quod territorium erat nemus
et silva.
Millesimo CCLXXII Meinhardus de Czeraw dedit I mansum in Cosan.
M CC … XXII Wichardus de Ratspurch dedit mansos III in Serpeniga.
M CC … XXXVI Bartholomea de Carmono dedit mansum unum in Cosan.
Item Egelpertus comes Goricie dedit duos mansos in Czelcan.

Margaretа de Gramolgano dedit medium mansum in Braczano.
Hermannus de Medea dedit unum mansum in Bicziris.
Millesimo CCCXXIIII. Heinricus miles de Goricia dedit IIII^or^ mansos ...
aput sanctum Martinum in collibus, II in Luczinicho et unum in Tulu...
et quatuor in Liach.
Item Vlricus patriarcha filius Marquardi comitis Goricie frater co...
Heinrici Goricie advocatus ecclesie Aquilegensis mutavit regulam ...
Augustini in regulam sancti Benedicti et primos monachos duxe...
de Milstat in Rosacium.
Item Arbo comes dedit unum mansum in ....
Item Bernhardus comes et Chunegunt uxor eius dederunt villas in ...
Premo Sellam Vtendorff.
Millesimo CCCXXIII comes Heinricus Goricie probus sepultus fuit ...
um et abbas Gebhardus transacto aliquo tempore fecit eum et fil...
Heinricum et Iohannem portare de Goricia in Rosacium.
Millesimo CCCXXVI Elizabeth de Cormons dedit mansum unum in ...
M CC^o^LXXXVIIII^o^ Martinus dictus Comar de Goricia dedit mansum ...
Item Elizabeth de Cormona dedit mansum unum in Vrolzano.
Item Meinhardus comes Goricie dedit villam in Carsto, que vocatur ...
Millesimo CXX Hedwig comitissa dedit mansos novem in loco, qui
dicitur Pitiner.
Item domina Hiltigart de Goricia dedit mansos .... in Cormono
Item Gisloffus de Medea, quem Fredericus imperator in Medea fecit m...
tem, dedit IIII^or^ mansos in Semerrich.
Item Engellinus comes Goricie frater Meinhardi comitis dedit XII man-
sos V in Belgrat et VII in Latisana.
Millesimo LXXXX°. Diemut comitissa Goricie mater Meinhardi comitis
Goricie dedit mansos IIII^or^ et unum molendinum in Luca.
Item Sophia de Cormona dedit mansum unum in Camino.
Item Walchonna de Goricia dedit mansos II in Vasgicza.
Item Bartholomeus de Medea dedit mansum unum in Medea.
Item Palma de Cama dedit mansum unum in Gorgor.
Item M^o^CCC^o^ quarto. Albertus comes Goricie, pater dominorum
comitum Heinrici et Alberti dederunt advocaciam de Topolgan...

Iermnicho.
Item Chunratus de Reiffenberch dedit duos mansos unum in villa sancti Laurencii et alium in Graszach.
Item Pelegrinus de Floyana dedit mansum unum in Dolengano.
M°C°L°. Gisloffus de Medea dedit mansum unum in Corau.
M°CC°LXXI°. Mechthildis de Reyfenberch dedit mansum unum in Cormonis.
M°CLXXX°. Hermannus dux Karinthie dedit villas IIII[or] Rann, Crucis, Sella et Dobribach.
Hainricus dux Karinthie dedit villam de Wasgiczja.
M°CCLXX°. Gisla de Medea dedit mansum unum in eadem villa.
M°CLXXX. Wolricus de Medea dedit mansos II in Jemernich.
M°CC°XLI. Volkerus de Reifenberg dedit unum mansum in Cormono.
M°CLX°. Otto comes dedit X mansos in Noyaretto.
M°CC°XX°. Bartholomeus de Cormana dedit mansos II unum in Cormono et alium in Cels.
M°CCL II Petrus de Cerouw dedit mansum unum in Tricesimo.
M°CCLVI°. Volkerus et Cuno de Reyfenberg dederunt mansos III in villa que dicitur caria in Olecz.
Millesimo LX°. Ossalchus comes dedit unum mansum in Ragonia.
Millesimo LXX°. Brigida comitissa mater Marquardi comitis avia[3] Wolrici patriarche dedit V mansos cum tribus servis in Moraicz.
Item Hirmel de Flasperg dedit VI mansos in Dolegano tres et in Caseliano tres.
M°CLXXV°. Vgo de Medea dedit unum mansum in Jermernico et Liupoldus de Granolgario unum mansum in Cornea.
M°C Heinricus dux Karinthie, qui dedit III villas Buchriach, Mirrsach et Stöpp in Carstis.
M°LXXXII°. Vlricus patriarcha filius Marquardi comitis[4] frater Heinrici comitis de Goricia dedit ecclesiam sancti Andree extra muros in civitate Parentina, que acciam[5] suum fuit patrimonium cum campis vineis et aliis possessionibus et servis adherentes[5] ad ipsam ecclesiam. Item dedit communia et silvas in Caseliano, que pater suus primo dederat cum omni iure.
Item Fredericus de Cormons dedit unum mansum in Cormons.

M°CC°XXXII°. Volkerus de Reifenberg dedit IIII mansos II in Obera
unum in Grwischach et quartum in Stadnick.
MCCC°XXXI. Almericus de Cormons dedit unum mansum in Cormons
Item Rüttel de Peuma dedit unum mansum in Vertoin.
Item Ludwicus comes dedit duos mansos in Caseliano.
Item Comar de Goricia dedit IIII^or mansos, primum in Mossa et secundum
prope Mossam et tercium in Osech et quartum in Zeriessella.
Item domina Hiltigardis de Goricia dedit tres mansos in Cormono.
MCCC°XX°. Meinhardus comes Goricie dedit in Oleis mansos duos ...
dam in Orsaria.
Millesimo CCC°VI Andreas de Goricia dedit unum mansum in Corm...
Codice 72 f. 119–121 (di mano dal fine de secolo decimo terzo)
1) manca il nome 2) segue cancellato mans. 3) nel codice ava
4) segue cancellato de Goricia dedit eciam. 5) sic

1151. Salisburgo. Pellegrino I patriarca di Aquileja esenta il Capitolo di Salisburgo dal pagarsi il dazio o gabella nel canale della Chiusa (di Venzone) dai loro sommieri.

××× In nomine patris et filii et spiritus sancti amen Pelegrinus dei gratia sancte Aquileiensis ecclesie patriarcha ×××. Notum sit universis Aquileiensis ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos siquidem Pelegrinus dei gratia sancte Aquileiensis ecclesie patriarcha venerabilibus fratribus nostris sancte Salzburgensis ecclesie preposito et canonicis teloneum, quod in Canali ad clusam nostram de propriis sommariis persolvere consueverant, eorum peticionibus et religiosis actibus inclinati benigne concessimus. Successores itaque nostros rogamus et admonemus in domino, ut quod nos caritatis et religionis intuitu fecimus, divini amoris respectu ratum habeant et manutere[1] faciant. Quod ut verius credatur et inconvulsum permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Actum est hoc Salzburgo anno ab incarnatione domini MCLI indictione XIIII. Huius rei testes sunt. Gerwicus Concordiensis episcopus, abbates Rodolfus Sextensis et Pertoldus Oberenburgensis, Leo prepositus Iunensis, comes Wolfradus, Albertus de Manzano, Otachus, Egebertus Amicus et quam plures alii.

Ego Chono domini patriarche notarius hanc cartam eius iussu scripsi et complevi.

Originale, in pergamena, il sigillo del patriarcha impresso nella pergamena.

1, te apposto sopra la linea.

1:
d
L
1:
g
i
1:
d
1
d
h
1:
1
1:
1
1
1

1154 ... San Foca.

N.B. Calaresio, cioè Montereale

Sentenza del patriarca d'Aquileja Pellegrino I sulle differenze per campi e prati tra i sudditi patriarcali di Calaresio e quelli dell'Abbate di Millstadt di S. Focato.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen
Pelgrinus dei gracia sancte Aquileiensis ecclesie
patriarcha. Notum sit universis Aquileiensis ec.
clesie fidelibus tam presentibus quam futuris qua.
liter nos quidem Pelegrinus dei gracia sancte A.
quilegensis ecclesie patriarcha multiplicatis queri
moniis venerabilis fratris nostri Ottonis Milstaten.
sis abbatis fratrumque suorum de sancto focato
et fidelium nostrorum de Calereso super quibusdam
agris et pascuis utrimque auditi utraque parte an.
te nostram evocata presentiam et eorum allegaci.
onibus hinc inde diligenter auditis et cognitis eidem
controversie ea diligentia et consideratione qua
oportet adhibita fidelium nostrorum consilio debi.
tum finem imposuimus una cum advocato nostro
Egelberto statuentes ut agros ad curiam sancti
focati pertinentes quos hactenus iuste possede
runt de cetero quiete habeant et ut pascua sine
dampno agrorum et pratorum vicinorum de Cala
reso libera et sine ulla contradictione possideant
Interdicimus itaque ut nulla ecclesiastica secula.
risve persona predictum abbatem suosve successores
super his temere infestare vel molestare presumat
successores nostros in domino obsecrantes quatinus
id quod pietatis intuitu stabilimus ratum ab eis
et illibatum habeatur. Quod ut verius credatur et
inconvulsum in evum permaneat presentem pagi.
nam sigilli nostri inpressione insigniri fecimus. Ac

tum est hoc anno ab incarnatione Domini M.C.L.iiij
Indictione II in eodem pascuo unde controuersia inter prenominatas personas agitabatur. Huius rei testes sunt Gervicus Concordiensis episcopus, Abbates Lupoldus Rosacensis et Iohannes Sextensis, Wolricus archidiaconus Aquilegensis, Rodolfus et Henricus capellani domini patriarche Odericus de Lunzenico, Gebahardus de castronouo et filius eius Ge. Ortuicus de Caioriaco, Dietricus de prewart, Leonardus de Magrida, Poppo de Cusa, Bernardus Ciuitatensis Ugo de Flaßinpere Sygehardus de Eberstein Bruno de Varme Albero Kectten et quam plures alii.

X Ego chono capellanus domini patriarche hanc cartam eius iussu scripsi et compleuj.

circa 1220.

1154-60 Il Patriarca d'Aquileja Pellegrino approva che l'abate di Belligna dia ad Engelberto Conte di Gorizia 32 masi e questi rinunzi l'Avvocazia che aveva sui beni del detto Monastero e ciò assentendo i chierici ed i ministeriali suoi.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen.
Peregrinus Dei gracia Sancte Aquilegensis ecclesie
Patriarcha dilecto in Christo fratri Feringo vene
rabili Beliniensi Abbati erusque successoribus
in perpetuum. Quum ecclesie dei curam gerendi
suscepimus eam prouehere et augmentare omni
modis intendimus quatinus spe superne remunera
cionis super commisso nobis talento nos aliquid
lucri addedisse gaudeamus in futuro. Ea quippe
de re speciali querimonie abbatis de Belinia et
fratrum suorum, super Engelperto de Goricia, eo
quod Castaldiones sui iniustis placitis et hospita
tionibus atque angarijs et exactionibus ua
rijs, homines eorum affligunt et bona ipsorum
supra id quod ius aduocacie exigit plus immise
ricorditer ab eis extorqueant consuluimus eis
inter duo mala minus eligere et aduersis e
uentibus quoquomodo finem dare. Igitur ad com
pescendam huiusmodi querimoniam ex consilio
nostri Capituli et conueniencia clericorum et
Ministerialium nostrorum, ex consensu prefati
Comitis Engelperti in presencia ipsius supradicti
Abbatis cum suis fratribus. Triginta duos
Mansos iam dicto dederunt eo pacto ut inde in
tegraliter totam aduocaciam quam in villis et
bonis eorum, uidebatur habere scilicet cum pla
citis angariis exactionibus et omnibus suis
utilitatibus et iusticiis in manibus nostris eis

tuendam et tenendam resignaret excepto ut si ali quis in furto deprehensus fuerit huius abbas res et bona habere Comes vero de persona debere iudicare Sed ne huiuscemodi concambij factum futuris in er rorem ducatur, Mansos quos predictus abbas et fratres Comiti contulerunt, in singulis locis suis utile duximus exprimendos. In villa que dicitur Co rona decem In villa de Cremon decem. In villa que dicitur pregauriga decem In villa de Medan duos Ut ergo huiusmodi facti memoria, inconuul sa et firma permaneat presentem paginam conscri bi et sigilli nostri impressione iussimus roborari

Contra huiusmodi Instrumenti formam et pac tum, officiales uestri nos abbatem et monaste rium Belinense aggrauant et molestant Vide licet in villa de Medan, In villa Cremon, In villa de Medea latina, In villa de viscon. Quare suppli camus, quatinus habentes respectum ad deum sic mandare nostris officialibus debeatis, quod ab hui usmodi inquietatione desistant

1162. Aquileja. Il patriarca di Aquileja Volrico (I) ... in favore di Pellegrino abate di Lavant, l'esenzione dal pagamento della muta di Aquileja e ~~dell'Acqua~~ della Chiusa, in quanto alle cose appartenenti al suo Monastero, accordato dal suo antecessore Pellegrino (I).

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Si quid memoria dignum
nstituitur, utile videtur, ut cautionis pagina confirmetur. Ea propter nos quidem
ricus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie electus patriarcha cunctis Christi
delibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter dilectus frater no-
ter Pelegrinus Lauendensis ecclesie abbas nostram presentiam dum Aquilegie esse-
mus adiit et querimoniam in conspectu nostro deposuit, quod fideles nostri mu-
tam de bonis, que ad claustrum sibi commissum per districtum nostrum defere-
bantur, tam apud Aquilegiam quam apud Clusam iniuste auferrent; asserebat
enim ecclesiam suam eandem mutam usque ad tempora predecessoris nostri Pele-
grini bone memorie patriarche quiete habuisse et hoc idoneis testibus se probare
paratum dicebat. His igitur auditis et cognitis nos devotionis sue intuitu in-
tervenientibus quoque dilectis fratribus nostris Wernahardo Tergestino episcopo,
Ottone preposito de Raitenpuoch et comite Engelperto) advocato nostro mutam
de viginti saumis, que ad claustrum suum de terra nostra ducuntur, per singu-
los annos sibi remisimus. Quod ut verius credatur et inconvulsum permaneat,
presentem paginam inde conscriptam sigillo Aquilegiensis ecclesie proprio adhuc
sigillo carentes, insigniri fecimus. Huius autem rei testes sunt: Odelricus Mosa-
censis abbas, Thomas Ciuitatensis prepositus, Jonathas prepositus sancti Felicis,
Herbartus, Oluradus comes, Pertoldus comes de Pogen, Pertoldus comes de Tirol,
Fridericus et Artuicus fratres de Couoriaco, Otacher de Titiano, Artuicus de Var-
mo, Ascuinus, Erenpret.

Actum est hoc feliciter Aquilegie in palacio nostro, anno ab incarnatione domini MCLXII, indictione X, epacta III, concurrente II.

Ego Romulus domini electi notarius mandato eius presentem cartam scripsi et dedi.

Originale in pergamena, il sigillo della città di Aquilegia pende ad un nastro di canape. Vienna Archivio di stato Repertorio I.

[illegible]

1177. April 6. Venezia

Papa Alessandro III conferma i suoi possessi al Monastero di Millstatt.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filijs henricho abbati monasterij sancti Saluatoris quod in salzburgensi parrochia in loco qui milistat dicitur situm est Eiusque fratribus tam presentibus quam futuris salutem et apostolicam benedictionem Religiosam vitam eligentibus apostolicum conue-nit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur quod absit sacre Religionis infringat Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus cle-menter annuimus et prefatum sancti Saluatoris Monasterium in quo diuino mancipati estis obse-quio, ad exemplar predecessorum meorum felicis me-morie Calixti innocentij Et Eugenij Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio commu-nimus Statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona idem Monasterium in presenti-arum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum Largitione regum uel prin-cipum oblatione fidelium seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis ue-strisque successoribus et illibata permaneant In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabu-lis Curiam vbi ipsum monasterium situm cum onosure. Curiam postralingin. Curiam Sirnu-Wich, villam apud chirichem. Curiam dowrat Curiam lobenstorf Villam que Millstat dicitur.

Villam Moniach, Villam sancti focati. Curiam
que uocatur eberstein. Curiam que uocatur toman
dorf. Curiam que vocatur lich alteram curiam que
dicitur Muldorf Tria quoque loca frixorum.
Due octaue partes in fonte qui vocatur Mourger
pret et due .VII. partes in canali qui uocatur kain
la Viginti tria sedilia domorum in ciuitate halla
Et ea omnia que loco comes rationabiliter dedit vobis
in lingeuo. Decimam quam conradus salzburgen
sis Archiepiscopus dedit vobis in parochia lu
ce Curiam que vocatur tibria cum piscatione
sua. Villam sancti focati cum capella. Vil
lam apud chirchein cum sua capella. Villam
que Milstat dicitur cum capella villam Mam
ach cum sua capella. Curiam que bunch dicitur
cum capella, Villam legnemholz cum capella
Villam Doberoches velden cum capella Villam san
ti Vrbani cum capella villam Ratchtim cum ca
pella. Predium apud montem qui fratres dicitur
Curiam Suarcenbahc cum capella Predium vicen
se cum capella Villam dulmatisdorf cum capel
la Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel
tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet
surreptionis astutia seu violentia preponatur,
nisi quem fratres comuni consensu uel fratrum
pars consilij sanioris secundum dei timorem et
beati benedicti Regulam prouiderint eligendum
sepulturam quoque ipsius loci liberam omnino
esse decernimus ut eorum qui se illic sepeliri de
liberauerint deuotioni et extreme voluntati, nisi
forte excommunicati uel interdicti sint nullus
obsistat Salua tamen canonicha iustitia illarum

ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumun-
tur. Aduocatum sane locus vester ad defensionem si-
am sicut constitutum est libere sortiatur. Ita tamen
ut neque ipsi aduocato neque persone alicui liceat
eiusdem monasterij possessiones preter eorundem fra-
trum assensum in feudum cuilibet seu in beneficium
tradere. Qui etiam si quod absit Monasterio inuti-
lis fuerit liceat vobis eo ammoto alium substituere.
Nec episcopo uel aliquo liceat in capellis eidem
cenobio subditis sine vestra petitione ponere
sacerdotes. Decernimus ergo ut nulli omnino ho-
minum liceat prefatum Monasterium temere per-
turbare aut eius possessiones auferre uel ablatas
retinere minuere seu quibuslibet vexationibus
fatigare sed illibata omnia et integra conser-
uentur eorum pro quorum gubernatione et sub-
stentatione concessa sunt usibus omnimodis profu-
tura salua sedis apostolice auctoritate et dyoce-
sanorum episcoporum canonica iustitia. Ad
indicium autem a sede apostolica percepte pro-
tectionis aureum unum nobis nostrisque successo-
ribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur
ecclesiastica secularisue persona hanc nostre con-
stitutionis paginam sciens contra eam temere
venire temptauerit, secundo, tertio ue commoni-
ta nosi [sic] presumptionem suam congrua satisfactione
correxerit potestatis honoris que sui dignitate ca-
reat reamque se diuino iuditio existere de perpetra-
ta iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpo-
re ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri
Yesu christi aliena fiat atque in extremo examine
districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem

loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi Quatinus et hic fructus bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Rot.* Ego Alexander Catholice Sedis Episcopus Subscripsi

+ Ego Manfredus Prenestinus Episcopus Subscripsi
+ Ego Johannes neapolitanus Cardinalis presbiter tituli Sancte Anastasie.

+ Ego Cinthius diaconus Cardinalis Sancti Adriani Subscripsi
+ Ego Vgo diaconus Cardinalis Sancti Eustachij iuxta templum Agrippe
+ Ego hugo Sancti Angeli diaconus Cardinalis Subscripsi
+ Ego Raynerius diaconus Cardinalis Sancti georgij ad Velum aureum Subscripsi.

Datum venetiis in Riuo Alto per manum Gerardi Sancte Romane ecclesie Subdiaconi et Notarij viii Idus Aprilis Indictione x. Incarnationis dominice Anno M° C° LXX viij Pontificatus vero domini Alexandri pape iij. Anno XVIIJ.

S. N. Ego gerardus natus ser antonij ciuis portusnaon(ens)is** publicus Imperiali auctoritate notarius et cancellarius communis ipsius loci suprascriptum priuilegium transumptum et copiatum ex prim

*) Vias tuas domine demonstra mihi. Sanctus Petrus sanctus Paulus. Alex - ander, Papa - iij.
**) Portusn.

legio autentico et originali non abraso nec macu-
lato vel cancellato Sanctissimi in christo patris
et domini domini Alexandri pape tercij datum Venetis in Ri-
uo alto manu gerardi Sancte Romane ecclesie
subdiaconi et notarij viij Idus aprilis incarnationis
dominice anno Millesimo centesimo septuagesimo
octauo Indictione xa, pontificatus vero domini ale
xandri pape iij anno decimo octauo cum bulla
plumbea pendente prelibati Sanctissimi domini
pape annexa cum serico Rubeo et glauco fideliter
auscultaui cum dicto originali et quia ipsum con
cordare inveni de verbo ad verbum cum ipso ori-
ginali et etiam cum subscriptione notarij et
dominorum cardinalium et cum signis in ipso ori-
ginali subscriptis, ideo me propria manu subscrip-
si ex commissione michi facta per nobilem virum
ser Jacobum de Richerijs honorabilem potestatem
terre portusnaonis et per egregios viros ser Henri-
cum de sancto daniele et ser girardum condam
ser Johannis Judices sedentes sub logia comunis
ad locum solitum Judicij presentibus ser gilio
condam ser antonij apotechario domino Fran-
cisco de sancto cassiano de pisis quondam domi-
ni georgij dominico filio magistri blasij sartoris
testibus ad suprascriptum habitis et Rogatis
in quorum fidem signum et nomen meum ap-
posui consuetum. Anno natiuitatis domini Mil-
lesimo quadringentesimo quadragesimo sexto Indic-
tione VIIIIa, die vero sabbati septimo mensis maij

SN. Ego paulus natus quondam ser Odorici de valle
ciuis portusnaoniensis publicus Imperiali auctoritate

notarius suprascriptum privilegium copiatum ex o-
riginali et autentico non viciato sanctissimi in chri-
sto patris et domini domini Alexandri pape tertij fideliter
asucultavi cum suprascripto conrado notario et can-
cellario comunitatis portusnaonensis ex commis-
sione sibi facta per Nobilem virum ser Jacobum
de Richerijs potestatem et eius Judices et quod ip-
sum concordare inveni cum dicto originali me
manu propria subscripsi signo et nomine meo ap-
positi vsitatis

S.N. Ego Jacobus Michaelis de prata publicus
imperiali auctoritate notarius suprascrip-
tum privilegium Copiatum ex autentico et ori-
ginali sanctissimi in christo patris et domini do-
mini Alexandri pappe tertij ascultavi vna cum
suprascriptis Gotardo notario et Cancellario Co-
munitatis portusnaonensis ex commissione sibi
facta vt supra, Et paulo condam ser Odorici
de valle publico Imperiali auctoritate notario
et quod ipsum ipsum concordare inuenimus cum
dicto originali me propria manu subscripsi signo
et nomine meis appositis consuetis

1184 Novemb 16. *Vicenza. L'imp. Federico conferma la concessione che fa il Patriarca d'Aquileja Gotofredo ad Enrico conte del Tirolo di metà del dazio di Gemona in feudo.*

FRIDERICUS Dei gracia Romanorum Imperator
et semper Augustus. Circumspecta imperialis prou
dentie sollertia commendare consueuit litterarum
memorie rationabiles et fauore dignos contractus
pactaque et conuentiones fidelium suorum ut ea
que per conniuentiam maiestatis nostre statuta
sunt et firmata nec posteritatis obliuio reuocet
in dubium nec dolus tergiuersantium reducat ea
in difficultatem questionum Eapropter cognoscat
tam presens etas fidelium imperii quam successu
ra posteritas quod dilecti ac fideles nostri Gotefri
dus uenerabilis patriarcha Aquilegensis et comes
heinricus de tyrols in hunc modum de conscientia
et uoluntate nostra conuenierunt quod predictus
patriarcha prefato comiti in beneficio concessit
medietatem thelonei de Glemun ita quod ipse co
mes et successores eius illam habeant et possi
deant a patriarcha et successoribus suis nec
forum salis siue aliud forum publicum debet fie
ri uel haberi inter montem crucis et Glemun et
inter pontanele et Glemun et inferius Glemun
circumquaque per milaire Ad hec idem patri
archa promisit quod bona fide sine fraude modis
quibuscumque potest de ratione forum apud Gle
mun promouebit Ut autem hec inter predictos
fideles nostros constitutio ualidum uigorem sue
perpetuitatis obtineat presentem inde paginam

conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo m
niri. Statuentes et imperiali auctoritate sa
cientes ut nulla omnino persona, humilis uel
ta, secularis uel ecclesiastica audeat eam uiolare
nec aliquibus iniuriis uel dampnis attemptare
presumat. Quod qui fecerit L[ta] libera auri puri in
ultionem presumptionis sue componat, dimidium
imperiali camere et reliquum iniuriam patienti p
sone. Huius rei testes sunt. Otto Episcopus B
benbergensis, Jonatas Concordiensis episcopus,
Gotefridus imperialis aule cancellarius Rodolfus
imperialis curie prothonotarius Lodowicus Lan
grauius thoringie. Bertoldus marchio de Andec
Comes heinricus de Altendorf, Comes heinricus
de Lichesgemunde, heinricus Burgrauius de Ra
tisbona, Conradus Burgrauius Norenbergensis
heinricus marscalcus de lutra, Rodulfus cam
rarius et alii quam plures . — . —
Datum Vincentie Anno Dominice Incarna
tionis M.C.LXXXIIII. — — Indictione III
XVI Klas Decembris. Amen

1190 circa. Il patriarca di Aquileja Goffredo conferma una donazione di tre masi fatta al monastero di Millstadt.

Nos quidem Gotefridus dei g[1] [ratia sancte Aquilegensis] sedis patriarcha breve recordationis profuturis temporibus fecimus, qualiter Ŏlricus de sancto Georgio Milstatensi ecclesie et eius[2] ..... abbati tres mansos delegavit, duos pro uxore sua,[3] [que in] monasterium eiusdem cenobii se contulit, tercium ~~apud Aihdorf~~ pro remedio anime filii sui, ex his unus situs est Biceniq, alter apud Calles, tercius apud Aihdorf. Quem quidem nos iure nostro et ecclesiam prefatam investivimus et presentis scripti patrocinio roboravimus et sigilli nostri impressione digna confirmatione communimus. Huius rei testes sunt: Romulus Concordiensis episcopus, Luitoldus Tergestinus episcopus, Walchunus Rosacensis abbas, Wulvinus et frater eius, Otto de Wolves howe, Rubertus de Tricano et frater eius, Perhtoldus et Wolterperhtoldus, Cholo de Vinchenstaine, Gerbertus de Veterona, Werenherus de Cucania, Olricus de Hauenarbeurch, Leonhardus de Tricento, Herbortus de Perhtenstaine et alii quam plures

Originale in pergamena, il sigillo del patriarca Gotefredo pende ad un nastro di canape. Vienna Archivio di stato, Repertorio I.

1) La pergamena è guastatta in lunghezza di 6 cen. 2) La scrittura non è più legibile in lunghezza di 1'5 cen, si vede ancora un c̃ acti (?) 3) La scrittura è guastata in lunghezza di 1 cen.

1191. 20 Novembre [Aquileja] Il Patriarca di Aquileja Gotfrido dona a fra Pellegrino e successori abati di S. Paolo di Lavant la Cappella di San Lorenzo di Radmil.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Gotefridus dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha venerabili in Christo fratri Peregrino abbati sancti Pauli et universis successoribus eius canonice substituendis totique eiusdem monasterii congregationi in perpetuum. Si piis petentium voluntatibus et maxime fidei domesticorum et eos[1] qui nos et ecclesiam nostram sincera affectione diligunt et honorant prebemus assensum, et vite presentis subsidium et remunerationis eterne premium expectamus. Eapropter venerabilis in Christo frater Peregrine abbas sancti Pauli peticionibus vestris fraterna caritate annuentes capellam sancti Laurentii de Radmil in fuendo vestro et nemore constructam ad nos iure diocesano pertinentem vobis ac per vos monasterio vestro perpetuo pietatis intuitu cum decimis et omni iure nostro ad ipsam pertinente damus et auctoritate qua fungimur confirmamus habendam, statuentes quod nulli in posterum liceat hanc nostre dationis et confirmationis paginam ausu temerario infringere. Testes interfuerunt Poppo Petenensis episcopus, Gislerus Mosacensis abbas, Fridericus prepositus sancti Stephani, Aldrigerius Iustinopolitanus episcopus, magister Aldericus, Amicus capellani domini patriarche, Gumpertus, Eliseus, Pelegrinus, Reynardus Aquilegenses canonici et multi alii. Acta sunt ~~hec~~ ista anno domini millesimo C° nonagesimo primo, indictione VIIII^a, XX^a die intrante novembre in patriarchali palatio. Ego Stephanus domini patriarche Gotefredi capellanus de ipsius mandato scripsi et dedi.

Inserto nel privilegio del patriarca Gregorio dall'anno 1257 luglio 7. Vienna Archivio di Stato.

[1] sic.

1148 Maj 20. Graz.

Ottocaro Duca di Stiria dona alla Chiesa di S. Salvatore di Millstatt tutti i Diritti che i suoi uomini di Pordenone aveva nella villa di S. Avvocato aggiungendovi un maso.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego Otakarus dei gratia dux stirie omnibus christi fidelibus in perpetuum: Id offitii principalis debitum pertinere cognoscitur, diuino seruitio fidelium traditione collata s[ub] auctoritatis uigore firmare et ne obliuionis quod benefactum est obsolescat iniuria, testamentorum caucionibus obuiare inde ego Otakarus dei gratia dux styrie notum facio omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod pro remedio anime mee parentumque meorum ecclesie sancti saluatoris omniumque sanctorum in milstat quicquid iuris in uilla mea naon homines mei inpresentiarum habent uel habere poterint, tam in pascuis quam in siluis exitibus et reditibus id ipsum hominibus prefate ecclesie in uilla sancti aduocati ma[nen]tibus libera et potesta[tiu]a manu contradidi [V]t autem rata et firma sit hec tradicio mansum unum in naon ad indi[ti]l[um eiusdem facti] predicte sancti delegaui et sigilli mei impressione stabilire decreui huius rei testes sunt Chunradus et Rudolfus de Chindeberch, Engelscalcus de Ura, Hartnidus de Ort, Herrandus de Wildonia Rihcrus de Marhpurch Lantfridus de eppenstein, Ortolfus de gonewiz Lantfridus de ramstein, Dietmarus de Liehtenstein, Otacharus et Otto Castellani de graz Otto de Liuben Cherewicus marscalcus, Hainricus gastaldio et

∴ Scrittura lunga + erosa plicatura • • macchiato per umidità.

Meinherus et Albericus de rvina, Marco et Hartw-
cus de navn. Datum est autem hoc [primi] legi-
num in graz, anno M.C. octogesi[mo] nono tercio
Xmo K(alendas) Junii.

*** pur K

1206. 23 Febbrajo. (Aquileja)?. Il patriarca di Aquileja Wolfkero decide che la Cappella di Mochlic, appartiene al Monastero di San Paolo di Lavant.

S. In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Ad eterne beatitudinis premium proficere credimus, si controversias maxime inter religiosas personas et monasteria subortas transactione terminamus vel patriarchali auctoritate confirmamus terminatas. Ea propter nos Wolfkerus dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha notum esse volumus cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum inter venerabilem fratrem nostrum Wolricum abatem monasterii sancti Pauli de Lavent et Heinricum bone memorie quondam Iunensem prepositum et postmodum inter dictum abatem et Ottonem prepositum super capella de Mochlic controversia mota fuisset et diutius ventilata, tandem pro declinandis laboribus et expensis parcium nostra auctoritate et utriusque partis seu congregationis consensu et voluntate per compositionem est eadem contentio terminata, ita videlicet quod prefatus O(tto) Iunensis prepositus cum universa eiusdem ecclesie congregatione eidem liti cessit et omni iuri, quod in eadem capella privilegiis antecessorum nostrorum vel aliis instrumentis aut quolibet titulo habebant vel videbantur habere, penitus abrenunciavit, in recompensatione dampni et laboris sui ab abate et congregatione sua reditus duarum marcarum et dimidie recipiens in villa, que dicitur Lem wenigim Dorfelin eiusdem ecclesie Iunensis sacrario profuturos. Et nos de consensu parcium et consilio honorabilium virorum clericorum et laicorum, qui circa nos erant, sepedictam capellam de Mochlic cum institutione sacerdotis baptisterio sepultura placito christianitatis et omni iure abati et monasterio sancti Pauli perpetuo habendam et possidendam auctoritate patriarchali contulimus, ita quod abates qui pro tempore fuerint, dicte capelle de Mochlic a nobis et successoribus nostris investituram recipiant et iura diocesani episcopi Aquilegensis ecclesie recognoscantur. Ut autem ea que dicta sunt illibata permaneant, hanc paginam scribi fecimus et nostri sigilli impressione muniri. Si quis etiam hoc nostre confirmationis seriem ausu temerario infringere attemptaverit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et gloriosissimorum martirum Hermachore et Fortunati incurrat.

Acta sunt ista anno domini M CC VI, indictione VIIII, mense februarii, VII Kalendas marcii, in palatio et capella patriarchali, in presentia H. Civitatensis prepositi, Conradi Mosacensis abbatis, Wernardi Villacensis archidiaconi, Wigandi prepositi sancti Wolrici, comitis Meinardi, Friderici de Cavriaco et Wolrici fratris sui, Dietrici de Fontebono, Heinrici de Gle

mona, Walteri Pertoldi, Werneri de Pinzano, Wernerii de Cukania, Ulrici de Wolfeshoo et aliorum multorum.

Ego Stephanus Aquilegensis ecclesie magister scolarum de ipsius domini patriarche mandato et parcium assensum hanc cartam scripsi, sigillavi et dedi.

Due Originali dello stesso tenore, in pergamena, il sigillo del patriarca pende ad un nastro di seta di color giallo e rosso. Vienna Archivio di Stato

1212, Luglio 1.

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno domini MCCXII, indictione XV, die primo intrante Iulio, in presen[illegible]tia Gebuwardi episcopi Tergestini, Walteri Gurcensis episco[illegible]pi, Ottonis prepositi Gurcensis, Henrici archidiaconi, Stepha[illegible]ni decani Aquilegensis, Epponis prepositi sancti Petri in [illegible]arnia, Walteri, Bernardi plebani Villacensis, Bertoldi [illegible]plebani de Riez, Odolrici plebani de sancto Roberto, Conradi, [illegible]tetalini, Wolvini, Hermanni capellanorum domini patriar[illegible]che, Colonis, Friderici capellanorum Gurcensis episcopi, Dietrici [illegible]de Trichano, Henrici de Wizenstein, Leonardi de Trichano, Wer[illegible]neri et Henrici fratrum de Sudrio, Amelrici de Osopo, Iohannis de Zuccola, Ottaci de Pertenstein, Iohannis de Ursara, Pabo[illegible]nis de Hohenburc, Pabonis filii eiusdem Offonis de Gurniz; [illegible]orum et aliorum multorum rogatorum testium. De lite que [illegible]tebatur inter dominum Wolfkerum patriarcham Aquile[illegible]nsem et dominum Eberhardum Salzburgensem archiepisco[illegible]pum, in qua dominus patriarcha petebat Grazlup, Ratenstein [illegible]wabec cum castris ministerialibus famulis et omnibus per[illegible]tinenciis suis, que omnia comes Wolradus una cum uxore sua comitisa Emma et filio suo patriarcha Wolrico ac fi[illegible]lia sua comitissa Wilibirgi Aquilegensi ecclesie donaverat proprietario iure, prout patriarcha firmiter asserebat. Insuper castrum Legnenberc et castrum Materei cum omnibus suis pertinenciis, que prefata comitissa Wilibirgis uxor comitis Henrici de Liskemud in extremis suis similiter A[illegible]quilegensi ecclesie presente marito pro anima sua contule[illegible]rat, ut patriarcha dicebat, super his inquam omnibus nos Henricus prepositus de Solio, Conradus de Tisentin archi[illegible]presbiter de Wolkenmarket, Coradus Marcelinus filius domini Henrici de Glemona, Wernardus Villacensis archidiaconus, Henricus de Glemona, Fridericus de Pettovia arbitri constitu[illegible]ti de voluntate parcium talem inter eos compositionem sive transactionem fecimus: Precepimus siquidem ipsi patriarche

1212. 1. Luglio - Avvocato in Carnia - Sentenza arbitrale per questioni tra il Patriarca d'Aquileja Wolfero e Eberardo Arcivescovo di Salzburgo, per la quale al primo è aggiudicato Odolrico d'altra villa del Friuli.

sub debito iuramenti, quo nobis erat astrictus, quod omni liti, iuri et actioni, quam in predictis possessionibus habebat vel videbatur habere, insuper iuri patronatus in ecclesia de Mulzpuhel cederet et finem faceret pro se et ecclesia sua dicto archiepiscopo et ecclesie sue, salvo iure feudi ministerialium ecclesie utriusque, ita quod tam Aquilegensis quam Salzburgensis ecclesie ministeriales in predictis possessionibus feudum suum sequantur. Quo facto et completo precepimus predicto archiepiscopo sub debito iuramenti, quo nobis erat astrictus, quod Edelacum et alias villas omnesque possessiones, tam cultas quam incultas, tam dominicalia quam infeudata et omnes possessiones quas in foro Iulii habebat vel videbatur habere cum famulis colonis habitatoribus ministerialibus quoque si qui reperirentur et omnibus pertinenciis suis ipsi patriarche et ecclesie sue perpetuo habenda et possidenda pro se et ecclesia sua conferret et quiete dimitteret nec deinceps Aquilegensem ecclesiam super his per se vel per alios molestaret. Que omnia idem dominus archiepiscopus de consensu clericorum et ministerialium suorum fecit et plenarie complevit et nuncium dedit atque constituit patriarche scilicet dominum Sebuwardum Tergestinum episcopum, qui eum in tenutam et possessionem omnium predictorum vice sua posuit. Et ut ista omnia inviolata et inconvulsa perpetuo maneant, ea per manum puplicam scribi et sigillis eorum et capitulorum suorum muniri fecimus. Acta sunt hec in Carnia, in villa que dicitur Avasaz, ante capellam de voluntate parcium et precepto arbitrorum. Ego Laurencius invictissimi Romanorum imperatoris Ottonis notarius interfui, vidi, audivi et rogatus scripsi.

Originale in pergamena. Il sigillo del patriarca pende a fili di seta gialla, quel del capitolo di Aquileia a fili di seta gialla e rossa.

1214. 24 Ottobre. Presso Manzano (apud Manzanum). Il patriarca di Aquileja Wolfkero assegna arbitri, che assegnano la chiesa di S. Lorenzo di Radimlak al Monastero di S. Paolo di Lavant e tale Sentenza è approvata dal Patriarca.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Si quid de consensu et voluntate partium super aliqua controversia fit causa pacis et tranquillitatis, digne scriptis memorie futurorum cum diligencia commendatur. Eapropter nos Wolfkerus dei gratia Aquilegensis ecclesie patriarcha universis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod cum nobis divina miseratione Aquilegensem ecclesiam regentibus controversia inter dilectum fratrem nostrum Wolricum abbatem monasterii sancti Pauli de Lauent ex una parte verteretur et plebanum de Chosse dilectum filium nostrum ex altera super ecclesia seu cella sancti Laurencii in nostra diocesi in heremo videlicet, que dicitur Radimlak, sita et dictus plebanus plures nobis querimonias super eadem prefatum abbatem impetens proposuisset plurimique termini partibus dictis per iudices summi pontificis et nostros super controversia eadem ad peticionem nominati plebani constitutos fuissent legitime locati nec quicquam inter eos diffinitum fuisset, tandem Christo persuadente qui auctor est pacis utraque pars, ut laboribus et expensis, que eis imminebant, parcerent, concorditer et voluntarie arbitros elegerunt et in ipsos unanimi voto compromiserunt, laudantes firmiter, quicquid arbitri inter eos statuerent, sine fraude se in perpetuum observaturos. Qui tandem arbitri videlicet prior de Sits, plebanus de Greç, plebanus de Racoyspurch, plebanus de Obremburch et dominus C. eiusdem abbatis confrater multorum sapientium habito consilio et diligenti habita deliberatione receptaque fide a partibus, quod firmum haberent quicquid arbitrarentur super nominata cella sancti Laurentii, arbitrati sunt et statuerunt, quod sepedictus abbas redditus unius marche in villa que dicitur Holarn nominate plebi de Chosse nomine sui monasterii conferret et ecclesiam sepedictam seu cellam sancti Lau-

rentii cum terminis et pertinenciis eius ac omni iure ecclesiastico a rivo Lubinç usque ad rivum Welik supradictum monasterium sancti Pauli de Lavent sine retractatione partis alterius in perpetuum possideret. Quam compositionem cum pars utraque ratam semper habere promisisset, nam se ad hoc data fide astrinxerat servandum, arbitri dicti de voluntate utriusque partis modum compositionis suprascriptum nobis in litteris sigillis eorum munitis aperuerunt, rogantes humiliter, ut eandem compositionem confirmaremus et ratam haberemus. Nos autem omnium ecclesiarum bonum statum desiderantes et attendentes, quod præfatum monasterium per nostros prædecessores dictam cellam per sexaginta annos et ultra possedit in pace, sicut in privilegiis antecessorum nostrorum didicimus, ipsorum predecessorum nostrorum more prefatam ecclesiam seu cellam sancti Laurentii a plebe Chosse eximentes, ipsam cellam monasterio sancti Pauli de Lavent tradimus et confirmamus in perpetuum composicionemque suprascriptam a dictis arbitris factam ratam habemus piam successorum nostrorum reverentiam monere in domino attente et inducere curantes ut quod fecimus ratum habeant et confirment. Si quis autem hoc gratie munus infringere presumptuose attemptabit, omnipotenti cum dies districti iudicii advenerit, commictimus iudicandum. Quod ut securius credatur, hanc cartam inscribi fecimus et sigilli nostri munimine corroborari. Actum anno domini M°CC°XIIII°, indictione II^a, VIII° die exeunte octubre apud Mençanum in caminata patriarchali feliciter sub testimonio istorum rogatorum testium Hermanni et magistri Tiemonis sacerdotum et Wolvingi subdiaconi capellanorum, Iuliani tabellionis Bononiensis, Iohannis de Çuccula, Iacobi de Budrio, Luusini, Henrici de Fontebono, Weçelonis, Henrici de Maniaco, Conradi de Alrosa ministerialium ecclesie Aquilegensis, Purcardi, Wellini et Alberti servientum patriarche et Erbordi camerarii lecti domini episcopi et aliorum. Ego Wolricus prefati domini patriarche notarius interfui et iussu ipsius hanc cartam scripsi sigillavi et dedi.

Inserto nel privilegio del patriarca Gregorio dall'anno 1257 luglio 7.

1214. 24 Ottobre. Presso Manzano. Il Patriarca di Aquileja Wolfkero conferma la sentenza arbitrale che aggiudica al Monastero di S. Paolo di Lavant la Chiesa di S. Lorenzo di Radimlach.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Si quid de consensu et voluntate parcium super aliqua controversia fit causa pacis et tranquillitatis, digne scriptis memorie futurorum cum diligencia commendatur. Ea propter nos Wolfkerus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha universis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod cum nobis divina miseracione Aquilegensem ecclesiam regentibus controversia inter dilectum in Christo fratrem nostrum Wolricum abbatem monasterii sancti Pauli de Lavint ex una parte verteretur et plebanum de Chosse dilectum filium nostrum ex altera super ecclesiam seu cella sancti Laurencii in nostra diocesi in heremo videlicet que dicitur Radimlach sita et dictus plebanus pluries nobis querimonias super eadem prefatum abbatem impetens proposuisset pluri mique termini partibus dictis per iudices summi pontificis et nostros super controversia eadem ad peticionem nominati plebani constitutos fuissent legitime locati nec quicquam inter eos diffinitum fuisset, tandem Christo persuadente, qui auctor est pacis, utraque pars ut laboribus et expensis, que eis imminebant parcentur, concorditer et voluntarie arbitros elegerunt et in ipsos unanimi voto compromiserunt, laudantes firmiter quicquid arbitri inter eos statuerent, sine fraude se imperpetuum observaturos. Qui tandem videlicet prior de[1] Sits, plebanus de Grez, plebanus de Katcoyspurch, plebanus de Obernburch et dominus C(onradus) eiusdem abbatis confrater multorum sapientum habito consilio et diligenti adhibita deliberacione receptaque fide a partibus, quod firmum haberet quicquid arbitrarentur[2] super nominata cella sancti Laurencii arbitrati sunt et statuerunt, quod sepedictus abbas redditus unius marce in villa que dicitur Holarn nominatim plebi de Chosse nomine sui monasterii conferret et ecclesiam sepedictam seu cellam sancti Laurentii cum terminis et pertinenciis eius ac omni iure ecclesiastico a rivo Sabinz usque ad rivum Welik supradictum monasterium sancti Pauli de Lavint sine retractacione partis alterius in perpetuum possideat, quam composicionem cum pars utraque ratam semper habere promisisset, nam se ad hoc data fide astrinxerat servandum, arbitri dicti de voluntate utriusque partis

modum compositionis suprascriptum nobis in litteris sigillis eorum munitis apparuerunt, rogantes humiliter, ut eandem compositionem confirmaremus et ratam haberemus. Nos autem omnium ecclesiarum bonum statum desiderantes et attendentes, quod praefatum monasterium per nostros predecessores dictam cellam per LX annos et ultra possedit in pace, sicut privilegiis antecessorum nostrorum didicimus ipsorum predecessorum nostrorum more prefatam ecclesiam seu cellam sancti Laurencii a plebe Chosse eximentes, ipsam cellam monasterio sancti Pauli de Lavint tradimus et confirmamus imperpetuum compositionemque suprascriptam a dictis arbitris factam ratam habemus, piam successorum nostrorum reverenciam monere in domino attente et inducere curantes, ut quod fecimus ratum habeant et confirment. Si quis autem hoc gratie munus infringere presumptuose attemptavit, omnipotenti cum diis districti iudicii advenerit, committimus iudicandum. Quod ut securius credatur, hanc cartam inde scribi fecimus et sigilli nostri munimine corroborari. Actum anno domini M°CC XIIII, indictione secunda, octava die exeunte octubri aput Manzanum in caminata patriarchali feliciter sub testimonio istorum rogatorum testium Hermanni et magistri Tiemonis sacerdotum et Wolvingi subdiaconi[3] cappellanorum, Iuliani tabellionis Bononiensis, Iohannis de Zucula, Iacobi de Budrio, Luvisini, Henrici de Fontebono, Wecilonis, Henrici de Mariaco, Conradi de Arosa ministerialium ecclesie Aquileyensis, Turcarde, Wollini et Alberti servientum patriarche et Erbordi camerarii lecti domini patriarche et aliorum. Ego Wolricus prefati domini patriarche notarius interfui et iussu ipsius hanc cartam scripsi sigillavi et dedi.

Originale in pergamena. Il sigillo del patriarca pende ad un nastro di canape.

1/ La parola de è scritta due volte. 2/ segue cancellata la parola intra
3/ co apposito sopra la linea.

1220. 8 Gennajo. Traberch. Leopoldo duca d'Austria, pregato da Bertoldo patriarca di Aquileja, assume l'avvocazia del monastero di Oberndorf. e di Zune

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Lupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quod pro ecclesiarum defensione de advocatis earum olim fuit pietatis intuitu institutum, nunc proh dolor a pluribus versum est in iacturam et dispendium earumdem, ita quod qui advocati, id est defensores ecclesiarum deberent existere, sint earum potius destructores. Unde cum Lunense monasterium periniquos advocatos, qui advocatiam eius a nobis et nostris predecessoribus pro tempore habuerunt, gravissimas molestias sustinuerit et pressuras, Perchtoldus sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha, Leonardus prepositus totusque eiusdem monasterii conventus nobis supplicarunt humiliter et instanter, ut ipsius monasterii gravaminibus salubriter precaventes advocatiam eius que ad nos pertinere dinoscitur, nulli de cetero infeudaremus set in nostris manibus retineremus eandem, ut sub nostra protectione sepedictum monasterium a suis oppressionibus valeat respirare et deo famulantes ibidem possunt studiosius officiis vacare divinis. Nos itaque iustis eorum peticionibus favorabilem prebentes assensum, firmiter deo patri omnipotenti promittimus, quod dictam advocatiam nulli umquam aliquo tempore infeudabimus, set eam nos pollicemur in nostris manibus donec vita nobis fuerit habituros, idem monasterium, quantum nobis deus facultatem concesserit defendere proponentes. Statuimus quoque, ut nostri heredes ipsam advocatiam infeudandi cuipiam nullam in posterum habeant facultatem, set eam in manibus suis retineant, nichil sibi ratione ipsius amplius usurpantes, quam quod in Gotefridi felicis recordationis patriarche Aquiligensis privilegio continetur. Ut autem hec omnia tam aput nos, quam nostros heredes firmiter permaneant illibata, presens privilegium scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari, precipientes nostris successoribus sub divini interminatione iudicii, ut hanc nostram constitutionem nullo presumant casu vel tempore violare, sepiusdictam advocatiam alicui seculari persone ausu temerario concedentes vel in aliquo infringere attemptantes, que de iure advocati in predicto privilegio exprimuntur. Ad maioris quoque roboris firmitatem presentem cartam venerabilis patris ~~nostri~~ B(ertoldi) Aquilegensis

ecclesie patriarche sigillo rogavimus insigniri, qui omnes huic nostre constitutioni temere obviantes perpetuum esse statuit anathema. Acta sunt hec anno domini M° CC° XX°, indictione VIII^a^, epacta XIIII^a^, concurrente III^a^, VI° idus ianuarii, in presentia horum testium: Popo Petenensis episcopus, Wdalricus abbas sancti Pauli in Lauent, Chunradus Oziacensis abbas, Ezmannus Sekoensis prepositus, Meinhardus comes de Gorz, Wilhalmus comes de Hunburk et nepos eius comes Wilhalmus, Gebardus de Sovnek et filius eius Chunradus, Lupoldus de Honek et frater eius Wilhalmus, Vlricus de Pekach, Herrandus de Wildonia, Cholo de Truxen, Otto de Traberk, Albertus de Roaz, Albero pincerna de Grimenstain, Hermannus de Chrankperch, Perchtoldus dapifer de Emberberk, Walter perchtolt de Spengenberk. Datum in Traberk per manum Lupoldi notarii, anno incarnationis domini supramemorato et die predicta.

Originale in pergamena; i sigilli del patriarca Bertoldo e dei duchi Federico e Leopoldo d'Austria pendono appesi in nastri di seta. Vienna Archivio di stato

1221 12 Settembre. Muotasdorf, in Carinzia. Enrico di Villatta vende all'arcivescovo di Salisburgo dei beni in Egesaltorf presso S. Stefano di Frisach. [Vedi in atto con cui l'arcivescovo ... 1223. 30 Aprile].

1221, September 12

Anno ab incarnacione domini MCCXXI, II idus Septembris Ego Heinricus de Villatta confiteor me vendisse domino Heberhardo Salpurgensi[1] archiepiscopo predium, quod habui in Carintea Egesaltorf apud sanctum Stephanum situm iuxta Frisacum, cultum incultum pratis[2] et pascuis[2] nemoribus et omnibus suis pertinenciis pro marcis[a] DL argenti. Confiteor me marcas C et pignora pro CCC incontinenti de predicta recepisse pecunia et dedi inducias domino archiepiscopo de marcis CC usque ad nativitatem domini proximo venturam et usque ad proximam quadragesimam mediam de CL, item de marcis C usque ad proximam pentecostem venturum. Econtra predictus archiepiscopus firmiter promisit, quod si in prenominatis terminiis[3] prout expressum est, predictam non solveret pecuniam, pignora que mihi obligaverat penes me remanerent, ita ut de cetero ei[4] repetendi non habeat facultatem et donacio non teneret, vendicio etiam esset irrita et vacua. Et si casu contingente preter culpam archiepiscopi pecunia dum esset in via perderetur, usque ad X ebdomodas[5] sibi dedi[b] inducias. Econtra sepe[6] predicto archiepiscopo fide data promisi, quod adhoc meos inducerem heredes quod donacionem similiter et venditionem quam feci, ratam tenerent et firmam nec umquam aliquo tempore precedente contradicerent vendicioni. Insuper etiam promisi, quod ipsum per amicos meos, quos ad hoc vellet eligere et per manum tabellionis certum redderem, quod si medio tempore me mori contigerit, predicta pignora sibi cum omni restituerentur integritate. Et in predictis terminiis sicut superius dictum est, me vivente pecunia fuerit soluta, pignora similiter restituantur. Acta autem hec apud Mutasdorf, ante ecclesiam, XII° die intrante Septembri[6], testes ad hoc vocati et rogati sunt: Karolus primus[d] Secquensis episcopus, comes Vitalmus senior de Hanubuch, Cunond de

[1] sic. [2] sic. [3] sic. [4] sic. [5] sic. [6] sic.

Werben, Albertus de Notstain, Otto de Mosaim, Cuonradus et Hartinidus de sancto Michaele, Rudigerus et Ulricus de Letse ministeriales, Walterus de Ruth, Zietricus de Malentin plebani et alii quam plures.

Originale in pergamena. Il sigillo manca.

a.) pro marcis app soprascritto sopra la linea dalla stessa mano

b.) dedi corretto da dedit, la lettera t. scancellata.

c.) pe nella parola sepe soprascitto sopra la linea.

d.) primus soprascritto sopra la linea.

1223. 30 Aprile. Salisburgo. Ebeardo arcivescovo di Salisburgo dona fra le altre cose al monastero: i beni da lui acquistati presso S. Stefano di Frisach dal nob. Enrico di Villalta. (Vedi atto d'acquisto 1221. 12 Settembre)

1223, Aprile 30

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Ebehardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus in perpetuum. Multis et gravibus obviamus incommodis, cum ea, que nostris geruntur temporibus, ne cum fluxu temporis in oblivione defluant, litterarum vivaci memorie commendamus. Ea propter ad noticiam omnium fidelium transmittimus, quod nos obeunte Heinrico de Liebenz ministeriali ecclesie Salzburgensis decimas, que ab antiquo in decimariis curiis in Cirkeniz et Laering et Sakkach colligi solebant et colliguntur hodie, sicut idem miles a manu nostra et predecessorum nostrorum habuerat et post mortem eius ad nos redierant, canonicis ecclesie nostre tradidimus iure perpetuo possidendas hoc firmiter statuto, ut cum fratribus hactenus cappe nude et simplices darentur, de proventibus illarum curiarum de reliquo dentur subvestite cum pellibus agnellinis, nec tamen de vestibus, quas antea recipere solebant a camerario, quicquam eis huius occasione commodi minuatur et ipsi vice illius emolumenti post obitum nostrum ad altare, quod fundandum erit iuxta sepulturam nostram, ebdomedarium ad missam defunctorum continue habeant, cuius prebenda par sit prebende cantoris. Verum quia propter multam locorum distantiam proventus predictarum decimarum canonicis ad plenum raro persolvebantur, nos provida consideratione donationem nostram commutavimus hoc scilicet modo, ut easdem curias decimales Cyrkniz videlicet, Laering et Sakkach dominicalibus nostris asscriberemus et vice ipsarum ecclesiam Castune fratribus nostris iure perpetuo traderemus possidendam statuentes, ut sacerdoti et cooperatori suo de proventibus eiusdem ęcclesię honestum et competens assignent stipendium, reliqua vero in usus cedant canonicorum. C. Preterea predia in Karinthia iuxta Frisacum sita videlicet apud sanctum Stephanum cum omnibus suis pertinentiis et foresto, que a nobili viro domino Heinrico de Vilalt emimus, cum omni integritate omnium proventuum ad idem predium pertinentium sepedictis canonicis contulimus in perpetuum possidenda firmiter statuentes, ut eadem predia sub defensione nostra et successorum nostrorum permaneant ab omni exactione

emancipata, ita ut nec nos nec aliquis successorum nostrorum habeat potestatem advocatiam eorumdem prediorum ad manum laicam aliquo modo transferre. Provida autem deliberatione ordinamus, ut tam de proventibus ecclesie Castûne, quam etiam de prediis ad sanctum Stephanum cappe canonicorum II. anno[1] certo tempore[2] XX talenta agnellinis pellibus subvestiantur. et missa pro defunctis ad altare iuxta nostram sepulturam[3] in perpetuum celebretur et sacerdoti illam celebranti[4] in lauciori prebenda de communi provideatur. De residuo autem tribus personatibus subdecano[5] scolastico et cantori[6] provideatur et dies anniversarius noster in procuratione[7] tam congregationis quam pauperum, sicut ordinavimus, celebretur et mandatum trium[8] pauperum singulis diebus peragatur et septem luminaria de sepo[9] in maiori ecclesia singulis noctibus accendenda preparentur et esoces ante natale domini, quando maiores[10] antiphone cantantur, ad procurationem fratrum comparentur. Ne autem hec nostra donatio et donationis ordinatio commutari a quoquam possit in futurum, presentem inde paginam scribi et sigilli nostri autentico communiri iussimus.

Data apud Salzburch, II kalendas Mai, indictione XI^a^., anno ab incarnatione domini M°CC°XXIII°, pontificatus vero nostri anno XX°III°.

Originale in pergamena, il sigillo manca.

1.) Sopra canonicorum soprascritto con inchiostro rosso: II. anno.
2.) " tempore " dalla stessa mano: XX talenta.
3.) " sepulturam " con inchiostro rosso: singulis diebus
4.) " celebranti " dalla stessa mano: V talenta.
5.) " subdecano " " " " : XIIII.
6.) " cantori " " " " : talenta.
7.) " procuratione " " " " : II talenta.
8.) " trium " " " " : V talenta.
9.) " sepo " " " " : IIII^or^ talenta.
10.) " maiores " " " " : VII talenta.

1226. 13 Gennajo. Windisgretz. Il patriarca di Aquileja Bertoldo conferma al Monastero di S. Paolo di Lavant la cappella di Mochlich

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Cum omnia que gesta sunt et geruntur digne scripti memorie commendantur, nos Bertoldus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha notum esse volumus cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum inter venerabilem fratrem nostrum Vlricum abbatem monasterii sancti Pauli de Lavent et Heinricum bone memorie quondam Iŭnensem prepositum et postmodum inter dictum abbatem et Ottonem prepositum super cappella de Mochlich controversia mota fuisset et diucius venti lata, tandem pro declinandis laboribus et expensis partium auctoritate predecessoris nostri beate memorie patriarche Wolfgeri et utriusque partis seu congregationis consensu et voluntate per compositionem est eadem contencio terminata, ita videlicet quod prefatus Otto Iŭnensis prepositus cum universa eiusdem ecclesie congregacione eidem liti cessit et omni iuri, quod in eadem cappella privilegiis vel aliis instrumentis aut quolibet titulo habebant vel videbantur habere, penitus abrenunciavit, in recompensationem dampni et laboris sui ab abbate et congregatione sua reditus duarum marcarum et dimidie recipiens in villa que dicitur Zem wenigem Dorfelin eidem Iŭnensi sacrario profuturos. Et ipse predecessor noster patriarcha Wolfkerius de consensu partium et consilio honorabilium virorum clericorum et laicorum, qui circa eum erant, sepedictam cappellam de Mochlich cum institutione sacerdotis baptismo sepultura placito Christianitatis et omni iure abbati et monasterio sancti Pauli perpetuo habendam et possidendam auctoritate patriarchali contulit, ita quod abbates qui pro tempore fuerint dicte cappelle de Mochlich ab eo et successoribus suis investituram recipiant et iura diocesani episcopi Aquilegensis ecclesie recognoscant. Nos autem qui eius successimus loco, quod ipse pie et legitime fecit, approbamus et auctoritate nostra confirmamus. Ut autem ea que dicta sunt illibata permaneant et a nullo in posterum in irritum revocentur, hanc paginam scribi et sigilli nostri inpressione fecimus communiri. Si quis etiam huius confirmationis nostre seriem ausu temerario infringere attemptaverit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et gloriosissimorum martirum

Hermachore et Fortunati incurrat. Testes autem sunt hii istius rei. Hertnidus archidiaconus Savnie, Luprandus archidiaconus Karinthie, Chunradus canonicus Aquilegensis, Bertoldus plebanus de Grez, Pernoldus plebanus de Gvrnz, Henricus plebanus de Meingospurch, Hoertnidus de Gonwiz cappellanus patriarche, liberi Lupoldus et Willehelmus de Hoheneke, Chunradus liber de Sovneke, Otto de Kungesperch, Poppo de Nideke, Mathias dapifer de Clemona, Otto dapifer de Clemona et alii quam plures.

Data in castro Windischgrez in domo plebani, anno domini M°CC XXVI, indictione XIIII, idus ianuarii. Ego Chůnradus sancti Felicis canonicus in Aquilegia et notarius eiusdem patriarche hanc cartam scripsi sigillavi et dedi.

Originale, in pergamena, il sigillo pende ad un nastro di sete rossa e gialla. Vienna Archivio di Stato.

1234.23 Ottobre. Nella Chiesa di Crepeliano. Mainardo Conte di Gorizia accorda al Decano e Capitolo di Trieste 16 Moja di frumento nella villa di Corniale in cambio di parte delle decime delle vigne dei Slavi di Longera. 1234,

In nomine dei eterni. Anno incarnationis eiusdem millesi- Ottobre
mo CCXXXIIII, diè VIIII exeunte Octubre, indicione VII. Nevā- 23.
riis seculi curis irruentibus ea que inter homines geruntur
et contrahuntur concorditer a memoria labantur mortalium,
scriptorum debent notule perhennari. Ad presencium igitur
et futurorum desendat[1] noticiam, quod dominus M. comes [1] sic.
Goricie pro se et dominus G. Tergestinus decanus pro se et nomine
capituli eiusdem ecclesie ipso capitulo consenciente talem
inter se compositionem seu transactionem concorditer fece-
runt nomine et occasione quartisii decimarum, quas domi-
nus W. dei gracia Tergestinus electus dicto comiti nuperin-
vestivit, videlicet de vineis Sclavorum de Longera, quod i-
dem dominus comes cum suis heredibus imperpetuum dare
debet predicto capitulo XVI starios frumenti [a][2]nnuatim in
festo sancti Martini nominatim de villa sua de Corgnalo
pro quibus prefa[tus][3] decanus et capitulum dimiserunt
sibi econtra supradictum quartisium integraliter perpetuo
[ha][4]bendum. Que omnia supradicta dictus dominus comes
pro se suisque heredibus et dictus decanus pro se et toto capitulo
adinvicem stipulantes firma imperpetuum tenere et observare
promiserunt nec contra venire vel facere aliqua occasione
vel exceptione supena[5] M librarum Venetorum parvorum,
qua soluta supra dicta omnia nichilominus firma per-
maneant. [A][6]ctum in ecclesia de Crepèliam, testes inter-
fuerunt rogati domini W. dei gracia Tergestinus electus,
dominus Leonardus de Swor.. b[?c.][8], dominus Bernardus
de Tergesto, dominus Woxalcus dei i.. ?ilano, dominus
Rodulfus de Arcès, dominus Briaa de Ktwigna, dominus
Wernardus de Muchon et alii.

S. Ego Rantulfus sacri palacii notarius interfui rogatus hanc cartam scripsi et roboravi.

Al margine inferiore del documento da altra mano: In libro Originale in pergamena.

2.) Il margine sinistro del documento è rotto in lunghezza di due millimetri.

3.) Lo stesso in lunghezza di tre millimetri.

4.) " " " " " " "

5.) sic.

6.) La scrittura è guastata in lunghezza di due millimetri

7.) " " " " " " " un millimetro

8.) " " " " " " " "

9.) " " " " " " di tre millimetri.

1237. Sept. 29. Patriarchdorf.
(Infeudazione di Meinardo conte di Gorizia).

Mainardo Conte di Gorizia infeuda suo suocero Alberto Conte del Tirolo di quanto di ragione feudale teneva dal Patriarca d'Aquileja e dal Duca di Carinzia.

+ In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit universis Christi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam intuentibus, quod illustris comes Meinhardus Goricie, ac ystrie et aduocatus Aquilegensis ecclesie infeudavit legittime socerum suum preclarum comitem Albertum de Tyrol. omnibus feudis suis, quibus infeudatus est a domno Patriarca Aquilegensis ecclesie et a nobili duce Karinthye Bernhardo quesitis et non quesitis, ubicunque constitutis. Iam dictus igitur comes Meinhardus dedit nuncios subscriptos comiti Tyrolensi ad intromittendum se in possessionem feudorum premissorum scilicet dominum Hainricum de Welfspere, dominum Olricum de Rifenberc, dominum Hainricum de Luinz castellanum et ut hec irreuocata permaneant presentem paginam utriusque sigilli munimine roborari decreuerunt. Hec autem acta sunt aput Patriarcsdorf in estuario Eberhardi plebani eiusdem loci. Anno domini Millesimo CC. XXX. VII. III. kal. Octobris Indictione decima Huius rei testes sunt. dominus Leonhardus de Schonenberc, dominus Leo plebanus de Matrey. d. Syboto plebanus de Lowant. d. Eberhardus plebanus de Luinz. d. Ormelricus et dominus Hermannus sacerdotes. Rubertus scolasticus. d. Olricus de Rifenberc. d. Hainricus de Welfspere. d. Cholo et domnus Volterus fratres de Vlahspere. d. Hainricus et. d. Fridericus de Luinz

d. Hainricus de Corô d. Heinricus et d. Chuonradus de Valchnstaine, d. Hainricus de Gesiez, d. Hainricus de Rotenstaine. d. Volkerus de Dornbere. d. Wergandus de Matrey, d. Albertus de Vige. Otto well dominus Jacobus de Sumeropere. d. Hainricus de Guvedôw, d. Rubertus Mosonge. d. Chunradus et dominus Chuno fratres. d. Hartwicus pincerna, cives in Lunz. d. Rutlebus, d. Chofmannus. d. Hilprandus, d. Leo d. Perhtoldus d. Dipoldus. Fridericus de Lowant. Pertoldus patriarcha et alii quam plures.

1238 Jänner 13. Wippach.

Patti di lega tra il patriarca ed il conte di Gorizia per chiedere soddisfazione ai Giustinopolitani delle ingiurie da essi ricevute.

In nomine patris et filij et Spiritus sancti amen
Notum sit vniuersis presentem paginam inspecturis
quod Super iniuriis et offensis quas Justinopolitani
domino Berhtoldo dei gracia aquilegensis Ecclesie path.
riarce et Meinhardo comiti Goricie jntulerunt iidem
pathriarca et comes taliter adinuicem conuenerunt
quod dictus comes dominum pathriarcam contra Justi.
nopolitanos prefatos ad suam justiciam consequendam
ab ipsis bona fide et totis iuribus adiuuabit, Nec com.
positionem aliquam faciet cum ciuibus memoratis nisi
ipsi gracie domini pathriarce primitus fuerint inte.
grabiliter reformati. Et econtra dominus pathriarca
sedipsum comiti repromisit et nullam cum dictis justino.
politanis compositionem admittet, nisi ipsi de Jniuriis
et offensis satisfaciant, quas eidem comiti irrogarunt
Hanc autem conuentionem ambo videlicet pathriarca
et comes predicti fide interposita firmauerunt. Et vt
jnuiolabilis obseruetur hermannus de pentshano. her.
mannus de portis et herbordus de Berhtensteine mi.
nisteriales domini pathriarce. Vlricus de Riphenberc
heinricus Burgrauius de Lunze. ministeriales comitis
sepedicti et vtshalcus de Duuino ministerialis pathri.
arce eiusdem! super obseruatione conuentionis prefa.
te, in ipsorum dominorum animas ipsis percipientibus
tactis corporaliter sacrosanctis ewangeliis. Jurauerunt
Acta sunt hec apud Wippach. Anno domini Mile.
simo Ducentesimo. Tricesimo octauo vndecima Jndictione

Tredecimo die Januarii . In presentia Magistri philipp
canonici Aquilegensis magistri Berengeri vicedomini
Leonhardi de Shonenberc Vlrici de Gugania, Sw
cardi de Grisiniano et quam plurium aliorum . Ad ma
ioris etiam roboris firmitatem prefati pathriarca et comp
sigillis suis presentem paginam muniuerunt.

1239. Settembre. Stein. Bertoldo patriarca di Aquileja conferma alcune disposizioni della Chiesa di San Tomaso di Cirkelach.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Bertholdus dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha. Quia humane conditionis memoria utpote fragilis super hiis, que provida deliberatione ad honorem dei et ecclesiarum profectum statuuntur, consuevit frequenter propter revolutionem temporum enervari, tractatus quoque scripture, que est mater memorie, sunt dilucide mancipandi. Hinc est, quod nostam presencium quam posterorum noticie huius scripti serie declaramus, quod nos pensata utilitate ecclesie sancte Marie in Cirkelach necnon et devotione dilectarum in Christo filiarum nostrarum Mechildis priorisse tunc pro tempore claustri vallis sancte Marie et conventus fundationem capelle sancti Thome, quam ad instanciam felicis recordationis Berhtoldi decani Carniole et nepotis eius Heinrici admiseramus, de bono in melius commutavimus, communicato tamen consilio virorum prudentium assignantes eandem capellam matrici ecclesie in Carsarium et reddentes mansum beati Antonii, in quo fundata dinoscitur eidem, et mansum quem Wulvingus dicto Heinrico dederat, quo idem Heinricus altare sancti Nycolai dotavit, ad providendum lumen in fenestra iuxta idem altare locandum ad tale ministerium ratificamus, ut residuam dotem capelle duos videlicet mansos in Tirnovlach et tres in Wizoe super ripam, que dicitur Coker, sitos claustro vallis sancte Marie pleno iure dedimus possidendos sub hac forma, quod in aliquo latere claustri eiusdem altare in honore beati Thome apostoli erigatur et translatis ossibus fundatorum ad dictum claustrum idem altare in consecratione sua eisdem mansis supradictis dotetur, et Florentius sacerdos, qui ad nostrum consilium et peticionem sepedictam capellam resignavit, quamdiu vixerit eidem altari et ecclesie divina exsolvat officia eique victus et servo ipsius et vestitus necessarius amministretur et nichilominus redditus dicte dotis dum vivit quiete et pacifice volumus possidere. Si vero per inoportunitatem vel voluntatem priorisse non videretur necessarius ad exequendum officium ibidem, volumus ut ubicumque mansionem faciat casu sic se offerente, dotis dicte dum vivit gaudeat emolumento et in nostra permaneat protectione. Sane post vite sue excursum teneatur priorissa et conventus animabus fundatorum et orationibus assiduis et in anniver-

sarius beneficia pietatis deum pre occulis habentes de anno in annum fidelites exhibere. Set ne quis huius statuti nostri transgressor exi stat temerarius, presentem paginam nostri sigilli inpressione ad fir mius robur iussimus communiri. Cuius quidem rei testes sunt: Ulricus episcopus Tergestinus, abbas Obernburgensis, Berhtoldus archidiaconus Villacensis, Weriandus plebanus de Meingozperch, Heinricus capellanus curie, Bonecontrus notarius curie et alii quam plures. Acta sunt hec apud Steine anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono mense septembris, XIII indictione.

Originale in pergamena, il sigillo manca. Vienna Archivio di stato Repert. I.

1239. 2 Novembre. Sittich. Bertoldo patriarca d'Aquileja dona la chiesa di San Leonardo nel monte Leuvel al Monastero di Viktring, juspatronato già di Enrico, marchese d'Istria.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Bertoldus dei gratia
sancte Aquilegensis sedis patriarcha. Cum humana memoria sit fragilis
et caduca nec succedentibus sicut presentibus hominibus eadem sit vo-
luntas, fidelium gesta ut in sue firmitatis constancia perseverent, scripti
solent custodie commendari. Ad noticiam igitur omnium presencium et
futurorum volumus pervenire, quod nos mereri cupientes, ut apud conventum
monasterii Victoriensis nostra et parentum nostrorum memoria in benedic-
tionibus habeatur, ecclesiam sancti Leonhardi in monte Leuvel sitam cum
omnibus suis pertinenciis [libere][1] donamus monasterio memorato cum om-
nibus provenientibus utilitatibus inde perpetuo possidendam. Ius patro-
natus in ipsa ecclesia dudum nobis donatum per dominum fratrem
nostrum bone memorie Henricum marchionem quondam Istrie liberaliter [2]
[predicto monasterio donamus et suis patronis ...] huiusmodi
condicionis pacto subiuncto, quod apud monasterium prefatum singulis septimanis
pro remedio anime nostre et dicti domini fratris nostri marchionis
patris et matres ac aliorum parentum nostrorum missa pro defunctis
debeat celebrari, item quod in predicta ecclesia sancti Leonardi pro
sanctorum reverentia in ebdomada qualibet missa celebrari debeat ad
minus una vice, item quod conversus aliquis [vel[3] frater de conventu monasterii]
Victoriensis apud eandem frequenter debeat ecclesiam demorari in exhi-
bitione ignis, straminis et stupe calide transeuntibus [et[4] peregrinis omni
tempore hospicii] beneficium impensurus et quod vie supradicti montis
Leubel [scilicet[4] parari et pontes] refici iuxta [necessitatem[4] transeuntium
debeant de facultatibus ecclesie sive monasterii memorati. Indulgemus
eciam et concedimus, quod pro habendis [et[4] nutriendis ibidem pecco-
ribus novalia aliqua extirpare] in ipso monte possint fratres mona-
sterii sepedicti. Si vero predicti [monasterii[5] abbas et conventus
monasterii] sepedicti[6] ..... nos vel successor noster in iure patronatus
ecclesie supradicte[7] ..... Ut autem hec rata et immutabilia perse-
verent, presens scriptum nostro, capituli nostri et conventus monasterii
monasterii Victoriensis sigillorum[8] ..... iussimus roborari. Acta sunt
hec in monasterio Sithicensi anno ~~millesimo~~ incarnationis dominice millesimo du

centesimo tricesimo nono, secundo mensis novembris XII indictione

Originale in pergamena. I sigilli del patriarca e dell'abbate di Victring pendono ad un nastro di canape. Vienna Archivio di stato. La scrittura di questo documento è molto corrotta ed in parte illegibile. Dal sigillo del capitolo manca ogni traccia.
1) La scrittura è illegibile in lunghezza di un centimetro. La parola ... supplita da una copia fatta cinquanta anni sono e collazionata dal Chmel. 2) la scrittura è in gran parte illegibile in lunghezza di un decimetro. 3) la scrittura è illegibile; questo passo supplito da un'estratto dell'Ankershofen nell'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen 32, 195, fatto da una copia dell'anno 1443, come anche le seguenti parole che nell'originale sono per la più grande parte illegibili. 4) supplito dall'estratto dell'Ankershofen. 5) supplito dalla copia collazionata dal Chmel. 6) il seguente è illegibile in lunghezza di cinque centimetri. 7) il seguente è illegibile in lunghezza di 12 centimetri. 8) la scrittura è illegibile in lunghezza di 2 centimetri

1240, Genn.º 8. – Pordenone.

Compravendita d'un maso in S. Avvocato.

Anno Domini M. CC XL. Indictione viij. die viij intrante Januario presentia vodolrici preuet filius condam domini redulfi dardugi de naone et detrici eius fratris et johannis borse de pirouela et beleti pelipari et conradi et Jacomugi molinari eius dem loci et Aliorum. Dominus Legar et Vodolricus eius filius uerbo domini Legari patris sui de naone per se et suosque heredes Ceperunt ex pacto in manu domini detalmi de sancto focate Recipiente per se et suosque heredes sub debito de CC libris denariorum ueronensium que si predictus dominus detalmus aut ipse uel sui heredes uel eorum certus nuncius dabunt predicto domino Legaro uel vodolrico filio suo aut suis que heredes L libras denariorum ueronensium et non plus pro colibet festo sancte Marie de Redelis (Candele) que predictus dominus Lagar et Vodorlicus (sic) eius filius et sui heredes teneantur facere datam et vendicionem et Refutacionem de uno manso terre iacente in uilla naonis et Regitur et laboratur per degelum iohannis bertam et coeret illi manso ab uno latere uersus orientem mansus grimaldi cresencon et ab alio latere mansus domini ducis de corrclano et predicti denari debent esse in denariis grosis et si predictus dominus legar et vodolricus eius filius et eorum heredes nolentes facere predictam datam et vendicionem et Refutacionem predicto domino Detalmo et suisque

heredibus de predicto manso soli te supradicte CC
liberas denariorum ueronensium et hec carta sit
firma et [ra]ta et sic atendere valeant et omnes ex
pensas et damnum eis reficere promiserunt actum
in uilla naonis in clesura beton ante portam
domini mesalgi

+ Ego iohannes de uilla naonis notarius sacri
palatii interfui et scripsi.

+ scancellato

1242-10 Febbrajo Lienz. Mainardo conte di Gorizia ed Eberardo II arcivescovo di Salisburgo convengono che i loro servi possano incontrare matrimonio ereditario a patto che i figli siano tra i loro padroni.

1242, Februar 10.

Nos M. dei gracia advocatus Aquilegensis ecclesie et comes Goricie presenti cartula tam presentes scire volumus quam futuros, quod de consensu uxoris nostre et filiorum nostrorum cum venerabile domino nostro archiepiscopo Salzpurgensi tale promissum fecimus sive pactum, ut familie Salzpurgensis ecclesie nec non et nostris fidelibus, quando voluerint, liceat matrimonialiter copulari, pueris tamen equaliter condivisis, ita etiam ut matrimonialiter copulati paterna hereditate et materna tam in bonis Salzpurgensis ecclesie, quam etiam in bonis nostris gaudere debeant pleno iure, equam videlicet porcionem in feudis et etiam in prediis capientes 1.) et hoc ratum habere volumus tam in matrimoniis iam peractis quam etiam ulterius copulandis. Et ne tempore procedente in predictis possit aliqua dubietas exoriri, providenti testimonio et cautela hanc paginam sigillo nostro iussimus consignari. Datum Luonz, IIII idus Februarii, indictione XV^a.

Originale. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

1.) avanti capientes è cancellato por.

1245 15 Giugno Castello di Gorizia. Mainardo Conte di Gorizia rinuncia a favore del Monastero di Aquileja e di Herburg badessa di quello, l'Avvocazia dei beni di quel luogo in Pantianico, Beano ... per 10 anni 1245,

In nomine dei eterni amen. Anno domini M° CC° XLV°, in Giugno
dictione tercia, die quinto decimo intrante Iunio, actum 15.
Goricie in castro domini Meynardi comitis, in presencia
dominorum videlicet Wolrici de Rifinberch, Fulcherii de
Lorenberch, Ottonis de Goricia, Wosalchi de Leuma, Rotileppi
de Leuma, Reynardi Fladerarij de Civitate, Folcherii de
Vlasperch, Conrado de Lonço Bartholamey Bosati, Rusciti,
Marquardi, Martini civium Aquilegiensium et aliorum
multorum testium rogatorum. Ibidem dominus Meynardus
comes de Goricia pro se suisque liberis et heredibus omnibus
integre obligavit totum usum advocatie sive totam advo
caciam, quam dicit se habere vel videtur habere in villis
et bonis monasterii sancte Marie Aquilegiensis monialium
dominarum silicet in Pantianico, Bellano, Malacipita*
Casellis et in uno manso de Biçinico domino Henrico dicto
Baraterio vicedomino domine abbatisse et monasterii eam
dicti recipienti vice et nomine domine Herburge abbatisse
monasterii sancte Marie de Aquilegia cum omni iure actio
ne et racione reali et personali utili et directo sibi et suis
liberis ac heredibus aliquo modo pertinentibus pro ducentis
marcis denariorum Aquilegiensium monete quas ab eodem
vicedomino nomine antedicte domine abbatisse dicti mona
sterii et conventui sui confessus fuit se integre numeratas
atque datas fuisse et recepisse quam advocatiam sive
usum advocatie eidem vicedomino prout superius est
dictum integre dedit et obligavit usque ad decem annos
completos tali pacto et condictione, quod eandem advoca
ciam non valeat nec possit exigere vel expignorare usque
ad dictum terminum decem annorum, transacto termino
si eam redimere aut expignorare voluerit predictas ducen
tas marcas dicto monasterio et conventui dare et reddere
teneatur et quamdiu predictam pecuniam dicto monaste
rio non redderet cum dictis advocaciis nichil habeat
agere vel ordinare, promittens namque prefatus dominus

M. comes pro se suisque liberis et heredibus domine abbatisse prefate et conventui suo dictum usum advocacie ac advocaciam predictarum villarum et mansi prefati cum omni iure actione et racione ab omni persona et universitate legittime defendere, autoriçare, warentare, manutenere ac disbrigare omneque dampnum et expensas litis integre reficere ac resarcire promisit. Et si aliquis nunciorum ipsius domini comitis vel de suis hominibus aliquid de predictis villis et bonis prefatis acceperit galliñam aut anserem vel aliquid aliud sive parvum vel magnum fuerit, dominus comes vel sui successores infra XV dies postquam sciverit omnia ablata sub pena infra scripta reddere teneatur et liceat prefate domine abbatisse et conventui suo ipsum usum advocacie uti, sicut ipse dominus comes et eius antecessores usque nunc vel usque ad hec tempora usi sunt. Et si contigerit aliquo tempore aliquem publicum malefactorem, furem vel alium convictum coram nuncio aut provisore monasterii prefati in predictis villis et advocatiis inveniri, omnia eius bona erunt monasterii, personam autem malefactoris monasterium non defendet, promittens eciam prenominatus dominus comes advocaciam eandem transacto termino non solvere neque redimere, ut alicui persone aut universitati ^eam^ aliqua modo alienet aut obligacione aut investlucione[1.)] aut vendictione aut permutacione aut aliqua alia alienacione, sed tantummodo ad usum sue persone aut filiorum suorum solvendo monasterio memorato pecuniam superius nominatam, promittens eciam contra predicta vel aliquid predictorum per se vel successores suos nunquam facere vel venire occasione aliqua vel excepcione sub pena centum

1.) sic

marcarum boni et obtimi[1] atque puri argenti et ea soluta[2] omnia suprascripta nichilominus rata et fir- ma permaneant, renuncians eciam non numerate et non mutuate et recepte pecunie et exceptionibus omnibus ac omni legum auxilio. Pro hiis vero omnibus observandis pre- fatus dominus comes in animam suam ac heredum suorum ministeriales suos videlicet dominum Wolricum de Rifen- berch, dominum Folcherum de Dorenberch, dominum Ottonem de Goricia et dominum Wosalcum de Peuma ibidem ad sancta quatuor dei ewangelia[2] iurare fecit hec omnia supra- dicta observare et dominum comitem memoratum et here- des suos sub pena superius scripta inviolabiliter facere observari.

[1] sic
[2] soluta apposto sopra la linea
[2] sic

S. Ego Philippus sacri palacii notarius hiis omnibus interfui rogatus et de voluntate dicti domini comitis Meynardi scripsi et roboravi.

Originale. Vi è ancor un secondo instrumento scritto dallo stesso Philippo dal 1245, Giugno 15. quasi paro- la per parola consonante col soprascritto.
Al margine inferiore si trovano le parole: in libro.

L'Imp. Federico II approva certe convenzioni fatte tra Mainardo Conte di Gorizia e l'Università di Porto Latisana.

1245. Iuli. Verona
Della comune di Portlatisan.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Ierusalem et Sicilie Rex. Digna remunneratio subiectorum iustum donantis prodit Imperium tantumque donorum compendiis applicatur, quantum benemeritis eorum supplicationibus clementer admissis liberaliter impectitur. Per presens igitur scriptum notum fieri volumus universis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod universitas Portus de latisano, fideles nostri Maiestati nostre humiliter supplicarunt quod cum inter Comitem Manardum de Guritia, dilectum fidelem nostrum ex una parte et universitatem eandem ex altera super libertate universitatis ipsius certe questiones intervenerint prout in publico instrumento inde confecto a nominato comite plenius continetur Nos conventiones predictas sic habitas inter eos ratas habere et confirmare, de gratia nostri Culminis, dignaremur. Cumque idem Comes in Curia nostra presens pro ratihabitione et confirmatione predictis, Celsitudini nostre attentius supplicare. Nos qui iustis fidelium nostrorum petitionibus consuevimus assensum, benevolum exhibere supplicationes easdem, tam Comitis quam universitatis benignius admictentes queritiones easdem de libertate predicta prout in dicto instrumento plenius contineri noscuntur et legitime facte sunt de gratia nostra ratas habemus et etiam confirmamus Ad huius autem ratihabitionis et confirmationis

memoriam et robur perpetuo ualiturum, presens scrip-
tum fieri et sigillo Maiestatis nostre iussimus commu-
niri;

Acta sunt hec anno dominice Incarnationis Mille-
simo, ducentesimo quadragesimo, quinto Mense Iulii
tercie Indictionis Imperante domino nostro Frederico
secundo dei gratia Inuictissimo Romanorum Imperatore
semper augusto Ierusalem et Sicilie Rege Imperij
eius anno uicesimo quinto. Regni Ierusalem anno ui-
cesimo primo Regni uero Sicilie quadragesimo septi-
mo feliciter Amen.;

D. Besus (Pbs

Data verone anno Mense tempore et Indictione
predictis

1249. 25 Maggio. Trieste. **Ulrico** vescovo di Trieste concede ad Almerico q. d. Vanino di Charsperch di costruire un castello sul monte presso Dinga.

In nomine dei eterni. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, die septimo exeunte mense maii, indictione septima. Dominus Vlricus dei gracia episcopus Tergestinus pro honore et statu ecclesie sancte dei et beati Iusti martiris consensu et voluntate capituli Tergestini dedit atque tradidit domino Almerico filio quondam domini Vanini de Charsperch licenciam et potestatem faciendi et edificandi quoddam castrum in districtu episcopatus Tergesti in monte quodam posito supra Dinga, quod quidem ab eodem domino episcopo dictus Almericus in feudum legale accepit hoc modo, quod dictus Almericus dictum castrum habere tenere et possidere debeat ad honorem dei et dicti domini episcopi Tergestini et suorum successorum et dictum castrum habere et tenere semper et quolibet tempore paratum et apertum ad voluntatem domini episcopi et suorum successorum et sequi ipsum et suos successores et suum vexillum et suam banderiam in suum favorem secundum suam voluntatem et suum beneplacitum contra quamlibet personam et obedire domino episcopo et suis successoribus et sue iurisdictioni. Insuper promisit predictum castrum per successionem hereditariam dare illis suis filiis, qui ministeriales erunt causa dei et beati Iusti, et si contingeret eos filios qui ministeriales erunt causa dei et beati Iusti decedere sine heredibus et castrum perveniret ad alios suos filios qui ministeriales essent alterius domini, quod tenebuntur ad supradictas obligationes et infrascriptas et habebunt castrum suprascripto et infrascripto pacto et tenore nec se nec dictum castrum ponet nec armabit contra dictum dominum episcopum et commune Tergesti et suos successores aliqua occasione, et si ipse aut sui heredes facerent aliquid contra dominum episcopum et commune Tergesti

et suos successores, quod infra tercium diem postquam sciverit
satisfaciet ad voluntatem domini episcopi et communis et suorum
successorum. Hec omnia suprascripta et singula promisit dictus Alm-
ricus per se suosque heredes attendere et observare dicto domino episc-
po et communi suisque successoribus sub pena quingentarum marca-
rum argenti cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et
futurorum, renuncians[1] omni iuri et legum auxilio sibi pro lite ali-
quo modo coherenti. Et pro dicta pena quingentarum marcarum argent-
dominus Hainricus de Stain, dominus Hainricus de Carisperg, domin-
Outey de Carsperg, dominus Chunradus Swarczneck et[4] Hornustus
filius quondam domini Vuarnandi de Muchon quilibet eorum pro eor-
parte extiterunt fideiussores et principales debitores, renunciantes
omni iure[1] fideiussorio eis pro lite aliquo modo coherenti obligati[2] pro
dicta pena cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et
futurorum mobilium et fixorum. Actum Tergesti in pallacio domini e-
piscopi presentibus presbitero Bartholomeo plebano de Mugla, domin-
Regnerio de Outea cive Veneto viro domine Iuchinte de Tergesto, Raynol-
de Bruyda Ciuitanensi, Bernhardo filio domini Alberti de Castro ru-
de Iustinopoli, magistro Chunrado de Verona, Petro Tybero de Veneci-
et aliis testibus ad hoc vocatis.

Ego Lazarus sacri pallacii notarius hiis interfui et rogatus ha-
cartulam scripsi et roboravi.

Codice 72 (nuova serie) f. 111'-112.

1/ sic. 2/ f. 112. 3/ sic invece di case 4/ segue cancellato: Hor.

51. 7 Luglio. Latisana. Mainardo Conte di Gorizia investe Pietro Dandolo di decime in Castione, Pidrigago e Pirano ove ne erano stati investiti i suoi progenitori nel 1210 17 marzo. 1251

In Christi nomine. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti
per Antonium de Malerba notarium confecti in formam pu-
blicam reductum sic incipiens: In Christi nomine amen. Nos
Meinardus comes Goricie advocatus Aquilegiensis ecclesie
imperpetuum. Cum bene meritis nostris dignum scit nos gra- [sic]
cias et honores impendere illos efficacius promovere nos con-
venit, qui pociora nobis possunt fidelitatis servitia exhibere.
Cum igitur Andreas et Henricus Dandoli fratres relictis legi-
timis heredibus et Marinus Dandolus nepos eorum prout au-
divimus absque omni heredum solacio nobiles viri Veneciarum
progenitorum nostrorum fideles divino faciente iudicio viam
sint universe carnis ingressi, qui a domino Meinardo patruo
et a domino Engelpreto patre nostris felicis recordacionis comi-
tibus Goricie medietatem decimarum de Castillono et de Pidri-
gago et octo decimas in Pirano in perpetuum cognoverunt
ad feudum et tandem vir nobilis et fidelis Petrus Dandolus
filius bone memorie Iohannis Dandoli filii Andree prefati
tercie partis predictorum feudorum a prenominato comite
Meinardo patruo nostro investituram assumpserit uno pre-
ditorum alteri succedente sine fidelitate, sine commendacione
et sine alio quolibet servicio exhibendo, secundum quod nobis
liquido constituit per instrumentum publicum confectum per
manum Viviani notarii presentibus viris ydoneis, millesimo
ducentesimo decimo, die decimoseptimo mensis marcii, XIIIe
indicionis inclinati precibus memorati Petri Dandoli, quem
fidelitatis titulus recomendat et considerantes futuram gra-
tiam quam a nobis et nostris heredibus potterit in posterum
promereri, Petrum eundem de duabus partibus predicti feu-
di, de tercia videlicet que ipsum tangit hereditario iure ac de
alia tercia parte coheredipatis sue dicto Marino absque legi-
tima postritate defuncto, ipsis forma et pacto sicud predicti [sic]
progenitores eius investiti fuerant, duximus liberaliter inve-
stiendum, ut dictum suum rectum et legale feudum perpetuo
in pace possideat et quiete, facientes sibi graciam speci-

alem, pro eo quod defuncto predicto comite Meinardo pa
nostro investituram sui recti feudi debito tempore non
petivit a nobis, quo minus si alias sibi preiudicaret de
certa scientia nostra dictorum feudorum beneficium
adequatur. Huius rei sunt testes domini Marcus Ceno et
1.) sic. Marinus Loorgracius Veneti, Octobagonia[1.] de Spizenberc,
Wolricus de Reiffenberch, Philipus de Wasenstain, Bo
omus de Varino et alii plures. Actum in domo Caduli de
porta Latinare, anni domini millesimo ducentesimo
1.) sic. quinquegesimo[1.] primo, VIIII indicionis. Ad huius rei e
videntiam et stabilem firmitatem presens scriptum
manu publica fieri et nostro sigillo fecimus roborari
S. Ego Antonius de Malerba domini Fr(iderici) imperatoris
notarius hiis interfui et rogatus scripsi.
S. Ego Petrecinus notarius de Padua hoc exemplo legen
et auscultando ad autenticum interfui, vidi, legi et
ascultavi cum infrascripto notario nec non eciam pu
2.) sic bicacioni[2.] interfui et sicut in autentico continebatur ita
in hoc continetur exemplo, ideoque me testem rogatum
cum signo meo subscripsi.

S. Ego Nicolaus filius quondam Martini de Pagano
de Alysco imperialis aule notarius bona fide sine frau
de hoc exemplum, ut in autentico Antonii de Malerba
domini Fr(iderici) quondam imperatoris notarius non a
bolito non cancelato et sigillo cereo integro pendenti
coroborato domini Meinardi comitis Goricie advocati
Aquilegiensis ecclesie in perpetuum inveni, scripsi, e
xemplavi et signo meo coroboravi et coram venerabili
patre domino P. dei gracia episcopo Castellano cum
predicto Petrecino notario legi et ascultavi et ipsius
domini P. dei gratia episcopi Castellani auctoritate
in formam plubicam reduxi et sicut in ipso autentico
continebatur, ita et in hoc continetur exemplo nil ad

dens vel minuens, quod sensum vel sentenciam seu tenorem augeat, minuat seu mutet, nisi forte punctum, litteram vel sillabam et hoc curentur anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indictione nona, die septimo intrante iulio presentibus testibus iam dictis et eciam domino Philipo Minoto et Iohanne Dandulo filio quondam domini Marci Dandoli civibus Venetis.
Actum in episcopatu Castellano.

Originale del transunto.

1252. 29. Agosto, Werdenberg.
Bernardo Duca di Carinzia dichiara che i Signori Rodolfo di Duino, Cono e Beachino di Mimillano non hanno alcun diritto di Avvocazia su beni nel Carso donati dai suoi progenitori al Monastero di Rosazzo; atto trascritto in Cividale il 23 novembre 1261, alla presenza di Wolrico Duca di Carinzia.

1252, August 29, Werdenberg

Herzog Bernhard von Kärnthen beurkundet, daß Rudolf von Duino, Chuno und Beaquinus de Mimilano keinerlei Recht auf die von ihnen beanspruchte Vogtei jener Güter des Klosters Rosaz haben, welche seine Vorfahren demselben im Karste geschenkt haben.

Vidimus auf Perg. dd. Civitas Austrie 23/XI 1261.

In nomine domini amen Hoc est exemplum cuiusdam privilegii domini quondam Bernardi dei gracia ducis Carinthie sigillatum eius sigillo pendenti cereo & integro et illeso tenor cuius talis est erat. In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Bernardus dei gracia dux Carinthie universis Christi fidelibus presentes litteras intuentibus salutem et memoriam rei geste. Nos qui pro remedio anime nostre loca deo dicata sive dicanda inquantum possumus pio favore prosequimur, ad ea maxime intendimus et humiliter molinamur que per progenitores nostros et nos antiquitus in prediis terris mansis alio quocunque modo fuerint beneficiata ut in suo iure permaneant et debita libertate. Hinc est quod malignitati eorum obviamus qui se per progenitores nostros sive per nos ius advocatie in bonis quibuscumque monasterio Rosacensi a nostris progenitoribus sive a nobis collatis in feodo fatentur debite possidere sicut quidam ut intelleximus videlicet Rodulfus de Devino, Chuno et Beaquinus de Mimilano qui dicunt quod in feudo advocatiam possi-

deant in bonis illis que progenitores nostri et nos (sic) inrate ~~in rato~~ habitatione in Carsto sunt collata monasterio memorato quorum etiam sunt expressa ut singulis audientibus libertates eorum omne dubium auferatur, in Cesano videlicet, in Siriach in Pliscuwiç, in Mirschach, in Podem, in villa crucis, in Sohpriach, in Scompo*, in Lesniç (?), in Predra, in manso qui est in Selchach, in Utendorf, in Dobragon, in Godegnano, in Sedla, in Fontana, in Warnasch; hec singula cum omnibus eorum decaniciis et quibuslibet appendiciis et rationibus ad dictos mansos pertinentibus et in duobus mansis in monte et in villa Sancte Marie nostri progenitores et nos libere contulimus cum advocatia alborgarii sicut nos possedimus pleno iure ipsi monasterio Rosacensi libera libertate et sine omni scrupulo aliene servitutis perpetuo possidenda et coram deo et hominibus protestamur littera presenti quod Rodofus (!) Chuno et Berquinus et eorum progenitores seu aliqua persona qualiscumque altera in predictis possessionibus nunquam a nostris progenitoribus vel etiam a nobis aliquid dominium vel advocatiam sive servicia minutissima, qualiacumque recepit in feudum vel quoquo modo nostro nomine requirendi set omnia ad adservicium abbatis et fratrum dicti monasterii dedimus pro nostra felici memoria libera voluntate et volumus et inquantum possumus nos exponimus ut idem monasterium per nos sua gaudeat debita libertate et heredibus nostris ad ipsum relinquimus

* Scopo

conservandum presentemque cartulam in evidens testimonium libertati sue scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari ipsi monasterio subscriptis testibus assignandam. Testes sunt Ulricus filius noster, Henricus de Silberberch, Artuicus dapifer de Chriks, Arnoldus de Havoerburch, Bertholdus de Grvednich, Jacobus de Vriberc, Chunradus de Pirpoum, notarius noster et tota curia nostra. Acta sunt hec anno domini millesimo CC^mo quinquagesimo secundo, indictione decima in die decollationis sancti Johannis Babtiste. Datum in Wordenburch per manus Bertholdi notarii nostri. Ego Conradus imperialis auctoritate notarius supradictum privilegium vidi, legi, tenui et ausculatavi et scripsi de mandato michi facto per dominum Wolricum dei gracia illustrem ducem Carinthie, signum meum apponens, nil addens vel minuens quod ipsius privilegii mutet sentenciam sive sensum. Actum in Austria civitate in domo domini Borigerii prepositi sancti Wolrici anno domini millesimo CC^mo sexagesimo primo indiccione quarta die octavo exeunte Novembre presentibus dominis Borigerio preposito sancti Wolrici, Ludvico archidiacono Marchie Carniole, Rodilino milite Laybacensi, Johanne de Cucania, Conout de Murucio, Wernerio et Wilelmo gastaldione de Looh, Henrico de Mels, Gerardino et Henrico Tasotto civitatensi et aliis pluribus. S. N.



Dunkelrothe Siegelschnur ohne Siegel.

N. 253. April. 15. Venezia

Mainardo conte di Gorizia vende le rendite di Latisana ad alcuni Veneziani per 4 anni.

C. Hoc est exemplum ex quodam alio exemplo sumptum ex autentico sumpto de quadam vendicione et tradicione facta per dominum Meinardum comitem Gorcie aduocatum Aquilegensis ecclesie dominis Marino seurancio Marco paulo et Marco Gorçani de introitubus portus latisani sic incipiens.

✠ Die Martis quintodecimo jntrante Aprili in Claustro ecclesie sancte Marie cruciferorum venetie presentibus dominis Handrea dauro de confinio sancti saluatoris. Johanne fereo de Confineo sancti Moises Bertholomeo de Mugla de confineo sancte Marie jubanico Jacobo dauro filio predicti domini Handree Johanne Mineo Detalmo de Cauriaco. Eligeio de mels Carollo de flagonia Vgone de Reifenberg Aynero de Ragonia testibus Rogatis et alliis. Dominus Meinardus comes Goritie aduocatus Aquilegensis ecclesie precio mille librarum veronensium quas in denariis et in Rebus concorditer et Racionabiliter extimatis confessus fuit, et manifestus se habuisse et Recepisse a domino Marco Gorçano de confinia sancti petri in castello venetie et in se habere dixit et precia insuper trium milium librarum veronensium quas a domino Marino saurangio de confinio sancti seuerii a domino Marco paulo de Confinio sancti Hermacore a dicto domino Marco Gorçano debebat fieri satisfacio per ipsum dominum Comitem et de ipsius ordinacione. de tribus milibus veronensibus dominis Johanni barocio et Lennardo babilo

nio et eorum sociis Renuncians exceptioni non date non
numerate pecunie seu Rerum sic concorditer extimatorum
ordinacionis seu satisfacionis prædicte Dedit vendidit et
tradidit pro se et suis heredibus prædictis dominis Mar
tino sourancio Mateo paulo et Marco Gorgano Recipi
entibus pro se et eorum heredibus omnem introitum
et prouentum seu fictum domorum portus latisane
Mutam ipsius portus et quidquid ad prædictum pertinere
dinoscantur prouentum Macelli portus eiusdem et
quidquid Generaliter ad dictum dominum Comitem
pertinere videtur in ipso portu Judicio dum taxat
seu Wadiis siue bannis et penis Memorato domino
Comiti Reseruatis habendum percipiendum possidendum
hinc ad festum sancti hermacore proximum ad quatu
or annos omni dicti domini Comitis heredum suorum
ac persone cuiuslibet usque ad dictum tempus con
tradicione cessante. Que omnia dictus dominus Co
mes per se et suos heredes promisit dictis dominis
Marino sourancio Matheo paulo et Marco Gor
gano eorum heredibus defendere warentare et ex
pedire propriijs expensis ab omni persona cum Ra
cione sicut pro tempore fuerit meliorata seu ua
luerint in simili loco sub extimacione bonorum
Cum omni dampno et expendio et expensarum expensis
faciendis quocumque modo eundo stando et Redeundo
tam in iure quam extra pro recuperanda pena in
ferius aposita et eciam quolibet interesse sub ob
ligatione omni suorum bonorum presentium et futuro
rum mobilium et immobilium et suppelicis et per eos
dem dominos emptores dictus dominus Comes se con

stituit possidere uel quasi. dando me infrascriptum an,
tonium notarium nuncium ad ponendum eos uel eorum
nuncium ad inducendum eos in tenutam dictarum Rerum
pactum et promisionem fecit dictus dominus Comes dictis
Marino sourancio Matheo paulo et Marco Çorçano
quod non probabit dicte pecunie solute finem concordiam
Remisionem seu terminum breuiorem nec aliquid contra
prædicta uel aliqua prædictorum testibus uel alio modo
nisi hoc instrumento sibi redito uel desoluto facto manu
boni et crediti notarii et si contra fecerit nichil ualeat.
Pena fuit ad hec apposita Mille librarum veronensium
que committi et exigi possit Cum effectu quotiens contra
factum fuerit et ea soluta uel non pactum nichil omni,
um in sua maneat firmitate. Si fieret in super contra
prædicta uel aliqua prædictorum tam pro interesse
quam pro pena liceat dictis dominis Marino sourancio
Marco paulo et Marco Çorçano et eorum heredibus
dictum dominum Comitem et eius heredes et homines eo,
rum quolibet iudice conuenire et eorum bona intromitere
et uendere autoritate propria ubicumque et quandocum,
que absque licencia cuiuslibet judicis uel Rectoris non
obstante aliquo jure Canonico uel ciuili consuetudine
uel statuto et omni exceptione ac defensione Remotis
sibi expresso per ordinem si ante dictum terminum me,
morati Marinus sourancius Matheus paulus et
Marcus Çorçanus uel eorum heredes predicta quatuor
milia librarum perciperent de introitu predicto ex tunc
totum introitum diuident cum dicto domino comite dando
sibi terciam partem ipsius introitus et duas partes ipsi
emtores totius introitus sibi ipsis plenius Reseruabunt

Si uero in prefixo termino de predicto introitu dicta quatuor milia librarum ipsi Emtores integre non percipient, dominus Comes et sui heredes totam diminucionem usque ad dictam summam ipsis Emtoribus et eorum heredibus sub pena predicta soluere teneantur.

Anno domini Millesimo CC. quinquagesimo tertio undecime Indictionis

Ego Antonius de Malerbis domini Friderici imperatoris notarius hijs interfui et Rogatus scripsi.

Ad Maiorem euidenciam huius Rei presens instrumentum fuit de Mandato ipsius domini Comitis suo sigillo Munitum.

S.N. Ego Conradus de Johanne sacri palatii notarius ut in predicto autentico reperi sigillo pendenti inferius domini Comitis cereo sigillato legi et scripsi nil addens uel minuens nisi forte punctum uel literam, quod sentenciam mutet et presens exemplum Roborani Curente anno domini Millesimo CC quinquagesimo septimo Indictione quinta decima

S.N. Ego Petrus dictus Trigintanius auctoritate sacri palatii publicus notarius hoc exemplum sumsi ex exemplo scripto Manu Conradi de Johanne Nil addens uel minuens quod in ipso inueni per quod sentencia uariaret nisi forsan in punctis uel literis per que sentencia non mutatur sub anno domini Millesimo CC octuagesimo primo Indictione nona die septimo intrante Mense augusto

1254 11 Settembre Udine? Mainardo Conte di Gorizia investe d. Anzio di Ragogna della Villa di Villanova presso Pordenone?

Codice manosc. ~~447 f 29'-30.~~

Anno domini M°CC° L° quarto, indictione XII, die
veneris XI intrante Septembris, in presentia istorum roga-
torum testium videlicet[1] domini Gregorii dei et apostolica
gratia sancte sedis Aquilegiensis electi, domini Rucge-
rini electi Cenete, domini Alberti vidomini[a] domini a.) sic
pathriarche, domini Berengerii prepositi sancti Odo-
ria,[a] domini Rantolfi de Vilanta, domini Asquini de a.) sic
Varmo, domini Coni de Mucicio, domini Johannis de
Cutagna, domini Wagnerii de Ragonea, Ivone de Portu-
naonis et aliis pluribus. Dominus Meinhardus comes
Goricie de sua tenuta investivit dominum Ayntium
de Regonia ad rectum et legale feudum secundum morem
domini Aquilegiensis et consuetudinem Foriulii de tota
villa Ville nove que iacet apud Portumnaonis a parte
inferiori et hoc modo ei investivit ad rectum et legale
feudum, ut ammodo dictum[b] dominum Ayncium et sui b.) sic
heredes habeant et teneant et possideant dictam
villam cum omnibus suis iuribus cum introitu et exitu,
cum viis andatis cum campis pratis fosatis silvis
vicibus ac hominibus, biscacionibus[c] venacionibus c.) sic
piscacionibus capulo pasculo amplis aluvionibus et
cum omnibus aliis dominacionibus districtis quam ha-
bet in se et ipse erat visus habere et tenere et possidere
a celo usque ad abisum integre pertinentibus et quod
possint predictam villam cum omnibus suis iuribus ven-
dere donare alienare feudare pignore obligare et quid-
quid voluerit[e] facere vel melius visum sibi fuerit, e.) sic
sine contradiccione et peticione predicti domini Mein-
hardi comitis nec suorum heredum vel aliarum perso-
narum pro eo et ibi presens prelibatum[b] dominum Mei- b.) sic
nardum comitem dedit dictum Yvonum testem nuncium,
ut poneret predictum dominum Ayncium in tenutam

et in possessionem de dicta villa cum omnibus suis iuribus prout ius recti et legalis feudi exigit et constituit pro eo possidere donec in tenutam, et in possessionem intrabit. Proinde namque predictus dominus Meinardus comes per se suosque heredes cum expensis et obligacionibus omnium suorum bonorum presencium et futurorum ipso domino Tyncio suisque heredibus in pena duarum millia librarum denariorum secundum quod dictam villam cum omnibus suis iuribus non valet vel pro alio tempore meliorata fuerit sub extimacione bonorum virorum hominum in consimili loco ab omni homine et persona et ab omni parte ad curiam et ad terminum suis expensariis in racione varentare et defendere et autorizare; quod si facere nequerit aut noluerit, pena contradicta eidem domino Tyncio suis heredibus solvere teneatur pena quoque soluta vel restauracionis talis feudi ut superius legitur firmum prestabit. Actum in Utino, in palacio domini pathriarche.

a) sic.

x fol 30

Ego Leonhardus domini imperatoris notarius inter fui rogatus scripsi.

Copia

1.) La parola videlicet sottoscritta sopra la parola cancellata. fidelis

Copia dal Cod. 449. f. 29 Arch. di Stato. Vienna.

7

155. 24 Maggio. Cormons. Mainardo Conte di Gorizia investe Ottone detto Bregogna di Spilimbergo dell'avvocazia di Villa Caeli, dell'armania di Sedegliano e di beni in S. Maria di Sclaunicco, Sclaunicco, Pozzuolo e Manzano per 500 marche di denari di Aquileja col patto di ricupera.

1255 Maggio 24

S. Anno domini M ducentesimo quinquagesimo quinto, in dictione terciodecima[1.] die octavo exeunte madio in Cormo ne in plathea de[2.]... iosa iuxta viam publicam presentibus domino Odolrico de Kifinbergo, domino Odolrico de Treveno, domino Ancio de Wolpergo, domino Olvero de Regogna, domino Wicardo de Grisignana, domino Warcmaro de Cormono, domino Warento de Cero, domino Ernesto de Wisinnbç, domino Fulchero de Flasperc, dominis Fulcheruso de Floriana, Almerico de Osofo, Johanne Sparelo et aliis. Ibidem cum dominus comes Mainardus de Goricia dediset et investiret dominum Otonem qui dicitur Bergogna de Syminbergo ad rectum et legalem feudum de avocadria de vila Caeli et de rimaria de Saglano et de totum suum poderum quam habebat et tenebat et visus fuerat habere et tenere et possidere in vila sancte Marie de Scleoniche et in Scleonicho et in Auçolo et in eius confinibus et de tres mansos in Mançano precio et foro quingentarum marcharum denariorum Aquilegiensis monete, prout in carta per me Ranbaldum notarium continetur, dictus dominus Otonus qui dicitur Bergogna per se et suos heredes suosque sucessores promisit et convenit et pactus fuit supradicto domino comiti Mainardo accipienti pro se et suis heredibus cum obligacione omnium suorum ad pignus mobilibus et inmobilibus et sub pena MM marcharum denariorum Aquilegiensis monete pacto rato manente post penam solutam, quod quandocumque supradictus dominus comes Mainardus vel eius heredibus[1.] aut cui comiserit, dederit vel solverit dicto domino Otoni qui dicitur Bergogna vel eius heredibus predictas quingentas marchas denariorum Aquilegiensis monete, quod teneantur ei reddere restituere remittere recedere et refutare dictam datam et investituram in dictum dominum comitem vel in eius heredibus aut cui comiserit sine omni tenore et questione aliqua remoto omni ocasione et dificultate, hoc pacto habito inter eos, quod si contingerit, quod predictus

1.) sic
1.) sic

dominus comes Mainardus vel eius heredes aliquo tempore
1.) sic voluiset exigere quantitate[1] dicti poderis pro C marchis vel
per plus dictus dominus Otonus qui dicitur Bergogna
teneatur per se et suos heredes eidem domino vel eius
heredibus dare et restituere in retro in dictu duorum suorum
3.) sic amicorum comunalis, qui dixerunt[3] inter eos sine fraude,
remoto odio, amore et temore; quod si non fecerint vel con
tra venire presumpserit, quod debeat et teneatur per se
et suos heredes dare et solvere predicto domino comiti
Mainardo vel eius heredibus predictas MM marchas
denariorum Aquilegensis monete, pacto rato manente
post penam solutam cum omni dampno litis et expensis,
si quas fecerint vel sustinuerint in iudicium sive extra
iudicium integraliter resarcire promisit.
Ego Ranbaldus sacri palatii notarius interfui ro
gatus et scripsi.
Originale
2.) La scrittura è corrotta in lunghezza di un centimetro

1257. 14 Gennajo. Pola. D. Pietro q.d Facina di Giustinopoli promette a Mainardo Conte di Gorizia che Monflorio e Clizio di Pola fra un anno la Villa di Plagna per 1444 lire di denari veneziani. 1257, Gennaio 14

I. Anno domini millesimo ducentessimo quinquagessimo septimo, indictione quintadecima, die quartadecima intrante mense ianuarii, presentibus domino Iohanne de Cycania, domino Ainço de Melso, domino Ainço de Lisino, domino Meinardo de Cero, domino Cono de Meniçlano, domino Ainco de Procolpurg, domino Ratulfo de Tergesto et aliis. Dominus Petrus condam domini Facine de Iustinopoli stipulavit, stetit et promisit per se et suos heredes domino Meinardo comiti Guricie et suis heredibus facere, quod domini Monfloricus et Cliçesius fratres de Pola reddent, dabunt deliberabunt et reffutabunt ipsi domino comitti villam Plangue a festo sancti Michaelis modo proximo de Septembre venturo et hinc ad unum annum ~~de~~ si ipse dominus comes solverit ipsis fratribus infra ipsum terminum vel in ipso termino mille et quadrigentas et quadragintaquatuor libras denariorum Venetorum parvulorum et hoc promisit dictus dominus Petrus ipsi domino comitti cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, se pro eo possidere constituens sub pena dupli secundum quod pro tempore meliorata fuerit dicta villa in extimatione bonorum virorum. Actum Pole in domo Iohannis filii condam domini Mauri.

Ego Iacobus imperialis aule notarius interfui et rogatus hoc scripsi.

Originale.

Duplicato

1280, Sept. 29.

1280, 29 Settembre. Campagna di S. Egidio.
Il signor Artico di Porcia dichiara di esser pronto a restituire all'abate di Millstadt le terre appartenenti a S. Egidio che fossero trovate ne' propri suoi dominî.

Notariatsinstrument über ein Übereinkommen zwischen Articus de Porciliis und Abt Friedrich von Millstatt wegen Überlassung von Arbeitsleuten seitens des Abtes an Articus — Actum in campanea Sci Egidii.

✝ Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava die dominico secundo exeunte Septembre in presentia presbyteri Gerardi prioris sancti Angeli de Porciliis domini Odorici de Trecano filii quondam domini Bertoldi, domini Artici de Moruzo, domini Masinwere de Piro, Petri Veneti de Sacilo, Widulini eiusdem loci et aliorum plurium dominus Articus de Porciliis dixit et in concordio fuit cum honesto et religioso viro domino Frederico dei gracia Milastatensis abati quod si aliquo tempore dictus dominus abbas vel sui successores vel sui nuncii poterint inquirere seu invenire homines qui pro veritate dicerori re seu invenire poterint in suo districtu de terris Sancti Egidii quod in continenti et libere ei dimittere faciet. Artici

Piro / Peri

Actum in Campanea Sancti Egidii.

Ego Vendramus de Sacilo sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

1280, 29 Settembre. Presso S. Egidio.
Il Gastaldo del monastero di Millstadt prende possesso con certe forme di due pezzi di terra presso S. Egidio

1280, Sept. 29.

Notariatsinstrument über die Besitzergreifung von zwei Grundstücken im Districte Sancti Egidii durch Martin de Avocato, Gastalden des Klosters Millstatt. Actum super dictam terram.

Auf demselben Perg. Blatt.

F. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava die dominico secundo, exeunte Septembre in presentia Petri Veneti de Sacilo, Widulini, Coradi qui moratur cum iam dicto Petro Albertini de Portuico, Egidii de Fonte frigido (Fontana fredda) et ali~~is pluri~~orum plurium: Martinus de Sancto Avocato, gastaldus monasterii Milistatensis nomine et vice dicti monasterii intromisit et corporalem possessionem intravit de duabus peciis terre iacentis in districtu Sancti Egidii quem designate fuerunt dicte ecclesie per circamanirientes(†) prout in carta mei Vendrami notarii de Sacilo facta continetur quod Martinus cepit de frondibus Arborum atque Vitum et de terra frangendo evelendo semel bis et ter et sic corporalem possessionem accepit. Actum super dictam terram.

Ego Vendramus de Sacilo sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

~~†) circamanarientes cf. Ducange n.e. II. 387.~~

(1) Da circamanaria - fissazione de' confini (quasi circha manerium, manoir, in francese.

1281. 26 Marzo Cividale: Ugo di Duino fa procura per definire sulla pace fatta tra lui ed il Conte di Gorizia per sentenza del Duca di Carinzia.

C. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, indictione nona, die sexto exeunte Marcio, apud Civitatem Austriam, in domo fratrum minorum, presentibus domino Vitalino de Vilalta, Ottolino notario domini Alberti comitis Goricie, Henrico de Oleis et aliis. Dominus Hugo de Duino fecit constituit et ordinavit dominum Dietricum de Mimilano absentem suum certum nuncium et procuratorem ad denunciandum pro parte ipsi [a.] domini Hugonis dominis Gliçesio, Nasinguerre et Sergio fratribus de Pola, quod placet sibi et vult, ut senterciam olim latam per dominum Ulricum ducem Carinthie depositam per reverendum patrem dominum Raymundum patriarcham Aquilegensem in concordia cum viro magnifico domino Alberto comite Goricie [1.] penes ipsum dominum Hugonem et quondam dominum Monfloridum de Pola dare et assignare debeant nuncio et procuratori, quem ipse dominus pathriarcha ad ipsos pro huiusmodi sentencia duxerit transmittendum promittens firmum et ratum habere, quicquid dictus dominus Dietricus super hoc duxerit faciendum.

(Signum notarii) Ego Henricus Civitatensis imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

~~Originale~~

a.) sic

1.) Goricie due volte scritto.

Perg. orig. Arch. di Stato Vienna.

1° ric.

1282. 26 Marzo. Aquileja. — Alberto conte di Gorizia investe Pietro ed Andrea Dandolo fratelli di una decima in Castiglione, Pedricigo e Pirano.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eius millesimo du centesimo octuagesimo secundo, indictione decima, actum Aquilegie in curia patriarchali, presentibus suscriptis testibus, die sexto exeunte mense marcii. Que geruntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, non solum ore testium, sed scripture debeant testimonio perhennari. Sciant ergo presentes et posteris innotescat, quod nos Albertus comes Goricie et Tyrolis ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentine ac Brixinorum[1] advocatus considerantes super eo quod progenitores nostri predecessoribus nobilium virorum dominorum Petri et Andree de domo Dandullorum in feudum prebuerunt decimas Castilloni et Pedricigi et octo decimas in Pirano quas ducentas eligendas sine fidelitate vel comendatione et sine aliquo servicio exhibendo et pro eo quod ipsi debito tempore non pecierunt feuda ipsa nullum eis preiudicium generetur, de speciali gracia ipsum dominum Petrum Dandullo recipientem pro se et eius fratre Andrea absente et eorum heredibus quibus hec feuda iure hereditario succedere noscuntur, ad rectum feudum contulimus et legale de omni iure feudorum predictorum eis a nostris progenitoribus pertinente et a nobis prout hactinus dicti eorum predecessores a nostris fuerunt progenitoribus investiti. Ut autem tenutam et corporalem possessionem recipiat de predictis, memoratus dominus comes ibidem assignavit eidem domino Petro recipienti pro se et fratre suo Andrea Sigerum de Wissignonich in nuncium ad predicta. In cuius etiam rei testimonium et maius robur et quod nulli ex post

1) sic

facto aliquod preiudicium generetur, supradictus dominus comes instrumentum presens fecit sigilli sui pendentis munimine roborari; huic vero investicioni domini Dietalmi de Vilalta, Albertus de Griffenstein, Rapero de Puzinia Otto de Gorrignago, Paulus Contarenus, Thoma Contarenus, Marinus Corçanni, Carinus de Equilo et alii quam plures convocati et rogati fuerunt testes.

Ego Ottolinus Iustinopolitanus auctoritate imperiali notarius interfui et rogatus scribere et mandato dicti domini comitis scripsi et roboravi.

S. Ego Gusmerius de Madonio imperiali auctoritate notarius publicus et ducatus Veneciarum scriba huius exempli autenticum vidi legi et ascultavi cum infrascriptis notariis Rustichino et Ueço et quicquid in eodem autentico sigillo supranominati Alberti comitis Goricie comunito scriptum reperi, de mandato mihi facto per illustrem dominum Iohannem Dandulo dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie ducem et eius auctoritate fideliter exemplando, transcripsi et in publicam formam redegi. Veneciis in ducali palacio, anno a nativitate domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, die quarto exeunte iunio, decime indictionis, presentibus notariis infrascriptis.

S. Ego Rustichinus Benintendi imperiali etenim papali auctoritate notarius publicus et ducatus Veneciarum scriba huic exemplo cum auctentico ascultato cum suprascripto Gusmerio et infrascripto Ghoço notariis et concordare invento me testem subscripsi.

S. Ego Ghecius filius condam domini Benincasa de Ghecius autoritate imperiali notarius huic exemplo cum autentico ascultato cum suprascriptis Gusmerio et Rustichino notariis et concordare invento me in teste subscripsi.

Originale, pergamena.

1284, 26 Giugno. Pordenone. D. Ivone q. D. Vecello di Prata per 20 soldi di denari grossi dà in pegno a Martino di S. Avocato un suo prato nella villa di S. Avocato.

1284 Juni 26 Pordenone.

Notariatsinstrument über die Verpfändung einer Gülte zu San Foca seitens des Yvonus de Prata an Martin, Sohn Pasquals von San Foca.

Jesus Christus (IC)

In Christi nomine amen. Hoc est exemplarum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est videlicet.

IN Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto indictione XII. die quinto exeunte Junio presentibus domino Petro Sava de Portunaonis, Benevenuto de Romano, Johanne dicto Rusito, Dominico dicto Segatino dicti Portunaonis, Jacobo de Oprima de Curiamaonis et aliis. Pro viginti solidis denariorum grossorum; quos dominus Yvonus de Prata filius condam domini Vezeli recepit a Martino filio condam Pasquali de Sancto Avocato et contentus fuit in se ~~bene~~ habere et ab eo recepisse de quibus ratione se bene solutum et exceptioni non numerate pecunie pactum renunciavit; pro quibus denariis dictus dominus Yvonus de sua tenuta dedit in pignera et tenuta eidem Martino totum suum redditum quod ipse habet, et est visus habere et tenere in sua potentia pro prato de Vernesio in villa Sancti Avocati et in illo destrictu taliter quod dictus Martinus suique heredes habeant teneant et possideant totum illum redditum totamque suam voluntatem faciat absque contradictione et petitione dicti domini Yvoni, suorumque heredum: promittens namque dictus

dominus Yvonus per se et suos heredes dicto Marti-
no suisque heredibus in pena dupli suprascripti
pretii minus V solidos, illud redditus ab omni
contradicente persona cum ratione verentare de-
fendere, manutenere, quod si facere nequierit
penam solvat eidem Martino suisque heredibus
pena exacta et soluta vel non tamen facere te-
neatur, ut superius legitur et testatur. Et
dedit dictum Savam testem nuntium, ut
poneret dictum Martinum in tenutam et pos-
sessionem totius illius redditus. Constituens se
pro eo possidere donec tenutam et possessionem
intrabit omne dampnum litem et expensam
quod vel quas dictus Martinus suique heredes
occasione illius redditus sustineret, dictus domi-
nus Yvonus integre resarcire promisit, atque
stetit sub omnium suorum bonorum obliga-
tione. Preterea in presentia supradictorum testi-
um dictus Martinus per se suosque heredes pro-
misit et pro pacto stetit in manu dicti domini
Yvoni in pena centum librarum denariorum
veronensium: quod quandocunque per qualem
annum novum VIII dies ante usque ad VIII dies
post dictus dominus Yvonus suique heredes sol-
verint et dederint viginti solidos denariorum
grossorum eidem Martino suisque heredibus dic-
tus Martinus suique heredes teneatur dare et
reddere totum illud redditum dicto domino Y-
vono suisque heredibus pro supradictis XX soli-
dis denariorum grossorum et non plus. Quod si
facere nequierit penam solvat dicto domino
Yvono suisque heredibus pena exacta et soluta

vel non tamen facere teneatur, ut superius le-
gitur. Actum in Portunaone in tegete mei no-
tarii
Ego Leonardus domini pape et imperatoris no-
tarius interfui et scripsi.
** S.N. Ego Ioannes Laurentius Reginus de
Feltro publicus imperiali auctoritate nota-
rius impresentiarum incola Sacilli supra-
scriptum instrumentum ex autentico scrip-
to manu ser. Leonardi publici notarii fide-
liter ausculatavi pariter cum dicto autenti-
co in presentia insignissimi domini potestatis
et capitanei Sacilli ac vidi et legi unacum
Damiano Vando notario infrascripto, et quia
utrumque concordare inveni de ipsius domini
potestatis mandato in fidem me subscripsi.
*** S.N. Ego Damianus Vando egregii viri ser.
Antonii Vando civis Sacilli publicus imperi-
ali auctoritate notarius supra scriptum instru-
mentum ex autentico scriptum manu egregii
ser. Petri Rangano notarii publici infrascrip-
ti sumpsi et postmodum in presentia infra-
scripti domini potestatis Sacilli unacum supra-
scripto ser. Ioanne Laurentio et infrascripto
ser. Petro Rangano notarius publicis cum
ipso autentico ascultavi vidi et legi et quia
utrumque concordare inveni de ipsius domini
potestatis mandato ad eiusdem exempli ple-
nam fidem cum signo mei thabellionatus me
subscripsi.
**** S.N. Ego Petrus Rangano publicus impe-
riali auctoritati notarius supra scriptum in-



strumentum ex autentico scripto manu ser. Leonardi publici notarii integrum et incorruptum et in nulla parte sui vitiosum fideliter exemplavi nil addens, vel minuens quod sensum immutet vel intellectum preter punctum vel virgulam. Et deinde diligenter ascultavi, vidi et legi die Xmo Novembris 1468 sub logia Sacili coram magnifico et generoso domino Bartolameo contarena pro serenissimo domino duce Veneto etc. dignissimo potestate et capitaneo eiusdem terre Sacili pariter cum suprascriptis ser. Johanne Laurentio et ser. Damiano Vando nato ser. Antonii publicis notariis ex autentico et quia concordare inveni ad robur et testimonium de mandato ipsius domini potestatis et capitanei me cum solito signo mei tabellionatus subscripsi. Qui quidem dominus potestas et capitaneus videns dictum suprascriptum exemplum concordare cum autentico ut ei plena adhibeatur fides suam interposuit auctoritatem et iudiciale decretum, presentibus ser. egregio magistro Hieronymo medico in Sacilo et ser. Bernardino cancellario ipsius domini potestatis et aliis:

1285, 25 Maggio. Rosazzo. Scambio di beni in campagna fatto dall' Abbate di Rosazzo contro altri beni nel canale dello Storgo in Plezzo dall' abazia di Millstadt. (Con due sigilli)

1285 Mai 25.

Gütertausch zwischen den Klöstern Rosach und Millstatt.
Mit zwei wohlerhaltenen Siegeln.

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo CC° octuagesimo quinto indictione XIII, die septimo exeunte Maio in Rosacio in hospicio quod dicitur domus nova, presentibus domino Suarçutto priore monasterii Rosacensis, domino Iohanne custode, domino Nicholao, domino Otacharo monachis et confratribus ipsius monasterii, domino Conrado, domino Suirido monachis monasterii Militatensis, domino Conrado plebano in Vresnig, Bernardo de Milstat, Boza et Conrado fratribus de Menzano, Wolrico de Menach et aliis. Venerabilis vir dominus Conradus abbas monasterii Rosacensis pro se suoque conventu dedit tradidit et assignavit iure proprii venerabili viro domino Federico abbati Militatensi recipiente pro se suoque conventu in concambium XV. mansos quos habebat monasterium Rosacense in partibus Carinthie, unus quorum mansorum situs prope monasterium Sancti Georii; item unus mansus prope ecclesiam sancti Michaelis in Wilarsdorf; item ~~c...d~~ VIII mansi in monte qui dicitur Çomuloperch, item duo mansi in Graçah sub castro, quod nominatur Walchenstain, item unus mansus in Bibliach, item unus mansus in Mirsach, item unus mansus in Tribn cum domibus campis pratis silvis pascuis terris cultis et incultis, piscacionibus venacionibus omnique iure actione usu seu requisicione domi-

nio et onore quod expectare videbatur in ipsis mansis monasterii Rosacensis de iure vel de facto ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto domino abbati Milistatensi suoque conventui de ipsis mansis perpetuo placuerit faciendum dato domino Nicholao [illegible] monasterii Rosacensis monacho nuncio memorato domino Federico abbati Milistatensi ad ponendum in tenutam et corporalem possessionem dictorum mansorum. Et hoc fecit supradictus venerabilis vir dominus Conradus abbas monasterii Rosacensis pro XIII. mansis et medio sitos in contrata que dicitur Sleç sive Uliç quinque quorum mansorum et medius in villa que Scrpeniça nominatur. Item duo mansi in Blusina, item tres mansi in villa que dicitur Çuria et duo agri quos tenet preco pro suo officio, item dimidius mansus in Villa maiori, item duo mansi et medius in Villa parva, item habet ibidem Çilius de Civitate unum mansum iure livelli pro quo solvit annuatim quatuor denarios Aquilegienses quas possessiones supra dictas memoratus venerabilis vir dominus Federicus abbas Milistatensis pro se suoque conventu dedit tradidit et resignavit iure proprii in concambium ut supra dictum est venerabili viro domino Conrado abbati Rosacensi recipiente pro se suoque conventu cum domibus campis pratis silvis pascuis terris cultis et incultis piscacionibus venacionibus vasallis et hominibus spectantibus ad monasterium Milistatense in dicta contrata que dici-

tur Ploç sive Vliç. Omnique iure actione usu seu requisicione dominio et onore quod expectare videbatur et poterat monasterium Milistatense in ipsis possessionibus hominibus et vasallis ad habendum tenendum possidendum et quicquid dicto domino abbati Rosacensi suoque conventui de ipsis possessionibus perpetuo placuerit faciendum dato nuncio Wolrico de Novach superius nominato memorato domino Abbati Rosacensi ad ponendum in tenutam et corporalem possessionem rerum predictarum, qui congambiatores promiserunt sibi vicissim pro se eorumque conventibus de dictis possessionibus et rebus nec litem nec controversiam movere sed ipsas possessiones et res permutatas ab omni homine universitate et persona legitime defendere auctoriçare manutenere et disbrigare. Neque contra predicta vel aliquid de predictis per se vel alios aliquo tempore facere vel venire racione aliqua ingenio sive causa et reficere sibi omne dampnum litis et expensas quod et quas unus occasione alterius pacta scripta superius non servatis in iudicio faceret sive extra sub pena dupli extimacionis dictarum possessionum ut pro tempore plus valuerint minus quinque solidos veronensium parvorum qua soluta vel non omnia et singula supra dicta stabilem et perpetuam obtineant firmitatem et sub obligacione omnium suorum bonorum et ecciam itaque ad evidenciam et maiorem stabilitatem omnium predictorum statuerunt predicti permutatores sigillorum suorum et eo=

cum conventibus presens instrumentum munimine coborari.

Ego Conradus sancte sedis aquilegiensis patriarche notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Edito [illegible]
[illegible]

1285. 17 Decembre. Diocesi di Parenzo. — Bonifacio vescovo di Parenzo investe del beneficio di S. Nicolò di Pisino Pre Domenico di Rovigno

404
doc. XL

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quinto indictione quartadecima, die lune decimoseptimo mensis decembris, in episcopatu Parentino, presentibus fratre Raymondo abbate monasterii sancti Michaelis de Valle, Bernardo de Ruvinio Parentine diocesis, Ambrosio de Mugano de Mediolano, Ottolino de Iustinopoli notario domini comitis Goritie, Marcho de Lena notario de Venetiis et pluribus aliis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Vacante rectoria ecclesie sancti Nicolai de Pisino Parentine diocesis per mortem presbiteri Ursi olim ipsius ecclesie rectoris venerabilis pater dominus Bonifatius dei gratia episcopus Parentinus ad quem de iure et antiqua et aprobata et actenus pacifice[1] et quiete possessa consuetudine collatio rectoris predicte pertinet et spectat, cum anulo aureo quem in manu tenebat presbiterum Dominicum de Ruvinio de beneficio et rectoria ecclesie prefate investivit ac ipsum benefitium et rectoriam eidem presbitero Dominico contulit cum omni plenitudine sui iuris et cum omnibus iuribus tam in temporalibus quam in spiritualibus [eis]2/dem benefitio et rectorie pertinentibus et spectantibus, dans idem dominus episcopus eidem presbitero Dominico potestatem et liberam facultatem administrandi tam in temporalibus quam in spiritualibus eidem ecclesie pertinentibus. Et precepit michi Beltramo notario infrascripto, quod inde facerem publicum instrumentum. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem iussit presens instrumentum sigilli sui munimine roborari.

S. Ego. Beltramus filius quondam Petri Pape civitatis Mediolanensis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et de mandato dicti domini episcopi scripsi et publicavi

1/ sic.

meoque signo consueto signavi rogatus.

Originale. Il sigillo del vescovo pende ad un nastro di seta rossa e gialla

1.) La pergamena è rotta in lunghezza di mezzo centimetro.

1285. 18 Decembre. Parenzo. — Bonifacio vescovo di Parenzo investe della Prepositura di S. Nicolò di Pisino Pre Domenico di Rovigno presentato da Alberto conte di Gorizia.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno domi-
nice nativitatis millesimo ducentesimo octogesimo quinto,
indicione tercia decima, die decimo octavo mensis decembris
actum est hoc Parencie in palatio episcopatus in sala que respi-
cit ad mare versus septentrionem, presentibus domino Raimundo
abbate monasterii sancti Michaelis de Valle, dominis presbitero
Ungaro archipresbitero Parentino, Corçino preposito Rubinensi
et canonico Parentino, Bernardo de Rubinio, Marco de Lena
notario, Bertramo notario qui dicitur Papa et Otolino
cancellario excellentis viri domini Alberti illustris comitis Go-
ricie et Tirolis et aliis vocatis ad hoc specialiter et rogatis.
Vacante prepositura seu ecclesia sancti Nicolai de Pisino per
mortem bene memorie domini Ursi condam ipsius ecclesie pre-
positi ad instanciam et presentationem dicti domini comitis
venerabilis pater dominus Bonifacius dei gratia Parentinus
episcopus cum anulo suo investivit dominum presbiterum
Dominicum canonicum Rubinensem de prepositura sive ecclesia
sancti Nicolai predicti, quam preposituram eidem presbitero
Dominico idem dominus episcopus contulit cum omni plenitu-
dine iurisdictionis et iuris, ut idem presbiter Dominicus in
dicta ecclesia prepositus et rector adesse debeat et preesse.
Ipsum presbiterum Dominicum antedictus dominus comes
primo elegerat et per suas patentes litteras et per nuncium
specialem videlicet Otolinum predictum ex iure patronatus
sibi pertinenti in ecclesia supradicta eidem domino episco-
po duxerat presentandum.

S. Ego Iordanus imperiali auctoritate publicus notarius huic investiture interfui et rogatus hec scripsi et roboravi

Originale, pergamena.

1286. 21 Maggio. Aquileja. — La badessa del Monastero d'Aquileja riceve a nome di Alberto conte di Gorizia due-cento marche di denari nuovi d'Aquileja e gli rilascia il diritto d'avvocazia sulle ville di Pantianicco, Beano, Valazumpicca e Cosellis e su un maso in Bicinicco, impegnato per quella somma dal fu Mainardo conte di Gorizia padre di Alberto al detto Monastero.

In nomine Iesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem mil-
lesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione quartade-
cima, die undecima exeunte maio, Aquilegie, in ecclesia mona-
sterii sancte Marie Aquilegensis presentibus dominis presbitero
Martino preposito sancti Felicis Aquilegensis, Leonardo de
Faungnaco Aquilegensis canonico et vicedomino ac provisore
dicti monasterii, presbitero Natale capellano eiusdem mona-
sterii, Thoma mansionario et notario, Oschalco de Sacileto,
Marino Corzani de Venecia, Raçone advocato domini Alberti co-
mitis Goricie in Aquilegia, Henrico domine Piçole, Oliveto nota-
rio, Bruneco de Pertenlis et aliis testibus ad hoc vocatis et
rogatis. Quia labilis est humana memoria et dubius huma-
ne fragillitatis eventus, necessarium quidem ~~est~~ fuit et est
consonum racioni, ut quelibet gesta hominum utilia sic no-
tentur scripturarum indiciis, ne inter possessorem et alios
in posterum ulla questionis occasio oriatur. Inde est, quod
venerabilis domina Benevenuta divina miseratione abbatis-
sa monasterii seu monialium sancte Marie de Aquilegia
et alie domine, videlicet domine Mehthilda priorissa, Laura,
Hilcussa, Dienisa, Venturata, Cauriola, Sophia de Pinzano,
Margareta de Cusano, Valflorita, Valença, Cunica, Coradina,
Maria de Bracaco, Chunegunda, Diemota, Elsibeta, Dietrat,
Agnesa, Sophia de Goricia, sorores dicti monasterii pro se
ipsis et aliis sororibus quocumque nomine censeantur et pro
toto conventu dicti monasterii consenciente et volente discre-
to viro domino Leonardo canonico Aquilegensi vicedomino
et provisore ipsius domine Ben(venute) abbisse[1], sororum [1] sic.

sive monialium predictarum ac dicti monasterii et conventus confesse fuerunt, contente ac manifeste recepisse et in se habere in prompta peccunia coram suprascriptis testibus et me notario subscripto numerata ducentas marcas denariorum novorum Aquilegensis monete a Dietelino officiale illustris domini domini Alberti comitis Goricie nuncio commissario et procuratore dicti domini comitis, ut patet per instrumentum manu Ottolini notarii confectum, pro quibus ducentis marcis denariorum Aquilegensium fuit obligatum totum ius advocacie sive advocacia, quam habet vel habere videtur dictus dominus comes Goricie in villis et bonis dicti monasterii sancte Marie scilicet in Pactianico, Bellano, Malaçum pica, Casellis et in uno manso de Bicinico per illustrem dominum olim Meinardum pie memorie genitorem dicti domini comitis Alberti domino Henrico dicto Baraterio vicedomino prefati monasterii recipienti vice et nomine domine Herburge tunc abbatisse monasterii predicti sancte Marie de Aquilegia monialium et conventus eiusdem, ut patet per instrumentum manu Philippi notarii confectum, datum et assignatum ipsi Dietelino nuncio et procuratori dicti domini comitis supradicti vocantes se nominata domina Benvenuta abbatissa, sorores sive moniales et conventus dicti monasterii verbo et assensu domini Leonardi de Faungnato vicedomino et provisore dicti monasterii bene integre et perfecte solutas tempore huius contractus de ipsa peccunia et debito supradicto, quod nil remansit de ipso debito adsolvendum, promittentes per se suosque successores nominata domina Benvenuta abbatissa, sorores, moniales et conventus consensu et voluntate dicti domini Leonardi vicedomini, quod si ullo tempore invenientur aliqua privilegia, instrumenta vel carte pro obligatione dicte advocacie vel que viderentur in contrarium dicti domini comitis causa obligacionis dicte advocacie villarum predictarum et bonorum vel iurium earundem, illa ipsi domino comiti vel suis heredibus facient assignari, que quidem ammodo in antea cassa sint et vana et nullius sint valoris, renun-

1.) sic

ciantes insuper dicta domina abbatissa, sorores, moniales et conventus dicti monasterii consensu et voluntate domini Leonis vicedomini supradicti omni iuri tam canonico quam civili, tam nove quam vetere constitutionis[1.)] et epistole divi Adriani imperatoris, decretorum decretaliumque suffragio et cuilibet statuto vel constitucioni, quibus se possent contra predicta omnia vel singula defendere vel tueri. Hec autem inter se stipulantes cum obligacione bonorum dicti monasterii presentium et futurorum sic attendere promiserunt sub pena dupli peccunie supradicte minus quinque solidis Veronensium parvulorum et dampna inde percepta reficere cum expensis, que fierent ipsa causa, quociens contra predicta duxerint attemptandum et pena soluta vel non, nichilominus instrumentum et solucio facta in sua permaneant firmitate sub pena superius nominata, que pena tociens peti et exigi possit cum effectu nomine pure sortis, quociens contra predicta vel aliquod predictorum quicquam fuerit attemptatum.

S. Ego Artusius de Luenç sacri imperii notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Originale, pergamena.

1286. 6 Giugno. Nella chiesa di s. Giovanni di Duino. Patti dotali tra Chiara figlia di Alberto Conte di Gorizia con Andrea Duca di Schiavonia.

In nomine Christi amen. Anno nativitatis millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione quartadecima, in ecclesia sancti Johannis de Duyno, die sexto intrante iunio, presentibus dominis Wolrico de Liffenbergh, Andrea de Peunia, Gebardi de Eberstayn, Johanne Gero, Andrea Grusoni, et Bertholameo Gritti, Petro Mangono de Forlivio et aliis testibus convocatis atque rogatis. Cum humane fragilitatis condicio sit mobilis ad instabilitatem, necesse est gesta hominum utilia scripture testimonio confirmari. Noverint igitur universi, quod cum inter virum illustrem dominum Albertum comitem Goricie ex una parte et virum egregium dominum Albertinum Mauroceno de Venecius nuncium actorem et procuratorem pro illustri domino Andrea dei gracia duce Sclavonie nepote olim serenissimi domini Andree regis Hungarie sicut patet publico procurationis instrumento scripto manu Placiti condam Bertholamei imperialis auctoritate notarii anno domini nostri Yesu Christi a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione quartadecima, die ultimo mensis maii ex altera matrimonium contrahi sit promissum, videlicet quod idem dominus comes Albertus sua spontanea voluntate promisit fide manuali in manibus dicti domini Albertini dare filiam suam dominam Claram in uxorem prenominato illustri domino Andree dei gracia duci tocius Sclavonie secundum quod decebit utrumque et idem dominus Albertinus avunculus eiusdem domini ducis nomine ipsius dictam dominam Claram filiam prefati domini comitis nominato domino Andree nepoti suo acceptavit accipere in uxorem, et cum predicti domini dux et comes simul convenerint, predictum matrimonium per corporale sacramentum tactis sacrosanctis evangeliis debent et tenentur perducere ad effectum, ad hec quidem stabilienda et effectui demandanda de voluntate parcium predictarum nobiles viri domini Hugo de Duyno

et Iacobus de Ragonia pro parte domini comitis predicti in animam ipsius comitis et egregii viri domini Albertinus Maurocenus
1 supradictus et Marinus Pasqualiquo pro parte predicti domini ducis in animam ipsius domini ducis super altare predicti sancti Iohannis tactis cruce et libro ad sancta dei evangelia iuraverunt omnia que dicta sunt effectui mancipare et eciam in animabus eorum iuraverunt dare opem et operam pro posse, quod predictum matrimonium legittime consumetur. Et ad quorum evidenciam et maiorem stabilitatem predictus dominus Albertus comes et dictus dominus Albertinus Maurocenus vice nomine et loco predicti domini ducis fecerunt presens instrumentum sigillorum suorum pendencium munimine roborari. Et huius tenoris instrumenta duo sunt, quarum parcium predictarum quelibet habeat unum, confecta per me subscriptum notarium et subscriptum per Ottolinum de Iustinopoli
1 notarium et confecta per dictum Ottolinum de Iustinopoli notarium et subscriptum per me Marcum Siboto infrascriptum notarium.

S. Ego Marcus Siboto imperiali auctoritate notarius et ducatus Veneciarum scriba predictis omnibus interfui et rogatus scripsi ac meo signo solito roboravi.

S. Ego Otolinus Iustinopolitanus imperiali auctoritate notarius his interfui et rogatus scribere me subscripsi.

Originale in pergameno. Il sigillo del conte Alberto pende appeso ad un filo di seta rossa e verde; l'altro sigillo vi giace ~~manca~~. Vienna Archivio di Stato.

Rep. I.

V A.

1286. 6 Giugno. Duino. I procuratori di Alberto Conte di Gorizia e di Andrea Duca di Slavonia approvano i patti nuziali tra Chiara figlia del detto co. Alberto col detto Duca Andrea.

In nomine Christi amen. Anno nativitatis millesimo
ducentesimo octuagesimo sexto, indiccione quarta decima,
in ecclesia sancti Iohannis de Duyno, die sexto in-
trante Iunio, presentibus dominis Wolrico de Riffenbergh,
Andrea de Peunia, Gebardo de Eberstayn, Iohanne Zeno,
Andrea Grusoni ac Bertholameo Gritti, Petro Maugoro
de Forlevio et aliis testibus convocatis atque rogatis. Cum
humane fragilitatis condicio sit mobilis ad instabilitatem
necesse est gesta hominum utilis scripture testimonio con-
firmari. Noverint igitur universi, quod cum inter virum illu-
strem dominum Albertum comitem Goricie ex una parte
et virum egregium dominum Albertinum Mauroceno de Ve-
neciis nuncium actorem et procuratorem pro illustri do-
mino Andrea dei gracia duce Sclavonie nepote olim serenis-
simi domini Andree regis Hungarie sicut patet publico
procuracionis instrumento scripto manu Placiti condam
Bartholamei imperiali auctoritate notarii anno domini
nostri Yesu Christi a nativitate eiusdem millesimo ducen-
tesimo octuagesimo sexto, indictione quartadecima, die ul-
timo mensis Maii ex altera matrimonium contrahi sit pro-
missum videlicet, quod idem dominus comes Albertus sua
spontanea voluntate promisit fide manuali in manibus
dicti domini Albertini dare filiam suam dominam Cla-
ram in uxorem prenominato illustri domino Andree
dei gracia duci totius Sclavonie secundum quod decebit
utrumque et idem dominus Albertinus avunculus eiusdem
domini ducis nomine ipsius dictam dominam Claram
filiam prefati domini comitis nominato domino Andree
nepoti suo acceptavit accipere in uxorem, et cum pre-
dicti domini dux et comes simul convenerint predictum
matrimonium per corporale sacramentum tactis sacro-
sanctis evangeliis, debent et tenentur perducere ad effectum.
Ad hec quidem stabilienda et effectui demandanda devo-

tuntate parcum predictarum nobiles viri domini Hugo
de Dugno et Iacobus de Ragonia pro parte domini co-
mitis predicti in animam ipsius comitis et egregii vi-
ri domini Albertinus Maurocenus supradictus et Ma-
rinus Pasqualiquo pro parte parte predicti domini
ducis in animam ipsius) domini ducis super altare
predicti sancti Iohannis tactis cruce et libro ad
sancta dei evangelia iuraverunt omnia que dicta sunt
effectui mancipare et etiam in animabus eorum iura-
verunt dare operam et operam pro posse, quod predictum
matrimonium legitime consumetur. Et ad quorum evi-
denciam et maiorem stabilitacionem predictus dominus
Albertus comes et dictus dominus Albertinus Maurocenus
vice nomine et loco predicti domini ducis fecerunt pre-
sens instrumentum sigillorum suorum pendencium mu-
nimine roborari, et huius tenoris instrumenta duo sunt
quorum parcium predictarum quelibet habeat unum
confecta per me subscriptum notarium et subscriptum
per Ottolinum de Iustinopoli notarium et confecta
per dictum Ottolinum de Iustinopoli notarium et sub-
scriptum per me Marcum Siboto infrascriptum notarium
(Signum not.) Ego Marcus Siboto imperiali auctoritate
notarius et ducalis aule Veneciarum scriba predictis
omnibus interfui et rogatus scripsi ac meo signo solito
roboravi.

(Signum not.) Ego Otolinus Iustinopolitanus imperiali
auctoritate notarius hiis interfui et rogatus scribere me
subscripsi

L'uno dei due sigilli adesso molto corrotti pende ancora
appenso con fili di seta gialla, rossa e verde; l'altro è
sciolto dal documento ma giace ancora nella copertura del
documento.

Originale.

1287. 28 Maggio Gorizia. Alberto Conte di Gorizia concede a d. Andrea di Peuma la residenza nel Castello di Gorizia con alcuni beni.

Codice manosc. 447 fol 28.

In nomine Christi amen. Anno nativitatis eiusdem M°
CC° L X X X VII°, indictione X IIII, die III exeunte Mayo, actum
Goricie in pomerio sub castro, in presencia testium, quo-
rum nomina inferius scripta reperiuntur. Si quid oblivio hu-
mane fragilitatis postponit neccessario post tempus
scripture testimonio luci proferatur. Sciant ergo presentes
et posteris innotescat, quod nos Albertus comes Goritie
domino Andree de Peuma fideli et castellano nostro fu-
turo residenciam in dicto castro nostro Goricie, que fuit
olim domini Ottonis et Rontliebi castellanorum nostrorum
ex illa parte Darnice cum omnibus et singulis iuribus
iurisdicionibus attinenciis et pertinenciis suis ut dicti
olim dominus Otto et Rontliebus castellani nostri per ipso-
rum vite spacium possiderunt cum duobus mansibus
in villa Goricie que fuerunt olim Rontliebi supradicti
cum redditibus quatuor marcarum denariorum Aqui-
legensis monete ad usum curie videlicet ratione denario-
rum duodecim pro staria tritici, denarios XII. pro urna
vini, denarios IIII pro staria avone et milii et cum omni
piscatione hami et wate et cum uno prato ex ista par-
te Leati, ut dominus Andreas castellanus noster ventu-
rus ammodo in antea per se et heredes suos habeat et
utatur ad usus suos dictam residenciam et supradicta
bona iure feudali salvo sibi recipienti pro se et suis
heredibus ad rectum feudum habitancie contulimus et le-
gale, ita quod dicta residentia non aufferatur sibi
seu suis heredibus per nos vel heredes nostros nisi, quod
absit, dementis set sicut quod avertat deus spoliarentur
de aliis bonis feudalibus mediante iustitia per lau-
dem curie nostre iuxta consuetudinem antiquam et
solitam actenus observatam, si qua nos et honorem
nostrum excederent fraudulenter. Pro quo vero feudo

habitancie dictus dominus Andreas fecit veritatem prestito iuramento ut vasallus debet domino et fieri consuevit. Hiis quidem omnibus et singulis supradictis domini Ulricus de Treven, Otto Schelkelinus magister curie, Perchtoldus de Gerdosella milites, Wilhelmus de Schönneck, Otto Tulle et Sifridus fratres, Waltenus[a)] et Martinus Comar, iudex Bernardus de Rentsato, Ulricus et Fridericus filii domini Chunradi de Ungerspach, Rudolfus officialis Goricie et alii quamplures convocati et rogati fuerunt testes. In cuius rei evidenciam pleniorem et eciam maius robur instrumentum presens sigilli nostri pendentis fecimus munimine roborari. Ego Ottlinus Iustinopolitanus imperiali auctoritate notarius etc.

a.) sic.

Copia nel Cod. 447. Arch. di Stato, Vienna.

1287. 3 Ottobre. Cividale. Manfredo della Torre pievano di Stain concede il giuspatronato della cappella di Münchendorf a Sifrido di Münchendorf.

Manfredus de la Turre plebanus plebis de Stayn universis tam presentibus quam futuris rei geste memoriam. Ecclesiarum rectores commisse sibi sollicitudinis ministerium laudabiliter exequi comprobantur, dum devotis Christi fidelium suo regimini creditorum petitionibus favorabiliter condescendunt, in quarum exauditione tam animarum salus quam suarum ecclesiarum honor et utilitas tam spiritualiter quam temporaliter evidencius procuratur. Pro parte siquidem viri nobilis Sivridi de Minchendorf dilecti parrochiani nostri porrecta nobis petitio continebat, quod cum in rurali capella sancte Marie de Minchendorf nullos omnino habente redditus rarissime, utpote que a matrice ecclesia plebis nostre de Stayn distat non modicum, divina celebrarentur officia, ipse divine devotionis çelo[1] accensus ipsam capellam cum quatuor suis mansis iacentibus in villa Minchendorf, ut cum illis capellanus unus in ea resideret perpetuo et divina officia celebraret, dotare ac unum suum mansum situm in villa de Nawel predicte matrici ecclesie dare volebat, nobis nostro et successorum nostrorum nomine sibi pro se suisque heredibus ab eo descendentibus ius patronatus in capella concedentibus supradicta. Nos itaque in hac parte animarum profectum ac honorem et utilitatem plebis eiusdem tam temporaliter quam spiritualiter provenire videntes predicto Sivrido pro se et ac suis heredibus ab eo descendentibus pro nobis nostrisque successoribus in dicta capella, postquam ipse illam cum dictis quatuor mansis dotaverit et alium supradictum mansum matrici ecclesie dederit memorate, ius patronatus concedimus per[2] presentes institutione capellani in ea nobis et nostris successoribus reservata. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras fieri fecimus et nostri sigilli pendentis munimine roborari. Datum Civitate III° intrante octubre, sub anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, XVe indictionis.

Originale in pergamena, il sigillo del Manfredo della Torre pende ad un nastro di sete verde.

1/celo accenso scritto sopra una rasura. 2/per — ea scritto sopra una rasura

1290. 27 Maggio. Tirolo. Alberto Conte di Gorizia confessa che l'investitura di Venzone 25 maggio 1290 a lui data da suo fratello Conte Mainardo, è simulata e senza valore.

Nos Albertus dei gracia Goricie et Tyrolis comes Aquilegensis Tridentine et Brixinensis ecclesiarum advocatus et ego comes Hainricus ipsius comitis Alberti filius tenore presencium profitemur et scire volumus universos presentium inspectores simulatam et nullius momenti esse ac nullam in se habere roboris firmitatem infeudationem cessionem et tradicionem nobis perillustrem dominum Meinhardum ducem Karinthye fratrem nostri (a) Alberti factam de Venzono cum omnibus iuribus dominio et pertinentiis suis universis sicut ipse dominus dux habuit a Willehalmo de Shattenberch et infeudatus extitit a domino Raimundo patriarcha Aquilegensi traditamque nobis possessionem Venzoni simulatam existere et pro defensione ac conservacione ipsius terre Venzoni factam esse nullamque nos pro ipsa infeudatione pecuniam persolvisse nullumque robur firmitatis habere et sub simulacione datum et confectum esse cum ipsius domini ducis pendenti sigillo instrumentum cuius tenor talis est: In nomine domini amen. Nos Meinhardus dei gracia Karinthie dux, Tyrolis comes, Tridentine et Brixinensis ecclesiarum nec non etiam Aquilegensis ecclesie advocatus tenore presentium recognoscimus profitentes, quod Karissimum fratrem nostrum Albertum spectabilem comitem Goricie et Hainricum filium eius ad rectum et legale ac honorabile feudum investivimus et auctoritate presentium investimus de Venzono cum omnibus iuribus dominio et pertinentiis eius universis et singulis que a Willehalmo de Shattenberch emptionis et a reverendo in Christo patre domino Raymundo venerabili patriarcha Aquilegensi infeudationis titulis habuimus constituentes Heinricum de Eberstain militem dicti fratris nostri nostrum certum nuncium et procuratorem qui eos nomine ac vice nostri

(a) sic.

in tenutam et corporalem mittere debeat possessionem
elapso spacio unius anni ab hodierno die computandi.
Pro qua siquidem infeudatione pro duobus milibus
et quingentis marcis, marca pro decem libris Vero-
nensibus computanda, nobis solvendis thelonea sua
nobis usque ad plenariam dicte pecunie solucionem,
que thelonea in nostris habent districtibus, obliga-
runt. In quorum testimonium et perpetui roboris
firmitatem presentes eis dedimus nostri sigilli muni-
mine roboratas. Actum et datum in castro Tyroli,
in presentia Heinrici de Eberstain, Friderici de Schonekke
militum, Gebehardi et Chunradi scuteriorum pre-
dicti fratris nostri, Hainrici de Rotenburch, Chunradi
de Shrovenstain, Hainrici de Ovenstain, Ruperti Mul-
lesarii, Gebehardi de Wer et Beronis militum et aliorum
testium rogatorum, anno domini millesimo CCLXXV,
die VII exeunte Maio indiccione tercia. Nos igitur co-
mes Albertus et Hainricus ipsius filius predicti
predictum instrumentum ubicumque in iudicio vel
extra iudicium exhibitum fuerit, cassum et vanum
et sub simulatione confectum esse ac nullum nobis
ius aut accionem ex ipso aut ex infeudatione illa
acquisitum esse aut competere recognoscentes presenti-
bus profitemur, quod sub obligatione omnium bonorum
nostrorum promisimus et promittimus per presen-
tes, quod dictam terram Venzoni cum omnibus suis iu-
ribus dominio et pertinentiis dicto domino Meinhar-
do illustri duci Karinthie et comiti Tyrolis vel eius
heredibus aut eorum certo nuncio sine difficultate
qualibet restituemus, quandocunque per eum vel eos
super hoc fuerimus requisiti. In quorum omnium
evidens testimonium et roboris firmitatem presens
scriptum ipsi domino duci dedimus nostrorum sigi-

torum munimine roboratum. Actum et datum Tyroli in presentia Hainrici de Rotemburch, Chunradi de Shrovenstain, Ruperti Mullesarii, Hainrici de Vovenstain, Peronis et Dyetrici militum et magistri Rudolfi de Myssina, Hainrici de Eberstain nostri militis et aliorum testium ad hoc rogatorum, anno domini millesimo CCLXXXX, die quinto exeunte Maio, indictione tercia.

Originale. I due sigilli pendono affissi con pezzi stretti di pergamena.

1.) La parola solutionem è apposita sopra una rasura nella pergamena.

Perg. orig. Arch. di Stato. Vienna.

C 100

1292. 4 Maggio. Rovigno. Bonifacio vescovo di Parenzo investe il procuratore del Conte Alberto di Gorizia di tutti i feudi che questi teneva dalla Chiesa Parentina e giuramento del procuratore.

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo indictione quinta, die dominico, quarto mensis Madii, in ecclesia sancte Eufemie de Ruvino Parentine diocesis, presentibus domino Johanne abbate monasterii sancti Felicis de Amianis Torcellane diocesis, presbitero Cursino canonico de Ruvinio, Gabriele, Benedicto Paulo et Thomasino fratribus de domo Zane de Venetiis, Donzio et Articho de Parentio et multis aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. C. Ibique venerabilis pater dominus Bonifatius dei gracia episcopus Parentinus cum anulo quem in manu tenebat investivit Ottolinum de Iustinopoli nomine et vice magnifici viri domini Alberti illustri comitis Goricie de feudo paterno, quod idem comes et sui progenitores habuerunt ab episcopis Parentinis excepto de molandino de Gradulis, quod molandinum de novo investitum fuit per dominum Ottonem episcopum Parentinum contra iuramentum suum et ideo predictus dominus Bonifacius episcopus salvo suo iuramento facto ecclesie Romane non poterat eum investire de dicto molandino, et hanc investituram fecit dictus dominus episcopus salvis omnibus iuribus ecclesie Parentine competentibus tempore ipsius investiture, quia dictus dominus Ottolinus ostendidit et legit coram vassalis dicte ecclesie de Parentio ibidem congregatis procuratorium unum cuius tenor talis est: Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die terciodecimo exeunte Decembre, presentibus dominis Hermanno plebano de Gurcvelt, Henrico capellano magnifice domine Eufemie comitisse Goricie, Pertoldo de Rotenstain, Collone de Flasperch, Adamaro de Matrag, Meynardo de Bolzano et aliis. Vir magnificus dominus Albertus illustris comes Goricie et Tirolis

fecit constituit et ordinavit Ottolinum fidelem suum de Iustinopoli habitatorem Pisini certum nuncium actorem sindicum et procuratorem ad petendum et recipiendum omnia feuda que habet et visus est hactenus ipse et predecessores sui habuisse ab eccle- sia Parentina a venerabili patre domino Bonifacio dei gratia episcopo Parentino et ad faciendum ei- dem domino episcopo fidelitatem sive omaticum iuramento prestito vice et loco et nomine iam dicti domini Alberti comitis et ad omnia et singula facien- dum que verus et legittimus procurator facere potest vel ipse facere posset, si personaliter interesset pro- mittens se firmum et ratum habere quicquid per dictum procuratorem actum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet eorundem volens in- super dictum procuratorem a cuiuslibet satisda- tionis onere rellevare, promisit namque michi no- tario stipulanti sub obligatione bonorum suorum pro omnibus, quorum interest vel interesse poterit, iudicatum solvi et iudicio sisti. Actum in castro Pruch in salla superiori memorati domini Alberti comitis Goricie. Et ego Dietricus imperiali auctori- tate notarius predictis interfui et rogatus scripsi. Et ideo dictus dominus episcopus recepit iuramen- tum fidelitatis a dicto Ottolino nomine et vice et super animam et in anima dicti domini comitis et ipsius Ottolini. Cuius iuramenti forma talis est. Ego Ottolinus predictus iuro nomine et vice et super animam et in anima dicti domini Alberti comitis Goricie et mei Ottolini super sancta dei evangelia, quod ab hac hora in antea usque ad ultimam diem vite mee ero fidelis tibi Bonifatio episcopo Parentino domino meo contra omnem hominem excepto imperat

seu rege Romanorum et quod nunquam scienter ero in conscilio vel in facto, quod tu amittas vitam vel membrum aliquod vel quod tu percipias aliquam lesionem in personam vel iniuriam vel contumeliam, nec ero in conscilio vel facto seu consensu, quod tu amittas aliquem tuum honorem vel aliquod tuum ius vel rem aliquam quam modo possideas vel possidere debeas de iure vel de cetero possidebis in futurum, nec aliquod impedimentum faciam in rebus vel iuribus tuis nec procurabo impedimentum vel dampnum fieri per alium in rebus vel iuribus tuis. Et si scivero vel audiero de aliquo, qui faciat vel velit facere aliquod istorum contra te, pro posse meo prestabo impedimentum, ut non fiat, et si impedire non potero, quamcitius potero tibi per me vel alium denuntiabo et manifestabo et contra eum prout potero bona fide auxilium tibi dabo. Et si contingeret te rem aliquam quam habes vel habere debeas iniuste vel fortuito casu amittere, eam te recuperare iuvabo et recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero te contra aliquem iuste velle facere et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus, meum tibi sicut potero prestabo et dabo auxilium et conscilium. Et si aliquid michi in secreto manifestaveris, sine tua licentia nemini manifestabo nec procurabo quod manifestetur. Et si conscilium a me super aliquo facto postulaveris, illud conscilium quod magis iustum et utile michi videbitur tibi dabo. Ad curiam tuam vocatus veniam, nisi de licentia tua remaneam, et in tua curia requisitus iustam secundum meam conscientiam dabo sentenciam et datam sentenciam per curiam servabo et servari faciam pro posse meo. Et cetera faciam, que fidelis vasallus debet facere domino suo.

(Signum not.) Ego Beltramus filius condam Petri Pape civitis Mediolanensis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et scripsi et publicavi meoque signo consueto signavi rogatus

Perg. Originale. Arch. di Stato. Verona.

1292 Novembre 25. Gorizia. Giovanni e Leonardo conti di Veglia promettono ad Alberto ed Enrico conti di Gorizia, assistenza contro gli invasori dell'Istria, Friuli e Carso.

Graf Johann von Vegle etc verspricht Grafen Albert von Görz und Tirol allen Beistand wider Isterien und Friaul &c.

Nos Johannes Vegle, Vinedoli et Modrussii atque Gezke comes potestasque perpetuus Segnie unacum fratre nostro comite Leonardo ac filiis nostris ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum intuentium presens scriptum cupimus pervenire quod magnificis et potentibus viris dominis Alberto comiti Goricie et Tyrolis, ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentine et Brixinensis advocato necnon domino Henrico filio suo comiti propter amicicism meram nobis hucusque per eos irrefragabiliter et amicabiliter exhibitam et impensam et imposterum exhibendam astare compromisimus ac compromittimus et spondemus contra eorum quoslibet invasores tam in Ystria quam in Foro Julii et in Charsis et indifferenter contra omnes personas de mundo, consilio auxilio et favore quandocumque urgens necessitas et evidens utilitas id requiret, fide prestita manuali pariter et promissa vinculo nostre fidei nichilominus semper salvo. Illa nostra etiam communicatione generali que fuit et nunc est per dominum apostolicum extra Forum Julii lata publice et pronunciata exclusa pariter et exempta. Preterea compromissa inter nos et prelibatos comites hactenus alterutrum

habita tenore presencium confirmamus, ut
irrevocabiliter perpetuam teneant et habeant
roboris firmitatem. In testimonium huius
scripti pretactis dominis comitibus Alberto et
filio suo Henrico presentes litteras vidimus no-
stri et Leonardi fratris nostri sigillorum pen-
dencium munimine roboratas. Testes huius
rei sunt hii, domini Hugo de Dewino, Alber-
tus de Greyfenstain, Henricus de Heberstain,
Hulricus iunior de Raifemburgh, Mengossius
de Chaste de Iustinopoli, Albertus notarius
predicti domini Hugonis et alii quam plures
fidedigni
Datum in castro Goricie anno domini M CC LXXXXII
indictione V^ta^ die VI^to^ exeunte Novembre.

1293 Giugno 4. Cormons. Il conte Alberto di Gorizia per 4000 lire di piccoli veneziani cede a Gerardo di Camino Capitano di Treviso il luogo di Canale ed una miniera di ferro.

hiesigen. Wofür der Gastald von Cividale verpflichtet sich in dessen Namen dem Grafen Albert von Görz und Tirol etc. das seinem Vater für 4000 ₰ kleine Venezianer Pfen. als Lehen vorgefundene Gebiet von Canale sammt dem Berg Avena dem Grafen sogleich herauszugeben, sobald obige Pfandsumme bezahlt sein wird und für die Dauer des Besitzes den dortigen Bewohnern keinerlei Nachtheil zuzufügen.

S.N.[^] Anno domini millesimo ducentesimo  nonagesimo tercio indictione sexta die Jovis quarto intrante Iunio Presentibus dominis Ja-
XXII cobo Concordiensi electo, Bernardo decano civitatensis, Venciura comite de Sancto Bonifacio Asquino de Warmo, Volrico de Dorenberch, Lanbertino de Con(cordia?) Preperlino notario Cadubrii et aliis. Cum magnificus vir dominus Albertus comes Goricie et Tirolis, illustris ecclesiarum Aquilegiensis Tridentine et Brixinensis advocatus precio quatuor milium librarum den. venet. parvorum vendidisset tradidisset atque investisset viro nobili domino Gerardo de Camino Civitatis et districtus Tarvisiensis capitaneo generali iure recto et legalis feudi terram Can(a)lis et montem Avene Ferri et omnes ferrunos (~~fines~~) eiusdem loci et contrate ut continetur in prescripto instrumento scripto exinde per Diatericum de (~~Utino~~) Utino? notarium domini comitis supradicti sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo ter-

~~Rhaetia~~?

Avena ferri
Miniera di ferro

cio, indictione sexta die Jovis IIII^or intrante ~~circa~~
Junii. ꝯ dominus Ricardus filius domini
Gerardi predicti de mandato consensu et volun-
tate ipsius domini G. per se suosque heredes
cum obligacione bonorum suorum vadiavit
promisit, stetit eidem domino comiti pro se
suisque heredibus stipulacione data ac restituere
eiusdem bona et possessiones predictas quandocum-
que idem dominus comes vel eius heredes aut
ipsius seu ipsorum nuncius presentaverit ac
dederit ipsi domino G. vel eius heredibus pre-
cium supradictum in denariis grossis compu-
tando grossum quemlibet pro triginta duobus
Nota pro den. venet. parvis. Ita eciam ~~epro~~ quod idem domi-
nus Gerardus vel eius heredes novitatem seu mo-
lestiam aliquam vel gravamen non inferant
hominibus habita~~ntibus~~ntibus super bonis et possessi-
onibus sepedictis, contra forma pactorum per
supradictum dominum comitem habitorum cum
eisdem sub pena dupli dictarum possessionum
ut pro tempore plus valuerint aut meliorate
fuerint minus quinque sol. qua soluta vel non
presens contractus nichilominus obtineat
plenum robur pro quibus omnibus attendendis
domini Articus de Castello, Diatalmus de Vil-
ta, Johannes de Çucula, Heinricus de Bram-
peschen, Federicus de Varmo Nicolaus de Budrio.
Ita quod quilibet pro racta extiterint fideiusso-
res. Actum in vila Cormoni ante ecclesiam sancti
Asdelberti dicti loci.

Ego Johannes condam Petri de Cusgrana notarius
interfui et rogatus scripsi
S.N. Et ego Dietricus imperiali auctoritate notarius predictis interfui
et rogatus meum signum aposui et subscripsi.

1295. 16 Decembre. Trieste. — Brisa vescovo di Trieste a richiesta di Alberto conte di Gorizia separa la nuova chiesa di S. Marco in Novach dalla parrocchia di Muchoun.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, die sexto decimo intrante decembre, presentibus dominis Walcono de Goricia presbitero Henrico vicario sancti Grisogonii de Pirpox, Hermano plebano de Muchou, Marco Iuliani cive Tergestino et aliis. Reverendus in Christo pater dominus Brisa dei gratia episcopus Tergestinus ad petitionem magnifici et illustris domini Alberti comitis Goricie, sciens per hoc infrascriptam ecclesiam ad magnum statum et honorem per eundem dominum comitem provehi, ipsumque dominum comitem in omnibus favorabiliorem Tergestine ecclesie et episcopatui permanere ecclesiam sancti Marci de novo constructam apud villam que dicitur Novach in presentia et de consensu et voluntate discreti viri domini Hermani plebani sancti Wolrici de Muchou cui ipsa ecclesia sancti Marci iure plebanatus subiacebat a subiectione ipsius matricis ecclesie silicet sancti Wolrici predicti per se suosque succes sores in perpetuum exemit volens eidem domino comiti complacere et dictam ecclesiam ex nunc in antea in perpetuum per se suosque successores statuens et declarans esse exemptam eo iure quo melius potuit eximi et ob reverentiam beatissimi sancti Marci, ad cuius honorem eadem ecclesia est ibidem fundata, dedit, tradidit et contulit eidem ecclesie sancti Marci pro luminaria quartesium sex mansorum sitorum in eadem villa, que dicitur Novach, pro quibus exhibebantur quartesia supradicte matrici ecclesie sancti Wolrici salvis omnibus iuribus aliarum villarum predicte matrici ecclesie, ita quod idem dominus comes possit et sibi liceat ponere et instituere

sacerdotem unum vel plures in eadem ecclesia et mutare, si ei melius placuerit, reservata tamen semper eidem domino episcopo corectione et[1] visitatione sacerdotis vel sacerdotum, qui ibi pro tempore fuerint. Et in hunc modum constituit idem dominus episcopus Swarçuttum de Toppo nepotem suum certum nuncium ad ponendum eundem dominum comitem vel eius nuncium in tenutam et corporalem possessionem ecclesie supradicte. Actum Tergesti in camara[2] episcopatus.

2.) sic.

S. Ego Sanibonus de Aquilegia imperiali auctoritate publicus notarius et domini episcopi supradicti predictis interfui et iussu ipsius domini episcopi scripsi.

Originale, pergamena

1.) et apposito sopra la linea.

1296. 1 Aprile. Nel castello di Gorizia. — Alberto conte di Gorizia investe il signor Andrea di Peuma di una casa in pietra, grande ~~[illegible]~~ villa di Selkan e di un maso vicino, rinunziati da Enrico di Versa.

Nos Albertus comes Goricie et Tyrolis Aquilengensis, Brixinensis ac Tridentine ecclesiarum advocatus litteris presentibus profitemur et constare volumus universis ipsarum seriem inspecturis, quod Hainricus de Versia pro se suisque heredibus domum suam lapideam magnam sitam super villam Zelkan una cum manso sito sub predicta dono [1] in manus nostras [1] sic noncoactus libere resignavit. Quam quidem domum et mansum domino Andree de Peuma cum omnibus atinenciis suis pleno iure nec non heredibus suis in rectum feodum contulimus et legale, dantes ipsis heredibus domini Andree prefatum feodum si oportunum fuerit, vendendi, alienandi et omnia secundum velle ipsorum liberam potestatem. In cuius rei evidens testimonium prefato domino Andree suisque heredibus presens scriptum dari iussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Huius rei testes sunt: Walchungus, Syffridus, Rudolfus olim officialis et Testa de Goricia, Witteko camerarius noster, Piligrinus officialis et Chunradus de Eberstain notarius curie nostre et alii. Datum et actum in castro Goricie, anno domini M° CC° LXXXXVI° indictione nona, primo die intrante aprili

Originale, pergamena. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

1297. 2 Maggio. Treviso. Patti dotali tra Beatrice di Camino ed Enrico il giovane Conte di Gorizia.

In nomine domini amen. Anno nativitatis eius millesi-
mo CCC nonagesimo septimo, indictione Xa, die secun-
do intrante Madio, presentibus nobilibus viris dominis
Vencivuerra comite sancti Bonifacii, Ricardo et
Wocelone fratribus filiis nobilissimi viri domini G. de
Camino, Johanne Paulo de Feraria, Lamberto de Coneglano,
Manfredo de Vvedercio, Johanne potestate Cadubrii,
Andrea de Peuma, Gerlocho de Eberstayn, Ottacharo
purcravio de Luenç testibus et aliis pluribus. Vir magni-
ficus dominus Gerardus de Camino post contractum ma-
trimonium inter magnificum virum dominum Henri-
cum comitem Goricie iuniorem et nobilissimam dominam
Beatricem filiam domini Gerardi predicti cum obliga-
cione bonorum suorum wadiavit stetit et promisit dare
et solvere ipsi domino Henrico comiti recipienti pro se
et domina Biatrice uxore sua predicta sedecim mille
librarum Veronensum parvulorum iure dotis et nomine
dotis domine Biatricis predicte a die quo eam duxerit
domum usque ad unum annum tunc proximo sub-
sequentem, pro quibus omnibus attendendis predicti
domini Gerardi precibus et pro ipso supradicto do-
mino Henrico comiti recipienti pro se et dicta domi- sic
na Biatrice uxore sua predictum dominum Artvicus
de Castello, Symon et Odolricus fratres de Cucana et
Leonardacius de Bracaco superiori fideiussores in so-
lidum costituerunt. Nec huius dotis solucio finis
pactum remissio vel inducie aut concordia seu aliquid
nocens dicto domino comiti et eius uxori predicte pro-
bari possit, nisi hac carta cancellata vel alia inde facta
per bonum et legalem notarium presentibus quinque
idoneis testibus de comuni parcium voluntate. Actum
Tarvisii in loça consilii domini Gerardi predicti.
(Signum not.) Et ego Conradus de Utino imperiali aucto-

ritate notarius ex commissione et auctoritate venerabilium virorum vicedecani et capituli sancte Aquilegensis ecclesie eiusdem ecclesie sede vacante prout inveni in protochollis olim Dietrici notarii de Utino presens instrumentum fidelitatis conscripsi rogatus.

Perg. Originale. Arch. di Stato Vienna

1298 Nov. 21. Norimberga

Alberto Re de' Romani investe i suoi figli della Carniola, Marchia e Pordenone

---

Albertus dei gracia Romanorum rex semper Augustus. Vniversis Sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis Inperpetuum. Ad hoc divine pietatis provisio in maiestatis Regii Solio nos locavit ut cuncta rimantes et iusticiam recensentes absque personarum delectu unicuique quod suum est reddere debeamus. Considerantes igitur quod nobis de ducatibus Austrie et Stirie quorum dominio et Regimini prefuimus in minoribus potestatibus constituti ad Romanum gubernandum Imperium accersitis nulli dicioni nostre subiecto quanto preciius nec liberis nostris karissimis ut eisdem debitum geniture affectum et ordinem observemus Jura sua debeamus aliquatenus denegare. Notum fieri volumus tam presentis temporis quam future posteritatis Imperii Romani fidelibus universis. Quod nos de libero et expresso consensu Principum Imperii Jus in eleccione Regis Romani de iure et antiqua consuetudine obtinencium Principatus sive ducatus Austrie et Stirie Necnon dominia Carniole Marchie et Portusnaonis cum universis honoribus Juribus libertatibus et pertinenciis suis Illustribus Rudolfo Friderico Lupoldo Et aliis filiis nostris karissimis apud Nuremberch cum vexillis et sollempnitate debita et consueta concessimus in feodum ac ipsos Sceptro Regio investivimus de eisdem et principum Imperii numero consorcio et Collegio aggregantes eosdem ipsisque Jus principum concedentes Ab eis pro principatibus et dominiis memoratis fidelitatis et homagii recipimus Juramen-

tium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis infringere graciam vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui secus attemptare presumpserit grauem nostre maiestatis offensam se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmamentum presentes litteras exinde conscribi et Regie maiestatis nostre Sigilli inpressionis communiri. Testes sunt venerabiles Gerhardus Maguntinensis, Wicboldus Coloniensis Boemundus Treuirensis et Chunradus Salzburgensis Ecclesiarum Archiepiscopi Lupoldus Babenbergensis. Mangoldus Herbipolensis ~~Herbipolensis~~ Heinricus Constanciensis. Petrus Basiliensis, Emcho Frisingensis et Wernhardus pataviensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Rudolfus Comes palatinus Reni dux Bawarie. Rudolfus Dux Saxonie, Otto, Hermannus et Heinricus Marchiones Brandemburgenses et Heinricus Dux Karinthie. Spectabiles viri Johannes Burgrauius de Nuremberch Burchardus de Hohemberch. Eberhardus de Wirtemberch, Ludwicus de Etingen, Fridericus de Liningen, Vlricus et Heinricus de Schelklingen, Hermannus de Sultz, Georius et Chunradus Comites Ysnuti. Fridericus de Ortemburch, Albertus Heinricus et Albertus Comites Goricie Otto de Strasperch Hermannus de Homberch et Rudolfus de Werdemberch Comites, Nobiles viri, Otto de Ochsenstein, Sifridus de Eppenstein Heinricus et Wernhardus de Schowemberch Hugo de Toufers Gerlacus de Bruberch et Nicolaus de Martenuels Strenui viri Lutoldus et Albero de Chunringen, Stephanus de Meichsowe Marschalcus Austrie Chalhohus de Ebersdorf Camerarius Austrie Hertnidus de Wildonia Marschalcus Styrie Heinricus de Stubenberch Vlricus de Cappella. Eberhardus Heinricus et Fridericus de Wallse. Hermannus Marschalcus de Landemberch. Bernol

dus de Telesprunne. Ulricus Prueschinch et alii fide digni quamplures.



Signum do- mini Alberti Romanorum Regis Invictissimi ; Datum in Nurembergh per manus Eberhardi de Lapide Prepositi Ecclesie Wizzemburgensis Aule nostre Cancellarii Anno domini M°. CC° Nonagesimo Octavo. XI kalend. Decembres Indictione Duodecima Regni vero nostri Anno Primo ; ; ;

N. 298 Dec. 23. Norimberga

Alberto Re de' Romani ordina agli abitanti dell'Istria e del Friuli di riconoscere per loro Rettori i Duchi di Carinzia.

Albertus dei gracia Romanorum Rex semper augustus Venerabilibus uiris Episcopis Abbatibus Prepositis Decanis Ceterisque Ecclesiarum Rectoribus Egregiis et prouidentibus uiris, Comitibus, Nobilibus, Castellanis, Ministerialibus Vasallis habitatoribus, Communitatibus et populis uniuersis in Prouinciis Fori Julii et Hystrie residentibus graciam suam et beniuolam uoluntatem. — Speciali quadam inter tot et tantos negotiorum ingruentium fluctus, quibus assidue pectori nostro materia cogitationis infunditur, meditatione perangimur et anxietate peruigili meditamur qualiter ille Nobiles Fori Julii et Hystrie prouincie utpote generosum Imperii Romani pomerium, in quo Regie Maiestati, ex sui placidi cultus amenitate non infima delectacione complacuit, rediuiua quiete refloreant, et post dire longeque fatigationis hostiles angustias et eximie bellice turbines tempestatis in portu uotiue tranquilitatis et pacis pulchritudine conquiescant. In hiis siquidem prouinciis suos Imperium recognoscit alumpnos. hic est enim ortus Imperii dedicatus, in quo grate subiectionis uenerantes et floridos flores colligit et deuote dulcedinis poma graciose decerpit Nimirum igitur circa cultum et munimen ipsius Regie celsitudinis curiosa uersatur intentio, et propensioris uigilantie studium adhibetur, ut et ille per deuocionem sinceram puritatis respirent odorem et per fidelitatem integram expectatum constantie fructum reddant. Verum quia tunc utiliter Regio regitur, dum directi rectoris ducatu dirigitur et uigili presidentis industria gubernatur

Nos cupientes quod ipse Prouincie Rectoribus gaudeant cir-
cumspectis Illustres viros Ottonem, Ludwicum et Heinricum
fratres, Duces Carinthie, affines et fideles nostros dilectos
quos experte circumspectionis et fidei merita nobis reddunt
amabiles, et probata Strennuitas efficit clariores, vobis
et predictis Prouintiis preficimus in Rectores et vicarios
speciales earundem prouinciarum Regimen vice nostri no-
minis exequendum eis plenarie committentes ut eorum stu-
dioso ducatu et preseruentur a noxiis et in Salutarium
Solio Solidentur propter quod deuotionem et fidelitatem
vestram monemus requirimus et hortamur attente ne-
chilominus vobis auctoritate Regia iniungendo quatenus
eosdem duces tamquam ymaginarios nostre presentie hi-
lariter et deuote curetis suscipere, ac in omnibus, que
creditum eis spectant officium reuerenter ipsis parere
humiliter promptis affectibus obedire velitis, assistendo ne-
chilominus predictis viriliter ut Castra, Municiones et
Terre per quoscunque distracte illicite ad manus vas-
sallorum et fidelium Aquilegensiam eccle retrahantur
ut deuotionis ac fidelitatis vestre constantiam libera-
litatis Regie prouisio que seruitia nouit remunerare
fidelium digna proinde vicissitudine prosequatur. Datum
apud Nurinberch X. kld. Januarii. Indictione XII Anno
domini Millesimo, ducentesimo Nonagesimo octauo. Reg-
ni vero nostri Anno primo.

1240. Maj 11 – Cividale.

Accordo del patriarca Bertoldo col conte Meinardo di Gorizia sulla proprietà de' figli nascituri da D. Stefano di Castelnovo e da sua moglie Ingelrada di Pinzano.

Anno domini Millesimo CC. quadragesimo, Indictione tertia decima, undecimo die intrante
…ia in maiori palacio in
…derici de Porcillis Couradi
… porpeto Wolrici de Cucania
… Wolrici de Glemona. et
…ici de Rifinbergh. Henrici
…cania et aliorum multorum
… Dominus Bertholdus dei gracia
…e patriarcha et dominus Mein,
…neo Guricie talem inter se
…od si dominus Stefanus de
…os uel filias cum domina yn,
…ranni de Pinçano ad inuicem
…uel filia debet esse predicti
…qui fuerint debent communi,
…sem ecclesiam [et] comitem
…cti Stefanus et domina in,
…si unum filium [uel] filiam
…el procreatam, ille uel illa
…ebet matrimonium si quod
fuerit, contrahi cum aliquo uel aliqua de domo iam dicta aquilegensi. et heredes ipsorum si quos habuerint ad inuicem procreatos, debent esse communes ecclesie predicte aquilegensis et Comitis sepedicti ita quod heredes predictorum domini Stefani et domine Yngelradis uxoris

+ illegibile cancellato

CAMERA DEI DEPUTATI

24/III

Carissimo professore,

Ella deve aver ricevuto in questi giorni dal comm. Suttina uno degli elenchi dei documenti Goriziani che Ella formò l'anno scorso, colla preghiera di farvi alcune indicazioni bibliografiche. Temo che il Suttina non abbia ben spiegato nella sua lettera il nostro desiderio e che Ella sia perplesso quanto al modo di rispondere. La richiesta del Suttina è questa: che Ella ponga a lato di ciascun

Nos cupientes quod ipse Provincie Rectoribus gaudeant cir
cumspectis Illustres viros Ottonem, Ludwicum et Henricum
fratres, Duces Carinthie, affines et fideles nostros dilectos
quos experte circumspectionis et fidei merita nobis reddunt
amabiles, et probata [illegible]
et predictis Provintiis p
speciales earundem Pro
minis exequendum. eis
dioso ducatu, et preservé
Solio Solidentur prop
vestram monemus requ
chilominus vobis aucto
eosdem duces tamquam
lariter et devote cureti
creditum eis spectant o
humiliter promptis affe
chilominus predictis d
Terre, per quoscunqu
lorum, et fidelium a
ut devotionis ac fideli
tatis Regie provisio q
delium digna proinde
apud Nürinberch X. K
domini Millesimo, du
ni vero nostri Anno primo.

regesto l'indicazione del numero
dei documenti Goriziani pubblicati
dallo Joppi: Io non so però se
e quanti fra i documenti copia-
ti a Vienna siano inediti;
se tutti fossero stati pubblicati
sarebbe da vedere se realmente
convenga fare la pubblicazione
dell'elenco con quelle indicazioni
come avevamo intenzione di
fare. Ella dunque abbia
la cortesia di mandarmi, prima
di tutto, quest'ultima notizia
e poi se Ella sarebbe disposto
a fare quell'ulteriore fatica.
Naturalmente, la pubblicazione

1240. Maj 11 – Cividale.

Accordo del patriarca Bertoldo col conte Meinardo di Gorizia sulla proprietà de' figli nascituri da D. Stefano di Castelnovo e da sua moglie Ingelrada di Pinzano.

Anno Domini Millesimo CC. quadragesimo,
... ima, undecimo die intrante
... tria in maiori palacio in
... iderici de Porcillis Conradi
... porpeto Volrici de cucania
... Volrici de Glemona. et
... ici de Rifinbergh. Henrici
... ucania et aliorum multorum
Dominus Bertholdus dei gracia
... ie patriarcha et dominus Mein-
... meo Goricie talem inter se
... uod si dominus Stefanus de
... os uel filias cum domina yn-
... ncanni de Pinzano ad inuicem
... uel filia debet esse predicti
... qui fuerint debent communi,
... nsem ecclesiam [et] comitem
... icti Stefanus et domina in-
... isi unum filium [uel] filiam
... uel procreatam, ille uel illa
... debet matrimonium si quod
fuerit, contrahi cum aliquo uel aliqua de domo iam
dicta aquilegensi. et heredes ipsorum si quos habuerint
ad inuicem procreatos, debent esse communes ecclesie
predicte aquilegensis et Comitis sepedicti ita quod heredes
predictorum domini Stefani et domini yngelradis uxoris

sarebbe fatta attribuendone, come è giusto, a Lei il merito.
Gradisca i miei più affettuosi saluti e mi creda
Suo Aff.mo [signature]

* illegibile cancellato

Nos cupientes quod ipse Provincie Rectoribus gaudeant cir-
cumspectis Illustres viros Ottonem, Ludwicum et Heinricum
fratres, Duces Carinthie, affines et fideles nostros dilectos
quos experte circumspectionis et fidei merita nobis reddunt
amabiles, et probata [illegible]
et predictis Provintiis p
speciales earundem Pro
minis exequendum. eis
dioso ducatu, et preserve
Solio Solidentur prop
vestram monemus requi
chilominus vobis auctor
eosdem duces tamquam
lariter et devote cunctis
creditum eis spectant of
humiliter promptis affe
chilominus predictis v
Terre, per quoscunque
lorum, et fidelium Aq
ut devotionis ac fidelit
tatis Regie provisio qu
delium digna proinde
apud Nürinberch X kl
domini Millesimo, duc
ni vero nostri Anno primo.

1240. Maj 11 – Cividale.

Accordo del patriarca Bertoldo col conte Meinardo di Gorizia sulla proprietà de' figli nascituri da D. Stefano di Castelnovo e da sua moglie Ingelrada di Pinzano.

Anno Domini Millesimo CC. quadragesimo, Indictione tertia decima, undecimo die intrante Madio in Ciuitate austria in maiori palacio in presentia dominorum (Fr)iderici de Porcillis Conradi de Kastiliro, Actuicki de porpeto Wolrici de cucania bergonis de spigrimbergh. Wolrici de Glemona. Ottonis de Flagonia. Wolrici de Rifinbergh. Henrici de L ⁺ Iohannis de cucania et aliorum multorum ibi testium Rogatorum. Dominus Bertholdus dei gracia sancte aquilegensis ecclesie patriarcha et dominus Meinhardus eadem gratia Comes Guricie talem inter se pactionem habuerunt, quod si dominus Stefanus de castro nouo habuerit filios uel filias cum domina Yngelrade filia domini Hermanni de Pinzano ad inuicem procreatos primus filius uel filia debet esse predicti Comitis et alii postea si qui fuerint debent communiter diuidi inter aquilegensem ecclesiam [et] comitem supradictum. Et si predicti Stefanus et domina Ingelradis non haberent nisi unum filium [uel] filiam adinuicem procreatum uel procreatam, ille uel illa sit comitis memorati et debet matrimonium si quod fuerit, contrahi cum aliquo uel aliqua de domo iam dicta aquilegensi. et heredes ipsorum si quos habuerint ad inuicem procreatos, debent esse communes ecclesie predicte aquilegensis et Comitis sepedicti ita quod heredes predictorum domini Stefani et domini Yngelradis uxoris

⁺ illegibile cancellato

eiusdem insimul habiti et creati, et etiam heredes heredum suorum possint hereditare tam feudum quam proprium comune, ita videlicet quod illi qui fuerint aquilegensis ecclesie possent hereditare bona tam feuda, toria quam propria illorum qui fuerint comitis supra. dicti. Et econverso similiter qui fuerint comitis, pos. sint eodem modo hereditare bona fratrum uel sororum illorum uel illarum qui uel que fuerint aquilegensis ecclesie uidelicet tam feudatoria quam propria.

Ego magister anselmus creatus ab imperatore publicus notarius interfui et hanc cartam de manda. to predictorum dominorum patriarche et comitis scripsi et Ro — bo — Ra — vi

211 16 Settembre. Aquileja. Bertoldo Patr. di Aquileja dona alla Chiesa di Aquileja i Ministeriali a lui per eredità pervenuti in Wippach.

1241
Settembre 16

Bertholdus dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha universis tam presentibus quam futuris imperpetuum. Veritatis amica simplicitas persuadet, quod negocia que in tempore fiunt perpetuentur per seriem litterarum ne vel processu temporis aliquatenus valeant interrumppi [1] vel caliditatis humane versucia cavillari. Pro sic inde ad universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire noticiam, quod nos ministeriales nostros universos, quos hereditario iure possedimus in Vippach ecclesie Aquilegiensi ea condicione tradidimus, quod eorum prolis tam masculi quam femine in feudis ipsius ecclesie de cetero sine alicuius contradicione succedant. Ad cuius rei certitudinem et perpetuam firmitatem presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri pendentis munimine roborari. Huius vero rei testes fuerunt Iohannes prepositus Sancti Stephani Aquilegiensis, Otto marchio, magister Berrengherius vicedominus canonici Aquilegienses, Ulrichus de Treven, Henricus de Mels et alii plures. Datum Aquilegia per manum Bonencontri curie nostre notarii M°CC°XL°I°, XIIII° indictione, XVI die septembri.

Inserito nella confirmazione del patriarca Ottobono dal anno 1308, marzo 14

49. 21 Gennaio Pignano presso Ragogna D. Guglielmo di Fontanabona per 1200 lire di piccoli veronesi vende a Mainardo Conte di Gorizia quanti uomini e loro beni egli possiede in Istria da S. Giovanni del Carso [andando] [illegible] l'investitura. 1249,

9. Die iovis undecimo exeunte ianuario, in orto Conradi de Pignano non longe a Ragonia presentibus dominis Ber- nardo de Strasso, Friderico de Castello, Rodulfo de Sou- regnano, Ulzalcho de Dewino, Cono de Mauruzo, Volrado de Cisino et Ber[tol][1] do scriba domini comitis Meinardo subscripti testibus rogatis et aliis. Dominus Guilielmus de Fonta- na bona precio mille et ducentarum librarum Veronensium par- vulorum nomine venditionis ad proprium pro libero et expedito allodio investivit dominum Meinardum comitem Goricie de omni- bus hominibus parvulis et magnis utriusque sexus, quos et quas habet et possidet seu visus et usus est habere et possidere sive dominari vel alius pro eo in Instria[2] a sancto Iohanne de Carso supra per Istriam et omni iure corporali et incorporali utili et directo, quod habet et habuit in eisdem ubicumque inventi etiam fuerint extra Instriam fugitivi et de omnibus eorum bonis presentibus et futuris que habent et usi sunt habere et possidere mo- bilibus et immobilibus, utilibus et directis, et per eum dominum comitem se possidere manifestavit, dando ei licentiam intrandi tenutam. Quos et quas homines et eorum bona et ius quod in eis habet promisit idem domino comiti deffendere, guarentare et expendire[3] ipsius do- mini Guilielmi expensis ab omni persona cum racione sicut pro tem- pore plus valerent aut in loco simili sub extimatione bonorum hominum per se suosque heredes sub obligacione omnium suorum bonorum et supplemento per eum possidere manifestando. Et si dicti homines et eorum bona et ius et dominium, quod que et quos contra dictus dominus Guilielmus in eis plus valeret dicto precio, eum investivit de illo nomine donacionis inter vivos, quod amplius revocari non possit aliquo iure consuetudine vel causa, renunciando omni iuri et consuetudini per quod et quas posset venire contra predicta vel aliquod predicto- rum, quos denarios predictus comes stipulacione promisit dare et solvere libras sexcentas videlicet in festo sancti Petri de Iunio proximo et alias sexcentas in proxima

Gennaio 21

[1] Il margine destro della pergamena è rotto in lunghezza di ½ centimetro

[2] sic

[3] sic

nativitate dominica predicto domino Guilielmo vel eius nuncio cum omni dampno et expendio et expensarum expensis faciendis in iure et extra quocumque modo in eius dicto simplici sine sacramento sub obligatione omnium suorum bonorum et supelectilium et per eum dominum Guilielmum se constituit possidere in toto videlicet debito et in parte recipiendis p[ac]tum 4.) et promisionem faciens 5.) et promisionem faciens 5.) quod non probabit solucionem, finem, concordium, remisionem, terminum tocius predicti debiti neque partis nec aliquid contra predicta vel aliquid predictorum, nisi hoc instrumento sibi reddito vel alio desolutione facto manu boni creditique notarii et si contra fecerit nichil valeat. Ad hoc dominus Ulricus de Riphenberch, dominus Ulaalchus de Leuma, dominus Ulcherius de Duriaberch ius suet voluntate predicti domini comitis constituerunt se fideiussores et principales debitores unumquenque 6.) in solidum, ad quem dictus dominus Gulielmus se tenere voluerit renunciantes, quod non possint dicere sive uti, quod pro alieno negocio et sine causa forent obligati et quod pro parte debeant conveniri et quod electio unius pro parte non liberet alium pro alia parte, epistoli divi Adriani, auxilio senatus 7.) iuri ypotecorum et omni auxilio iuris et consuetudinis quibus possent se ab hac obligatione deffendere.

Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictionis octava.

Ego Antonius de Malerba domini Fr(iderici) imperatoris notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

Originale.

4.) il margine destro è rotto in lunghezza de due millimetri

5.) Le parole et promisionem faciens sono scritte due volta

6.) sic   7.) sic.

1249, 16 Decembre. Aquileja. Il patriarca d'Aquileja Bertoldo e Capitolo confermano le donazioni fatte dal patr. Wolfkero all'Ospitale presso Aquileja da lui fondato

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Nos Bertoldus dei gratia sanctae Aquileiensis sedis patriarcha notum facimus universis tam praesentibus quam futurae posteritatis hominibus, quod venerandus pater praedecessor noster felicis recordationis Wolfcherus patriarcha in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi hospitale novum fundavit prope stratam Aquileiae civitatis nostrae per quod eadem strata plurimum est meliorata et etiam ipsa civitas Aquileiensis, dum in privilegio eiusdem praedecessoris nostri plenius continetur. Cui hospitali de consensu canonicorum vassalliorum necnon et ministerialium sanctae Aquileiensis ecclesiae dedit et in perpetuum iure perpetuitatis possidere fecit ecclesiam de Camarcio et VI mansos in eadem villa cum omnibus suis pertinentiis cultis et incultis et insuper terram incultam illi stratae adiacentem et patriarchatui Aquilegensi iure perpetuitatis attinentem ex utraque parte stratae terminatam et limitatem in latitudine a terra abbatissae sanctae Mariae usque ad flumen Isontium in longitudine a Ruda usque ad hospitale sancti Ioannis. Quae terra, ut scripturae dicti continent privilegii tempore illius donationis erat deserta et nunquam ab homine utiliter inhabitata, apta latronibus et praedonibus, qui frequenter ibi latitabant ibique transeuntes homines Aquilegiam venientes vel inde redeuntes spoliabant et interficiebant. Pro hac malicia et alia difficultate magna cum paludum in predicta strata multi miserabiliter periclitabantur, quousque per dei adiutorium prava in directa et aspera in viam planam convertit sicque fugatis pritisque latronibus praedictum hospitale ad viatorum securitatem et pacem nec non ad stratae custodiam ibidem creavit atque dotavit et in eo viros spirituales et probatae religionis tam clericos quam laicos locavit deo servituros, qui ad dei laudem ampliandam illi novellae structurae in-

vigilarent et intenderent et de stratæ reparatione curam gererent, non tamen ipsam stratam reparare suis sumptibus tenerentur, sed cum aliqua ruptura in ipsa strata ex impetu aquarum vel alio casu accideret, magister hospitalis cum consilio patriarchae, qui pro tempore foret, vel aliquorum maiorum de Aquilegia ad reficiendam illam rupturam et stratæ reparationem duas marchas denariorum Aquilegensium, si necesse foret, singulis annis expendere teneretur nec ultra illam summam in stratæ reparatione teneretur expendere, nisi de libero arbitrio aliquid aliud superduceret erogandum; patriarcha vero et civitas Aquilegensis et quilibet, sicut cuique deus inspiraret, de totali stratæ reparatione integraliter providerent, tamen maxime patriarcha; porro prædicti hospitalarii viverent de cultura prædictæ terræ aliisque bonis eis iam collatis vel in futurum donatione bonorum virorum conferendis, tam ad suam, quam aliorum pauperum sustentationem. Erat autem quædam summa miseria miseriarum, cui in transmarinis partibus Christiani erant addicti, qui captivi apud Saracenos in carcere regio tenebantur, qui tunc erant Hierosolymis et apud Babiloniam, apud Halap et Damascum. Hi per edictum regis Saracenorum priscis ?[1] ab hac vita dissolvebantur, quam ...... [a] nuditate, fame et siti. Asperitates et dolores inexplicabiles dictorum captivorum præfatus Wolfcherus veneranda memoriæ prædecessor noster vidit et intellexit .... [b] temporibus audebat eis nec poterat per elemosinarum largitiones quispiam subvenire. Demum treguis ordinatis inter Christianos et Saracenos dictus prædecessor noster obtinuit apud regem Sarafadinum privilegium, ut libere et secure mitterentur eis elemosynarum consolationes. Unde saepedicti Wolfcheri prædecessoris nostri in fundatione prædicti hospitalis hæc principalis fuit intentio, ut cum per a-

1.) sic!

griculturam et per alia iuvamina et per bonorum hominum pias erogationes hospitale praedictum processum haberet et augmentum, provisores eius singulis annis quaecunque super victum et vestitum necessarium stratae que reparationem praedicto modo faciendam iam dicto hospitali et personis ibi ministrantibus super abundarent, congregarent fideliter, ut oportuno tempore ad transmarinas partes mitterent et in alimoniam praedictorum captivorum integraliter verterentur. Dedit insuper eidem hospitali et cum consensu canonicorum Aquilegensium vassallorum et ministerialium Aquilegensis ecclesiae possidere in perpetuum fecit omnes decimas novalium, quae tunc temporis erant et in futurae[1] fuerant[2] in terra supradicta. Quae decimae tunc temporis absolute et sine omni contradictorio spectabant ad ipsum iure patriarchatus dansei licentiam et auctoritatem recipiendi ad sepulturam quoslibet cattolicos volentes ibi sepeliri, ecclesiae unde corpora summerentur parte canonica reservata, statuens etiam, quod nulli personae nomine advocatiae esset subiectum, nisi Aquileiensi ecclesiae et patriarchis, qui pro tempore ibi forent, ut illam advocatiam nullus patriarcha unquam deberet infeudare, quod si fieret, pro infecto et pro nihilo haberetur, addiciens insuper, ut idem hospitale Aquilegensi ecclesiae in signum subiectionis urnam olei unam de praenominatis mansis de Camarcio ad luminariam[3] ecclesiae et libram incensi persolveret et, ut illi de Camarcio, sicut antiqui moris erat, solemne baptismum in Aquilegensi ecclesia susciperent. Ad hoc adiunxit, ut si contingeret aliquando capitulum Aquilegense ad funus alicuius illuc vocari, maioritatem in missa et in aliis, sicut decet, canonici obtinerent, salvo in omnibus iure metropolitano et Romanae sedis debita reverentia et obbedientia. Adiunxit insuper premissis donationibus aeternae retributionis intuitu ecclesiam sancti Michaelis intra Sacilem

1.) sic!
2.) sic!
3.) sic!

et canipam cum omnibus suis pertinentiis et villam de Blasiz, quæ post decessum piæ recordationis Peregrini de Manzano sancti Felicis præpositi extitit ei et Aquileiensi ecclesiæ sine alicuius contradictionis obstaculo expedita cum omnibus suis pertinentiis, pratis campis pascuis silvis aquis et cum omni iure præfato hospitali, ita tamen, quod procurator sæpedicti hospitalis, qui pro tempore fuerit, singulis annis in die beati Hermacoræ in signum subiectionis unum .... c.) cameræ Aquilegensi persolveret, cum quo calices et, si quæ forent in eadem camera, quæ indigerent reparatione, deaurari deberent et etiam, si opus foret, renovari. Pro cuius villæ de Blasiz commutatione rector hospitalis prædicti postmodum recepit duos mansos in villa de Ajello et duos mansos in villa Biccina et quamdam terræ quantitatem cum molendino in villa de Campolongo. Ut autem supradicta rata permaneant et ...... d.) perpetuo perseverarent, idem venerandus prædecessor noster de præfatis omnibus privilegium scribi iussit et sui sigilli patriarchalis munimine roborari. Nos vero qui deo auctore Aquileiensi ecclesiæ licet immeriti præsidemus, quod per sæpe commemoratum prædecessorem nostrum provide super præmissis omnibus ...... e.) aliæ duæ marchæ ipsius hospitalis, qui in stratæ reparatione addantur expendendæ et ...... f.) ipsum hospitale salvis his omnibus, quæ superius continentur, spirituali et advocatiæ nobis retentis, ut prædictum est, hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani ita videlicet, ut provisores eius, quæcunque super victum et vestitum necessarium strataeque reparationem ..... g.) est faciendam dicto hospitali et personis ibi ministrantibus superabundaverint fidelite 1.) congregent et conservent, et tempore oportuno rectori præfati hospitalis transmittant in alimoniam et substentationem dictorum captivorum omnimodis convertenda. Cæterum si dictarum elimosinarum

h) fidelitr è scritto due volte.

consolationes præfatis captivis superveniente impedimento legitimo deferri non possent, vel captivi non invenirentur, quæ in eorum usus et alimoniam convertenda erant, convertantur in sustentationem et alimoniam aliorum pauperum, prout discretioni rectoris præfati hospitalis Hierosolimitani videbitur expedire. Ut autem supradicta rata permaneant et perpetuo illibata et, ne successor noster vel quælibet alia persona ecclesiastica vel secularis alta vel humilis infringere possit antescriptas donationes seu constitutiones huic hospitali factas et ne in posterum aliquis successorum nostrorum ad aliquas exactiones vel servitia indebita provisores eiusdem debeat angariare seu importunis aliquibus petitionibus inquietare vel eius iuri tam in personis, quam in rebus sibi attinentibus quisque præsumat derogare vel in aliquo malignari, hoc privilegium memorati praedecessoris nostri et per nos de consensu approbatum conscribi fecimus et sigillorum nostri et præfati capituli nostri capituli [1.)] munimine roborari anathematis sententia ferientes eum, quicunque in aliquo præsumpserit obviare. Actum in capitulo Aquilejensi praesentibus dominis Bonacursio episcopo Emonensi, magistro Ioanne electo Parentino, Ioanne praeposito sancti Stephani, magistro Beringero vicedomino, nobili viro Biachino de ..... [h.)], Asquino de Varmo, Azuro de Mels, Matteo di Rivarotto, Peetemano de Ragona, Henrico Pizzafava de Mels, magistro Marsilio capellano domini nostri patriarchæ, Ottonello et Conrado canonicis Parentinis, Marco Cuppo et Nicolao civibus Aquilejensibus testibus et aliis pluribus.

1.) sic.

Ego Otto Brogonia canonicus Aquilegensis his omnibus interfui et de mandato ipsius domini patriarchæ et præfati capituli hoc privilegium scripsi et dedi.

Hæc facta sunt sub anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictione septima, sexto deci-

ma die exeunte Decembris

Copia di mano del secolo decimo ottavo, in carta.

a.) Dopo la parola quam è un luogo vuoto in lunghezza di un decimetro

b.) Dopo la parola intellexit è un luogo vuoto in lunghezza di un decimetro

c.) Dopo la parola unum è un luogo vuoto in lunghezza di 3 centimetri

d.) Dopo la parola et è un luogo vuoto in lunghezza di un decimetro

e.) Lo stesso dopo la parola omnibus.

f.) " " " " " at.

g.) " " " " " reparationem.

h.) Dopo la parola de è un luogo vuoto in lunghezza di tre centimetri.

1250. 18 Decembre? Aquileja. Bertoldo Patr. d'Aquileja impegna al conte Ulrico di Sternberg le sue entrate di Trevea per pagargli i beni in Los (cioè castello e territorio) comperati da lui stesso. 1250, dicembre 18.

Nos Bertholdus dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod pro debito CC marcarum ad solidum, quas comiti Wolrico de Steremberch pro predio de Los, quod emimus ab ipso, dare et solvere debebamus eidem comiti W. et eius heredibus per nos et successores nostros ac de consensu et voluntate nostri capituli Aquilegiensis obligavimus LX marcarum reditus in Treven tali conditione adiecta, quod dictus comes W. eiusque heredes habeant decetero, teneant et possideant reditus supradictos cum omni iure et ratione ad eosdem in integrum pertinente et quod nullus gastaldio noster aut successorum nostrorum cum dictis redditibus presumat vel audeat aliquid ordinare, donec per nos aut successores nostros iidem redditus fuerint a supradicto comite aut eius heredibus expediti, hoc excepto, quod si vellemus collectam vel stewram aliquam imponere vel exigere a cultoribus redituum predictorum illud facere possimus de consensu tamen et voluntate comitis memorati. Promisimus insuper dictos redditus et possessiones per nos et successores nostros eidem comiti ab omni homine in racione defendere et warentare, nec contravenire racione aliqua sive causa sub pena dupli redituum predictorum minus V soldis. Et ut hec omnia firma permaneant et perpetuo illibata presentem paginam scribi iussimus et sigillorum nostri et Aquilegiensis capituli pendentium munimine roborari. Testes sunt hii: Domini Wolricus episcopus Tergestinus, Conradus Iustinopolitanus electus, Biaquinus de Camino comes Cenetensis, Bernardus de Strasowe, Cono de Murucio Asquinus de Varmo, Waltherus et Bertoldus de Spengenbach,

Conradus senior de Castilio, Peccemannus et Swarcutlus de Ragonia, Henricus et Gliçog fratres de Mels, Warnerus de Portis, Henricus de Pramberch, Mattheus de Barrotta, Guerardus de Viles, Otto de Vinchenstayn, Henricus de Weizenstain, Perchtelinus de Liechtemberch et alii plures testes rogatis.

P. Actum Aquilegie in palacio nostri patriarchatus, sub anno domini M.CC quinquagesimo, die quarto decimo exeunte decembre, VIII indictione.

Originale. Il sigillo del patriarca pende in un nastro di sete gialla, quel del capitolo manca.

1251.13 Marzo. Graz. Bertoldo Patr. d'Aquileja rinnova il pegno delle rendite di Treven al Conte Ulrico di Stemberg per giugnto di un suo debito per l'acquisto del castello e di [illegible] di Los da lui acquistato. 1251,

Nos B. dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha Marzo 13
anotatione presencium de certa scientia et voluntate libera
profitemur dilecto fideli nostro Wolrico comiti de Sterembercl
pro trecentis marchis quas eidem pro emptione castri et pro-
vincie de Los et pro centum et quinquaginta marchis solidorum,
quas eciam sibi pro servicio, quod nobis tempore werre impendit,
occasione sallarii tenebamur, obtuaginta [1] marcharum red- [1] sic.
ditus ad sollidos in predio nostro Treven cum omni iuris pleni-
tudine obligasse, discretioni et fidei sue nichilominus com-
mittendo, quod cum predictis bonis possit ordinare et dispo-
nere pro voluntatis sue arbitrio ac si propria forent sua,
quousque per nos vel successores nostros solvantur. Inhibemus
eciam universis officialibus nostris ne cum memoratis bonis
quamdiu soluta non fuerint in steura vel aliqua alia ex-
accione quodquam habeant ordinare. In cuius rei memo-
riam et stabilem firmitatem presentem [2] litteram [2] eidem [2] sic
dedimus nostri sigilli pendentis [3] munimine roboratam.
Datum apud Graç, anno domini millesimo ducentesimo
quinquagesimo primo, indictione VIIII^a^, die XIII intrante
marcio.

Originale in pergamena. Il sigillo del patriarca pende
ad una striscia di pergamena.

[3] Dopo pendentis segue la parola: sigilli cancellata.

1252. 19 Giugno. Villaco. Gregorio patriarca di Aquileja conferma al monastero di San Paolo di Lavant, l'incorporazione della cappella di Mochlich. V. doc.to 1226. 1 gennajo.

Gregorius dei et apostolica gracia sancte sedis Aquilegensis electus dilectis in Christo filiis Luitoldo abbati et conventui monasterii sancti Pauli in Lavent salutem et benedictionem in domino. Vtilitates nostros augeri conspicimus, cum subditorum commoda procuramus; sed id est precipue nobis acceptius, si religiosos degentes in locis piis, quos ~~sstus deus~~ çelus domus domini comedit et fervor religionis accendit, in suis peticionibus exaudimus. Sane presentate fuerunt ex parte vostra nobis quedam littere vobis a bone memorie B(ertoldo) predecessore nostro concesse ac eius sigillo pendenti munite, quas vidimus et legimus diligenter, quarum tenor hic est: In nomine sancte etc. segue il privilegio del patriarca Bertoldo dell'anno 1226 gennaio 13. Nos igitur vestris devotis supplicationibus inclinati, quod ab eodem B(ertoldo) predecessore nostro factum est provide in hac parte, prout in supradictis eius litteris continetur, ratum habemus et firmum et tenore praesentium confirmamus. In cuius rei evidentiam publicam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras vobis concessimus\ per manum magistri Nicolai scriptoris nostri, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

[margin: sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum Villaci XVIIII° intrante iunio, decime indictionis]

Originale in pergamena, il sigillo pende ad un nastro di sete gialla e rossa.
Vienna Archivio di stato Repertorio I.

1257. 7 Luglio. Cividale. Gregorio patriarca di Aquileja conferma al Monastero di San Paolo di Lavant, della Chiesa di San Lorenzo di Radmil. V. Doc.ti 1191 . 20 Novembre e 1214 . 24 Ottobre.

Gregorius dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha dilectis in Christo.. abbati et conventui monasterii sancti Pauli in Lavent ordinis sancti Benedicti in perpetuum. Si loca religiosa et pia, in quibus nomen domini iugiter piis obsequiis exaltatur, in hiis que humiliter et honeste petuntur a nobis, ampliare studemus, et gratum per hoc deo prestare obsequium et anime nostre credimus procurare profectum. Presentatis siquidem nobis ex parte vestra quibusdam bone memorie Gotefridi et Wolfkeri predecessorum nostrorum privilegiis munitis suis sigillis pendentibus, quorum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, supplicastis nobis humiliter, ut concessionem sacram per ipsos vobis et monasterio vestro de ecclesia seu cella sancti Laurentii in Radmil Aquilegensis diocesis cum decimis et omni iure ecclesiastico ad eos spectante confirmare ac ea necnon ius archidiaconatus expressim in dicta cella et decimas tam veteres quam novalium vobis per nos concedere curaremus. Tenor quoque privilegii dicti Gotefridi talis est: In nomine etc. segue il privilegio del detto patriarca dall'anno 1191 novembre 20. Tenor vero privilegii prefati Wolfkeri est hic: In nomine etc. segue il privilegio del patriarca Wolfkero dall'anno 1214. ottobre 24. Nos igitur vestris devotis supplicationibus favorabiliter annuentes concessionem huiusmodi factam per dictos predecessores nostros, sicut in suprascriptis eorum privilegiis vidimus contineri, confirmandam duximus et per nos auctoritate presentium innovamus, concedentes vobis insuper expressim ius archidiaconatus in cella predicta necnon decimas novalium terrarum ipsius celle, que redacte sunt ad culturam, dummodo centum et quinquaginta mansorum summam vel numerum non excedant. Volumus tamen precipimus et ordinamus, ut nobis et successoribus nostris concilium aut synodum in Carinthia celebrantibus per nos aut ydoneos nuntios nostros ad

hoc specialiter deputatis abbas monasterii vestri, qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat per se vel per sollempnem nuntium suum eidem concilio vel synodo tamquam sepedicte celle archidiaconus interesse. Si vero aliqua necessitate urgente nos aut successores nostros contigerit in Foroiulii concilium aut synodum celebrare, aliis propter hoc archidiaconis et prelatis de Carinthia evocatis, dictus abbas per se vel per sollempnem nuncium suum venire illuc ad nostram presentiam teneatur. Ut autem hec pagina perpetue robur obtineat firmitatis, ipsam sigilli nostri pendentis iussimus presentia communiri. Datum de mandato nostro per manum magistri Nicolai de Lupico plebani de Tricesimo scriptoris nostri, VII° intrante iulio, anno domini millesimo CC° quinquagesimo septimo, indiccione quintadecima, apud Ciuitatem Austriam.

Huic quoque confirmationi innovationi et concessioni per nos facte dilecti filii A. decanus et capitulum Aquilegense suum prebuerunt assensum et in huius rei evidenciam sigillum suum presenti pagine fecerunt apponi.

Originale in pergamena, i sigilli del patriarca Gregorio e del capitolo pendono a dei nastri di sete gialla-rossa. Repertorio I

1259 31 Maggio. Anagni Pp. Alessandro IV raccomanda al patriarca di Aquileja di restituire il Castello di Cormons al Conte di Gorizia.

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri patriarche Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilecti filii nobilis viri .. Goritie ac Tyrolensis comitis advocati Aquilegensis ecclesie nostri et ecclesie Romane devoti nobis est oblata querela, quod tu castrum Cremonense ac quedam alia bona ipsius occupasti pro tue libito voluntatis illa que taliter detines occupata in eius preiudicium et gravamen alias ei gravis et iniuriosus existens plurimum et molestus. Quocirca fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus ob reverentiam apostolice sedis et nostram castrum et bona huiusmodi eidem comiti restituens ut teneris ab eius iniuriis et molestiis de cetero conquiescas, ita quod iustum de te non habeat amplius materiam conquerendi et ad nos ob hoc recurrere[1] non cogatur. Datum Anagnie, II Kalendas Maii, pontificatus nostri anno quinto.

Originale. La bolla pontificia non pende più, ma giace ancora nella copertura del documento.

1) Le parole: et ad nos ob hoc r. sono aggiunte con inchiostro più nero sopra un luogo raso della pergamena.

Archivio di Stato. Vienna. Repert. VII.

1260 Dezemb. 11. Cividale

Accordo tra Gregorio patriarca d'Aquileja e Mainardo Conte di Gorizia per Monfalcone, Cormons e investitura feudale di quest'ultimo.

In nomine Christi amen. Anno a Natiuitate eius
Millesimo ducentesimo Sexagesimo, Tercie Indictionis a,
pud Ciuitatem in Camera Patriarchali die vndecima In,
trante Mensis Decembris. Presentibus dominis Alberto
Cenetensi Electo domini. G. Patriarche aquilegensis vice,
domino. Vezelone Abbate Mosacense, Vezelone
Abbate Belliniense, Iohanne Archidiacono Aquilegensi
Volrico dicto Cadubrino decano ciuitatensi. et Beren,
gero sancti Volrici et Magistro Bonincuntro sancti
Petri de Carnea prepositis. Albiero de Vrbe et Mathia
de Mels Canonicis Aquilegensibus. Magistro Nicolao
de Lupico domini pape Scriptore. Alberto plebano
de Bozano et Gabriele de Prata et dominis Henrico de
Villalta, Conone de Morutio. Iohanne de Cucania.
Asquino de Varmo. Waltero Bertoldo et Matheo
de Riua rotta Testibus et aliis multis. Venerabilis
pater dominus Gregorius dei gratia sancte Aquilegensis
Sedis patriarcha ex parte una. et dominus Meinar,
dus comes Goritie ex altera, qui non erant concordes spon,
te ad talem concordiam deuenerunt quod dictus dominus
Meinardus comes Goritie per se suosque Successores,
precise et absolute resignauit refutauit et dedit in ma,
nus domini Gregorii patriarche Aquilegensis omnes
pignorationes ubicunque fuerint, quas bone memorie
dominus Meinardus comes Goritie pater suus habuit
a bone memorie domino Bertoldo Patriarcha Aquilegen,
si et a domino Gregorio Patriarcha et ab ecclesia Aqui,
legensi pro quatuor milibus Marcharum Aquilegen

sis monete promittens eidem domino Patriarche quod instrumenta siqua habet uel litteras super pignorationibus ipsis factis titulo infeudationis uel alio quocumque modo, in manus ipsius domini G. Patriarche resignabit et dabit. et si aliquo tempore inueniantur, sint cassa et uana. Item dictus dominus comes Goritie precise ac absolute per se suosque successores et heredes refutauit et dedit in manus dicti domini G. Patriarche Aquilegensis omne ius et actionem realem et personalem si qua uel si quod habet uel uisus est habere in castro et loco Montis falconis et si ipse dominus comes, uel sui in contrata Montis falconis ius aliquod habent dictus dominus G. Patriarcha libere ac absolute illud dimittet eisdem. Item dictus dominus Comes sponte et sua bona uoluntate concessit dicto domino G. Patriarche Aquilegensis, ut ipse dominus Patriarcha in uita sua castrum Cormonis pro sue uoluntatis beneplacito faciat custodiri. Ita tamen quod post decessum ipsius domini patriarche dicto domino Comiti et heredibus ipsius nullum preiudicium debeat generari. Saluo tamen quod si dictus dominus Comes uel sui ius aliquod habent in Contrata ipsius castri, illud cum integritate percipere debeant et habere et tunc memoratus dominus patriarcha promisit dicto domino Comiti quod dabit sibi litteras suas patentes suo sigillo munitas quod pro eo quod idem dominus patriarcha predictum castrum Cormonis custodiri facit in uita sua nullum dicto Comiti et suis heredibus possit ex hoc preiudicium generari. Item supradictus dominus. G. patriarcha inuestiuit manu propria dictum dominum. Meinardum Comitem Goricie de omnibus feudis que pater suus et antecessores

eius habuerunt ab ecclesia Aquilegensi recepto ab eodem comite fidelitatis debito iuramento prout in talibus recipi consuevit. Feudum quoque bone memorie Comitis Tyrolensis supradictus dominus .G. Patriarcha tenuit in se, nec investivit Comitem eundem de feudo ipso quia patrem suum de eodem feudo ut dicebat idem dominus .G. Patriarcha noluit investire Et si forte idem dominus Patriarcha concordare poterit cum eodem Comite de feodo ipso sive per concambium, sive aliter Ita quod feudum ipsum absolute remaneat ecclesie Aquilegensis bene quidem sin autem ipse dominus patriarcha de feudo ipso eidem Comiti teneatur facere quod postulat ordo iuris. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem de voluntate utriusque partis super compositione huiusmodi confecta fuerunt duo similia publica Instrumenta predictorum domini .G. patriarche et domini .M. Comitis Goritie sigillorum munimine roborata ;-- -- -- --

Ego Iohannes de Lupico sacri Imperii publicus Notarius hijs omnibus presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo;-

1261 August. 17 e 1262 Feb. 2. Nel castello Formiano.

Patti per il pagamento di lire 3000 donate dal Patr. d'Aquileja alla Contessa Alaide di Gorizia per la compera del castello di Belgrado di Lucinico e di Budiz.

Exemplum ex autentico relevatum

(S.N.) Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo (S.N.) Indictione quarta die mercurij xv exeunte Augusto in castro formiani in domo domini Hiltebrandi et fratrum de formiano presente domino Egnone dei gracia episcopo Tridentino domino Vlrico Curiensi canonico Tri, dentino domino Vigilio capellano dominis Vlrico de Weriberch. Ottone phaso, Tristamo, Hiltebrando di, cto de formiano, Wilielmo de lichtenstayn. Ancio de Mayenberch; domino Olberone scriba domini Epi, scopi et aliorum testium. Vbique dominus Galvanus de Oporpio plebanus de Verzenis et ut capellanus nunci, us et procurator venerabilis viri domini Gregorii dei gracia sancte Acquilegensis sedis patriarche et procu, ratorio nomine pro eo et acquilegensi ecclesie securita, tem fecit et per stipulationem promisit in manibus il, lustris domine Alhaidis Comitisse Goricie et Tyrol da, re et solvere eidem domine Comitisse vel eius certo nun, cio tres mille lib. denar. Veronens. parvulorum aut de tali moneta que currit per civitatem Tridentinam et eandem solucionem facere in Civitate predicta per istos terminos videlicet duo mille lib. in die festi sancti Michahelis proximi venturi. et Mille lib. deinde in pro, ximo festo sancte Marie purificacionis nominatim pro data et vendicione sibi nuncio et procuratori pro ipso domino patriarcha recipienti facta de Castro belgradi lucinico et Budiz prout continetur in carta vendicionis

facta manu mei notarii licet quod in ea data et vendicione
contineatur quod ipsa domina Comitissa se solutam fore
vocavit de ipso debito sicut in ipso instrumento vendicionis
continetur quod quidem sub spe future numeracionis fe-
cit nec pro aliqua solucionis peccunie pacto et convento
inter eos habito quod si dicte due Mille libre non fuerint
solute in termino ut dictum est quod ipsa vendicio sit cassa
et vana et nullius valoris. Similiter si ille duo mille
libre date et solute fuerint ut dictum est et ille mille libre
non fuerint solute in dicto festo sancte Marie purifica-
tionis simili modo dicta vendicio sit cassa et vana et nul-
lius valoris et libere ille duo mille libre remaneant in
ipsam Comitissam sine aliquo impedimento ipsius domini
Patriarche vel contradictione et de ipsis denariis donacio-
nem hanc nomine donacionis inter vivos que ulterius
revocari non possit propter aliquam ingratitudinem vel
aliqua alia occasione. Unde pro ita attendendo et solven-
do idem dominus Galvanus ut nuncius et procurator
ipsius domini Patriarche et procuratorio nomine pro eo
iure et nomine pignoris obligavit eidem domine Comitisse
omnia bona ipsius domini Patriarche et ecclesie Aqui-
legensis tam mobilia quam inmobilia et per eam se pos-
sidere manifestavit non probando aliquam solucionem
de dicto debito de toto nec de parte nisi per istam car-
tam ei domino patriarche vel dicto eius procuratori
pro eo recipienti redditam aut per aliam factam manu
bene crediti notarii in concordio partium, promisit idem
dominus Galvanus ut nuncius et procurator dicti
domini patriarche et procuratorio nomine pro eo et
ipsa ecclesia Aquilegensi quod contra predicta omnia
non impetrabit nec impetrari faciet a domino papa

dinali legato uel quacumque alia persona aliquod re
scriptum seu privilegium contra predicta que noceant uel
nocere debeant ipsi domine comitisse et prodesse ipsi domi,
no patriarche et eius ecclesie quod quidem si fecerit sint
cassa et vana et nullius momenti atque ualoris. Su.
per quibus omnibus idem dominus Galvanus ut nuncei,
us et procurator dicti domini patriarche renunciavit
moribus supradictis fori privilegio ecclesiastico et omni,
bus excepcionibus legum et decretalium et hoc ius correp.
tum et si diligenti et omnibus exceptionibus et defensioni,
bus pro quibus potest se tueri.

Ego Arnoldus notarius domini Friderici Romanorum
imperatoris interfui et Rogatus subscripsi.;

Ego Conradus imperialis aule notarius exemplum
huius autentici vidi et legi et sicut in illo continebatur
ita et in isto scripsi exemplari nichil addens uel diminu,
ens quod sensum uel sententiam mutet et hoc bona fi,
de sine fraude feci et meum signum imposui atque
me subscripsi.;.;.))

il atto del 1262 Feb. 2[illegible] correlativo al primo e scritto in un foglio per se, [illegible] seguente

1262 Feb. 2 Trento.

Protesta de' nunci dalla Contessa Alaide di Gorizia per la rata non esborsata dal Patriarca d'Aquileja per la compera del castello di Belgrado, Lucinico e Budiz.

SN. Exemplum ex autentico relevatum.

Anno domini Millesimo CC. LX (SN.) secundo Indicti-
one V. die Jouis secundo Intrante Februario In Tridento an-
te domum habitacionis domini Tomasii iudicis presentibus
concio notario de bolgano bertoldo notario de bolgano henrico
Inbandegati nicolao de strofonina adelpreto delgoe testibus
et aliis. Ibique Coram domino tomasio fiemiano iudice et
assessore domini. E. episcopi tridentino bertolonus filius con-
dam domini dietmarij salerii et bertoldus filius condam ber-
nardi geruchi ut nuntii et procuratores domine Alhaydis illu-
stris comitisse Goricie et Tyrol et procuratorio nomine pro ea
allegauerunt proposuerunt atque dixerunt quod parati erant
recipere plenam solucionem a uenerabile uiro domino Grego-
rio aquilegensis sedis patriarcha aut ab eius nuncio seu nun-
ciis de Mille libris denariorum paruulorum de quibus ipsa
domina comitissa debebat recipere solucionem in festo puri-
ficacionis sancte Marie ab ipso domino patriarcha uel eius
nuncio pro eo pro vendicione sibi et eius nuncio pro eo facta
de belgra, luzincho et Budiz pro tribus milibus libris prout
continetur in carta scripta manu Arnoldi notarii, ut ibi pro
ipsis procuratoribus dicebatur et de centum et X. libris dena-
riorum paruulorum de residuo duarum milia librarum solu-
tarum pro termino festi sancti michahelis si ipse dominus
patriarcha uel aliquis eius nuncius pro eo ibi esset cum
ipsis denariis a quo eandem solutionem recipere valeant.
In presenti cum solucio predicta denariorum fieri debeat
ipsi domine comitisse aut eius certo nuncio siue nunciis
pro ea in ciuitate Tridenti Coram domino episcopo predicto
dicentes et proponentes ipsi procuratori pro domina comitissa

ipsa

sa ex quo dicta solucio non fit prout debebat quod ipsa domina comitissa possit et valeat habere regressum contra bona prout in carta securitatis scripta manu arnoldi notarii continetur ut ibi dicebatur.

Item eodem die in dicta ciuitate Tridentina ante domum condam roselerii presentibus predictis testibus. ibique coram domino Olsquino capitaneo tridentino per dominum Egenonem episcopum Tridentinum Bertoldus filius condam domini dicti marii saleris et bertoldus condam domini bernardi zgewerchi ut nuncii et procuratores domine Alhaydis illustris comitisse Goricie et Tirol et procuratorio nomine pro ea allegauerunt proposuerunt atque dixerunt quod parati erant recipere plenam solucionem a venerabile uiro domino Gregorio aquilegensis sedis patriarcha aut ab eius nuncio seu nunciis de Mille libris denariorum paruulorum de quibus ipsa domina comitissa debebat recipere plenam solucionem in festo sancte Marie purificationis ab ipso domino patriarcha uel eius nuncio dante pro eo pro vendicione sibi et eius nuncio pro eo facta de belgra lugin... et Budrę pro tribus millibus lib. prout continetur in carta scripta manu arnoldi notarii ut ibi dicebant et de Centum et X. libris denariorum paruulorum de residuo dictarum Millium librarum solutarum pro termino festi sancti Michahelis si dominus patriarcha uel aliquis eius nuncius pro eo ibi esset cum ipsis denariis a quo eandem solucionem recipere valeant in presenti cum solucio predictorum denariorum fieri debeat ipsi domine comitisse aut eius certo nuncio siue nunciis pro ea in ciuitate Tridentina coram domino episcopo predicto dicentes et proponentes predicti procuratores pro ipsa domina comitissa ex quo dicta solucio non fit prout debebat quod ipsa domina comitissa possit et valeat habere regressum contra dicta bona prout in carta securitatis

scripta manu Arnoldi notarii continetur ut ibi dicebant.

Item eodem die et presentibus dictis testibus predictus Bertoldus condam Dietemari salerij et bertoldus bernardi procuratores dicte domine Alhaidis et procuratorio nomine pro ea dixerunt et proposuerunt jn domo montarij de domina vicia de tridento presente ipso montanario et eius uxore in qua domus nuncij ~~[illegible]~~ supraescripti* domini patriarche sunt consueti hospitare illud idem secundum superius totum et per totum continetur.

Item eodem anno Indicta ciuitate tridentina presentibus Concio vilani notario, nicolao strofarine, federico opisadro testibus et aliis ybique in pallacio episcopatus tridentini Coram domino Egenone dei gracia venerabili episcopo Tridentino veniens bertoldus condam domini dietemarij salerij ut nuncius et procurator domine Alhaidis illustris comitisse Goricie et tyrol et procuratorio nomine pro ea allegando et proponendo atque dicendo quod paratus erat recipere plenam solucionem a venerabile viro domino Gregorio aquilegensis sedis patriarcha aut ab eius nuncio siue nunciis de Mille libris veronensium paruulorum de quibus ipsa comitissa debebat recipere plenam solucionem Jn festo sancte Marie purificationis ab ipso domino patriarcha uel eius nuncio dante pro eo pro vendicione sibi et eius nuncio pro eo facta de Belgra lucincho et Budrç pro tribus mille libris, ut in carta scripta manu Arnoldi continetur et de Centum et x libris denariorum paruulorum de residuorum milia librarum paruulorum solutarum pro termino festi sancti Michahelis si ipse dominus patriarcha uel aliquis eius nuncius pro eo ibi esset cum ipsis denariis a quo eandem solucionem recipere valeat jnpresenti cum solucio predictorum denariorum fieri debeat ipsi domine comitisse aut eius certo

* ſtri istius?

nuncio pro ea in ciuitate tridentina Coram predicto domino
episcopo dicendo et allegrando et proponendo idem procurator pro
ipsa domina comitissa quod ex quo dicta solucio non fit pro
ut debebat quod ipsa domina comitissa possit et valeat habere
regressum contra dicta bona prout in carta facta securitatis
continetur et scripta manu Arnoldi notarii continetur ut
ibi dicebatur

Ego Adelpertus sacri palatii notarius interfui Ro
gatus scripsi

Ego Conradus imperialis aule notarius exemplum
huius autentici vidi et legi et sicut in illo continebatur
ita et in isto scripsi exemplari nichil addens vel dimin
ens quod sensum vel senteneiam mutet nisiforte litteram
sillabam punctum corrosum vel abrasum et hoc feci
bona fide sine fraude meumque signum imposui atque
atque me subscripsi.

1264, März 20. Pinguente.

Pega tra Gregorio Patriarca d'Aquileja e Mainardo ed Alberto Conti di Gorizia.

In Christi nomine Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo CC LX° iiij^to vij Indictionis apud Pigoventum in domo domini Patriarche Aquilegensis die xii Exeunte mensis Martii Presentibus domino Alberto dei gracia Episcopo Concordiensi domini G. dei gracia Aquilegensis patriarche vicedomino, Berengero preposito sancti Odalrici Nicolao dalfino archidiacono polensi et dominis Meinhardo de Prata Asevino de Guarmo Philippo de Cosilach, Matheo de Rinarota heinrico de Praberch, Chunone et Biacuino fratribus de Mumelano, heinrico de Petra pilosa et dominis Olrico de Rifenberch, Philippo de Ratspurch, Heinrico de Pisino Ottone et Dittrico de Schönenberch Goluingo de Prosecke heinrico de Lapide, testibus et aliis multis. Procurante humani generis inimico qui per discordie seminarium delere nititur bonum pacis inter venerabilem patrem dominum G. dei gracia Sancte sedis Aquilegensis patriarcham, ex parte una et Nobiles uiros dominos Meinhardum et Albertum fratres Comites Goricie et Tirolis ex altera, olim grauia gwerrarum discrimina sunt exorta. Sed faciente illo qui ad concordiam reuocat discordantes talis inter eos concordia interuenit. In primis quod Castrum de Lintomgo statim ex toto destrui debeat, ita nec per dominum Patriarcham aut successores eius neque per dictos dominos Comites aut eorum successores et heredes umquam amplius reedificetur. Item super facto possessionum Mosse que obligate fuerant bone memorie domino M. comiti Goricie patri supradictorum dominorum M. et Al. fratrum Comitum Goricie predictus dominus Patriarcha mittere debeat nuncios suos ad dominum ducem Karinthie quod possessiones predictas

expediat ut tenetur, quas si dictus dominus dux non expedierit prefatus dominus patriarcha et domini Comites conueniant in unum in Curia ipsius domini patriarche coram liberis et ministerialibus eiusdem domini Patriarche et quicquid ibidem iudicatum fuerit per ipsius curiam ita fiat Item factum Cormons in eo statu permaneat sicut nunc est et quod in loco ipso de Cormons Castrum edificare non debeat in uita istius domini patriarche, nisi de ipsius consensu processerit ac eciam uoluntate, saluo tamen iure dominorum Comitum predictorum quod se habere dicunt in loco eodem. Item quod dictus dominus Patriarcha statim facta sibi securitate sufficienti per dominos Comites de peccunia quam ipse dominus Patriarcha dedit Comitisse Goricie matri Comitum eorundem pro Castro Belgradi restituat dictum Castrum Comitibus ipsis ita tamen quod idem comites soluant eidem domino Patriarche medietatem ipsius peccunie in festo beati Andree proximo venturo et reliquam medietatem in festo Resurreccionis dominice sequenti post festum predictum beati Andree. Item quod dictus dominus patriarcha restituat et restitui faciat incontinenti portum Latisane dominis Comitibus Goricie sepedictis. Item sepefati dominus Patriarcha et comes . M. pro se et fratre de Gerihto de Bonohis sic fuere concordes quod debeat accipi inter eos comites amici qui Gerihtum predictum in se teneant donec siue amicabiliter, siue racionabiliter difiniant inter eos. Item domini Comites, ius quod habere se dicunt in Glemona dimittunt domino Patriarche in eo statu in quo nunc est usque ad uitam eiusdem domini patriarche saluo si idem dominus patriarcha eis graciam aliquam facere uellet, uel dare ipsis concambium in alio loco Item quod dominus patriarcha teneatur adiuuare p

dictos dominos Comites in eorum factis propriis contra omnes excepto contra Dominum Papam et Imperatorem et Dominos Regem Ungarie et Boemie et Comitem [civitatem] Padue ducem Karinthie Episcopum Tridentinum et Episcopum Feltrensem et dominum Biacinum et alios dominos de Camino et dominos Heinricum de Scharfenberch et Cholonem de Levenburch. Item quod dicti domini Comites debeant adiuuare predictum dominum Patriarcham in factis eius propriis et ecclesie Aquilegensis contra omnes præter quam contra Imperatorem dominos reges Ungarie et Boemie Chonradum filium quondam Regis Chonradi ~~[illegible]~~, ducem Karinthie Comitem [civitatem] Veronensem dominum Fridericum Comitem de Ortenburch et dominum Fridericum Comitem de Cocglia et fratres. Item quod dominus Montfloritus et fratres de Pola et Comes Polensis et omnes alii adiutores tam domini patriarche quam predictorum dominorum Comitum sunt in pace ista, qui fuerunt in gwerra huiusmodi habita nunc inter dominum patriarcham et Comites eosdem. Et quod omnes iniurie et dampna da*) omnia et illata de una parte ad aliam sint tamquam omnino remissa. Item quod omnes Captiui statim dimittantur libere ac precise. Et si aliqui ex captiuis ipsis securitatem aliquam facerent de soluendo aliquam pecunie quantitatem aut aliud ad faciendam huiusmodi solutionem minime teneantur. Sed si aliquid soluerint non retractetur. Item de obligatione Montis falconis et mercati eiusdem ac aliarum uillarum quas bone memorie dominus M. Comes Goritie pater dominorum Comitum habuerat ab ecclesia Aquilegensi in pignore, quam dominus M. Comes filius eius refutauit in manus ipsius domini Patriarche sicut apparet per publicum Instrumentum, sic fuere concordes quod eadem refutatio firma permaneat atque rata, et quod.

*) Solutum

ipse dominus Comes M. faciet et procurabit sine mora quod dominus Al. Comes frater eius similiter refutabit in manus domini patriarche et habebit ratam et firmam refutationem eandem. Item quod utrumque Castrum de Canali Isontii, tam domini patriarche quam dominorum Comitum statim diruatur et destruatur. Item dictus dominus patriarcha investivit predictum dominum M. Comitem Goritie recipientem pro se et domino Al. Comite fratre suo de omnibus feudis quondam Comitis Tirolensis que bone memorie dominus M. Comes pater ipsorum Comitum habuit in sua tenuta usque ad obitum suum. Salvis tamen vasallatieis, de quibus dominus patriarcha dabit dictis Comitibus terminum in curia sua et eis secundum laudum sue curie faciet rationem*) Et de omnibus feudis etiam que dictus quondam dominus M. comes habuit ab ecclesia Aquilegensi, que ipse habuit in sua tenuta usque ad finem vite sue dictum dominum M. Comitem recipientem pro se et fratre suo manu propria etiam investivit Excepto de Glemona sicut superius est expressum. Et dimisit eisdem Comitibus omnia iura et bona eorum recepto ab eodem Comite fidelitatis debite iuramento quod in talibus recipi consuevit. Item tale pactum habitum est inter dictum dominum Patriarcham et dominum Comitem M. pro se et domino Al. Comite fratre suo, quod si idem dominus patriarcha non adiuverit dictos Comites bona fide sine fraude et hec omnia non attenderit que superius sunt expressa, teneatur et debeat dictis Comitibus dare tantum in redditibus in contrata de Cirbnitz quantum sunt redditus de Glemona et quod capitulum aquilegense suum ad hoc prestabit assensum, idem dominus patriarcha dabit operam bona fide Et si domini Comites non

*) idem

adiuuerint dictum dominum Patriarcham bona fide sine fraude careant omni iure quod in Glemona dicunt se habere et non obseruauerint omnia supradicta. Item dictus dominus Patriarcha pro se et Aquilegensi ecclesia et dominus M. Comes pro se et Domino Al. Comite fratre suo expresserunt, ciauerunt sententie uel sententiis latis uel laturis per dominum O. Illustrem Regem Boemie ac venerabiles patres dominos pragensem et Olomucensem episcopos de quibus compromiserunt in eos Item quod omnes pene obligaciones et pacta facta inter ipsum dominum patriarcham et dominos. M. et. Al. Comites Goritie usque ad presentem diem cum cartis aut sine cartis sint cassa et uana preter ea que superius sunt expressa. Item quod si aliquis ex liberis seu ministerialibus dicti domini patriarche ammitterent graciam ipsius domini patriarche, liceat dominis Comitibus eos conducere ad graciam eiusdem domini Patriarche si Comites iidem potterunt et si non potterint quod teneantur adimare dominum patriarcham. Et si aliqui qui sunt predictorum Comitum amitterent graciam ipsorum Comitum dictus dominus Patriarcha teneatur facere illud idem. Item quod predicti domini Comites habeant Gelait sicut habuit quondam pater eorum et homines eorum et suorum transeant sine muta sicut tempore patris ipsorum fieri consueuit et in priuilegiis utrorumque dicitur contineri. Item quod dictus dominus comes. M. pro se et domino. Al. Comite fratre suo precise et absolute dimisit eidem domino patriarche et suis omnia iura eorum et ecclesie Aquilegensis Et predictis^us^ dominis^us^ patriarche^cha^ remisit precise et absolute eidem Domino. M. Comiti pro se et fratre suo omnia iura eorum et suorum saluiis omnibus que su.

+ Correzioni ovvie a farsi

prius sunt expressa Item promisit sepefatus dominus M.
comes eidem domino patriarche supradicta omnia que leguntur
superius pro se et domino Comite. Al. fratre suo rata et fir-
ma habere et tenere et non contra uenire aliquo umquam
tempore ratione aliqua siue causa et quod faciet quod idem
Comes. Al. predicta omnia habebit rata et firma. ad que om-
nia et singula attendenda et obseruanda dictus dominus. M.
comes pro se et dicto fratre suo sub obligatione bonorum su-
orum sub pena [duorum] milium marcarum aquilegensis
monete se dicto domino patriarche solempniter obligauit
si contra predicta uel aliquid predictorum ipse et frater
eius aliquatenus facerent uel uenirent. Et etiam sepefatus
dominus patriarcha ad predicta omnia obseruanda et atten-
denda dicto domino. M. comiti et fratri suo prefato sub pena
aliorum duorum milium marcarum sub obligatione bono-
rum ecclesie Aquilegensis se solempniter obligauit si contra
[predicta uel] aliquid predictorum faceret aliquatenus uel ue-
niret Denique predictis ab utraque parte solutis uel non
predicta omnia et quodlibet predictorum in sua nichilominus
permaneant [firmitate. In] cuius rei euidentiam et
stabilem firmitatem dictus dominus Patriarcha et memo-
ratus dominus. M. Comes Instrumentum presens fece-
runt Sigillorum suorum pendentium munimine robo-
rari ... et singula.***

SN. Ego fridericus de Elenstain Imperialis aule
notarius hiis presens interfui et presens Instrumentum
in publicam formam redegi.

***) in originali

1264 5 Luglio Orvieto. Papa Urbano IV ordina al Vescovo di Padova di decidere la lite per la giurisdizione della pieve di Farra tra il Capitolo di Aquileja e Mainardo Conte di Gorizia.

1264. Luglio 5.

Urbanus episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Paduano salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum .. decani et capituli Aquilegensis recepimus questionem, quod nobiles viri Meynardus et Alpertus comites Goricie Aquilegensis diocesis super temporali iurisdictione villarum et plebanatus de Farra certis possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam et apelacione remota debito fine decidas faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appelacione cessante compellas veritati testimonium perhibere, proviso ne in terram predictorum comitum et in universitatem Goricie excomunicacionis vel interdicti sentenciam proferas nisi a nobis super hoc mandatum receperis speciale. Datum apud Urbeveterem III nonas iulii, pontificatus nostri anno tercio

Copia del secolo decimo quarto, in carta.

1265 Iuni 5. Cormons

Compromesso del Patriarca d'Aquileja e de' Conti di Gorizia nelle loro differenze.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem M CC LXV Indictione viij die 6 intrante Iunio apud villam de Cormo, no iuxta forum presentibus dominis Meynardo de Pratta Artuico de porcillis. Artuico de Castello, Asquino de Var, mo Wolrico de Rifemberch Detalmo de Villalta friderico de Pingano, Ropretto de Budrio Suarcutto de Toppo Cast, manno filio domini Phylippi de Wasenstayn. Iacobo et Lupoldo de Ragonia Friderico de Cauriaco Conrado de Oso, pio, Meynardo de Flagonia. Andrea filio domini Osalci de Peuma, Oluino loci eiusdem, Hayncilino filio quondam domini Henrici de Iplis et aliis multis. Super omnibus questionibus dampnis ofensis et iniuriis datis et illatis inter venerabilem patrem dominum Gregorium dei gra, cia sancte sedis. Aquilegensis Pathriarcam et suos ex parte una et dominos Meynardum et Albertum Comites Goricie et suos ex altera a tempore pacis facte inter ipsos dominos Pathriarcam et Comites apud Pivventum usque ad presentem diem Dominus Albertus Concordien, sis Episcopus vicedominus eiusdem domini Pathriarce nomine ac voce ipsius domini Pathriarce et ipse dominus Meynardus Comes pro se et fratre suo predicto comite Al, berto Concorditer et sponte ac communiter compromiserunt in dominos Cononem de Murucio et Iohannem de Cu, cania tamquam in arbitros arbitratores et diffinitores quod teneantur et possint inquirere et audire diligenter omnes questiones ofensas iniurias et dampna data ab u, traque parte a dicto tempore pacis usque ad presentem diem Et super ipsis questionibus ofensis iniuriis et dampnis sen,

tenciare Arbitrari et diffinire usque ad festum beati Martini proximo venturum semel et pluries sicut eis iustum uidebitur bona fide partibus presentibus uel absentibus dummodo Citatis diebus feriatis et non feriatis quandocumque et ubicumque uoluerint. Ita tamen quod in similibus et equalibus articulis sentencia que pro una dictarum parcium lata fuerit pro parte alia eadem et similis feratur. In dissimilibus autem articulis possint arbitrari et diffinire prout uidebitur arbitris iustum secundum qualitatem et quantitatem dampnorum iniuriarum et offensarum. Ita quidem quod arbitri arbitratores et diffinitores predicti lata prius sentencia super predictis pro domino Pathriarca et suis teneantur et debeant postmodum eodem die uel eodem tempore statim post si eo die fieri non possit senteneiam pro comitibus predictis et suis ferre. Alioquin sentencia lata pro domino Pathriarca nullius firmitatis existat. Promittentes dicti domini Albertus vicedominus nomine ac vice predicti domini Pathriarce et dominus Meinardus Comes Goricie per se et fratre suo predicto sentencias quas dicti arbitri arbitratores tulerint ratas et firmas habere atque tenere et non contrauenire sub pena Mille Marcarum Aquilegensis monete et pena soluta uel non Arbitrium et sentencia lata per arbitros in omnibus et singulis capitulis nichilominus habeant et teneant plenum Robur. Pro quibus omnibus et singulis predictis attendendis et firmiter obseruandis idem dominus Meynardus comes pro se et nomine ac vice fratris sui dedit wadiam in manus predicti domini Alberti vicedomini recipientis nomine ac vice predicti domini pathriarce Cuius wadie pro domino comite fideiussores extiterunt domini Artuicus de porcillis, Artuicus de Castello Detalmus de Villalta, Co

de Murutio[+], Johannes de Cucania Asquinus de Varmo Ropretlus de Budrio Fridericus de Pingano Suarguttus de toppo Castmannus de Wasenstayn Wolricus de Rixfenberch Wolkerus de Glasperch Suargmannus Henricus de Pisino, Hugo de Duino, Meynardus de Cerow Winterus de Guotenech et Wolricus de Ragonia. Et predictus dominus Albertus vicedominus nomine ac vice predicti domini Pathriarce dedit Wadiam in manus predicti domini Comitis recipientis pro se et dicto fratre suo Cuius Wadie pro domino Patriarcha fideiussores extiterunt domini Meynardus de Prata, Artuicus de Porcillis Artuicus de Castello, Detalmas de Villalta, Cono de Murutio[+], Johannes de Cucania. Asquinus de Varmo, Fridericus de Pingano Ropretlus de Budrio Suarguttus de Toppo Castmannus et Johannes filius quondam Phylippi de Ciuitate. Super omnibus questionibus iniuriis dampnis et ofensis predictis supradicti domini Cono de Murutio[+], Johannes de Cucania, Arbitri. Arbitratores et diffinitores. Jurauerunt ad sancta dei evangelia usque ad supradictum festum sancti Martini proxime venturum arbitrari senteneiare ac diffinire bona fide et sine fraude Promisit quoque predictus dominus Albertus vicedominus facere et operari quod dominus Pathriarca predictus presens compromissum et omnia et singula supradicta confirmabit et habebit rata et firma sub eadem pena Mille Marcarum. Et dominus Meynardus comes predictus promisit facere quod dominus Albertus frater eius similiter compromissum presens et omnia et singula supradicta confirmabit et ea habebit rata et firma sub eadem pena Saluo in omnibus priuilegio pacis et concordie facto apud Pevventum inter ipsos dominos Pathriarcam et Comites. ad huius autem rei maiorem euidenciam maio.

remque firmitatem predicti dominus G. Patriarca et M. comes Goricie instrumentum presens iusserunt sigillo proprio communiri

S.N. Ego Petrus imperiali auctoritate notarius predictis interfui de mandato partium duo instrumenta unius tenoris scripsi.

1266 Feb. 14. Cividale

Confederazione tra il Patriarca d'Aquileja ed i Conti di Gorizia.

In nomine Christi amen Anno a Nativitate eius Millesimo ducentesimo Sexagesimo sexto None Indictionis. Apud Civitatem in Palatio Patriarchali die Quartodecimo Intrante februario presentibus dominis Alberto Episcopo Concordiensi domini G. Patriarche Aquilegensis vice, domino Adelgero Episcopo Feltrense Wezelone Abbate Belfinense, Johanne Archidiacono Aquilegensé Berengero preposito Sancti Wolrici Magistro Nicolao de Lupico dicti domini patriarche Cancellario Gerardo de Camino Johanne de Cucania, Heinrico de Mels, Asquino de Varmo Walthero-bertholdo de Spengenberch. Et dominis Stephano de Castro novo, Heinrico et Jacobo, fratribus Woluclone et Lupoldo de Ragonia, Lupoldo de Eberstein et Henrico de Pisino Testibus et aliis multis. Tale est pactum concorditer habitum inter venerabilem patrem dominum G. dei gracia Sancte Aquilegensis Sedis patriarcham ex parte una et nobilem virum dominum Albertum Comitem Goritie pro se et nobili viro domino Maynhardo Comite fratre suo ex altera videlicet quod ipse dominus patriarcha debet iuvare dictos dominos Albertum et Maynhardum Comites et astare eis contra quamlibet personam exceptis omnibus illis cum quibus ipsi dominus patriarcha et Comites confoederati sunt vinculo unionis prout continetur in Instrumento concordie facto inter ipsos dominum Patriarcham et Comites apud Pinguentum Que quidem concordia seu pax secundum quod continetur in dicto Instrumento in omnibus et per

omnia non obstante pacto presenti omni tempore in-
uiolabilem obtineant firmitatem Et eisdem modo et forma
dicti Comites debent iuuare dictum dominum patriar-
cham et astare sibi contra quamlibet personam in euen-
ta ipsius domini patriarche Item si predictus dominus
patriarcha* agrederetur uel agredi faceret homines de
Montona uel alios de guerra postquam idem dominus
patriarcha difidauerit eos uel difidari fecerit si ipsi
caperentur aut uincerentur per uim aut compulsi
redirent ad mandatum eiusdem domini patriarche, bo-
na mobilia dictorum rebellium equanimiter diuidi de-
beant inter ipsum dominum patriarcham et Comites
memoratos Loco Montone cum omni et toto eo quod
eum infra Cornarium in ipsius domini Patriarche domi-
nio libere remanente. Saluis proprietate et feudis pre-
dictorum Comitum si qua habent infra Cornarium su-
pradictum. Si uero aliqui de Montona haberent
aliquas uillas seu alia bona in feudum uille ac
bona ipsa redire debeant ad dominos feudi. Si autem
aliqui dictorum rebellium exiztentium in prouintia Y-
strie liberi fuerint et proprium habuerint proprietas
ipsa equanimiter diuidi debeat inter dictum dominum
patriarcham et Comites nominatos Et equidem modo
et forma teneantur et debeant facere dicti Comites pre-
fato domino patriarche in omnibus et per omnia agre-
derentur uel agredi facerent aliquos de suis de guerra
in Ystria hoc tamen expresso quod dictus dominus
Patriarcha non possit concordare nec facere pacem
cum illis quos agredietur uel agredi faciet de guerra
nisi dicti comites comprehendantur in pace et con-
dicta huiusmodi eisdem Comitibus uel eorum altero re-
quisitis Et econuerso dicti Comites teneantur et debe-

* ca
pa

facere illud idem prefato domino patriarche Domini au
tem ad quos feuda prefata redierint ordinent et faciant de ipsis ad
sue arbitrio uoluntatis. Item si aliquis ex illis dicti domi,
ni patriarche offenderet aut dampnum uel iniurias fa,
ceret Comitibus supradictis ipsi Comites reclamare debe
ant de ipsis offensoribus ipsi domino patriarche et ipse do,
minus Patriarcha teneatur et debeat dictis Comitibus
de dictis liberis uel Ministerialibus suis facere racionem
Quod si forzan dicti Ministeriales uel liberi coram dicto
domino Patriarcha dictis Comitibus noluerint facere ra,
cionem, dictus Patriarcha teneatur et debeat astare ipsis
Comitibus contra illos Et econuerso supradicti Comites
in omnibus et per omnia de suis ipsi domino Patriarche
teneantur facere illud idem. Contractu predicte pacis et
concordie facte apud Pingventum inter dictos dominum
Patriarcham et Comites in sua firmitate nichilominus
in omnibus et per omnia perdurante Pro quibus omni
bus attendendis et obseruandis in omni causa dictus
dominus patriarcha obligauit et dedit Castrum de A,
rensperch in custodia Biacuini de Mimilano Ministeri,
alis Ecclesie Aquilegensis recipientis pro se et domino
Conone fratre suo. Et dictus dominus Comes Albertus
pro se dicto domino. M. fratre suo obligauit et dedit
Castrum Belgradi et dolonum ac locum Portus Latisa,
ni in manus eiusdem Biacuini de Mimilano recipien,
tis etiam pro se et dicto domino Conone fratre suo cu,
stodienda tantum ex nunc ad Pasca proximum et deinde
ad tres annos completos. Si qua uero parcium ueniret
contra predicta uel aliquod predictorum Castrum
predictum domini patriarche et dictum Castrum Bel,
gradi ac locus et dolonum portus Latisani cedant par,
ti pactum seruanti. Et supradictus. B. de Mimilano

iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia pro se et
dicto fratre suo dare et consignare absolute ac libere Ca-
strum ac Solisnum et locum predicta in manus partis
pactum supradictum servantis Salvo iure habitato-
rum et locorum et Castrorum predictorum domini Patri-
arche et dominorum Comitum. Ad hec dicti dominus
Patriarcha et dominus Albertus Comes sic concordes
fuerunt. quod Angelus et Detricus habitatores in dicto Ca-
stro Arensperch iuraverunt ad sancta dei evangelia ser-
vare et tenere ipsum Castrum de Arensperch ad volunta-
tem dicti Biacuini et fratris eius exnunc ad pasca pro-
ximum et deinde ad tres annos completos. Ita quod si
dictus dominus Patriarcha frangeret pactum supradic-
tum et veniret contra illud. dicti habitatores teneantur
dare et consignare dictum Castrum de Arensperch dictis
C. et B. fratribus de Mimilano et ipsi sicut supradictum
est teneatur consignare et dare illud Comitibus antedic-
tis Quod si habitatores predicti contra iuramentum presti-
tum venientes dictum Castrum prefatis C. et B. fratri-
bus de Mimilano si dictum dominum Patriarcham pac-
tum predictum violare contingeret consignare nollent
vel ipsi domino Patriarche illud aliquo modo subtraherent
vel forsitan rebellarent, dicti Comites teneantur et de-
beant astare ipsi domino patriarche contra habitatores
predictos vel quemlibet eorum hoc facientem. Si autem
eisdem habitatoribus vel eorum aliquo hoc facientibus
memoratus dominus Patriarcha frangeret pactum su-
pradictum et contra illud veniret sepedicti C. et B.
fratres de Mimilano teneantur et debeant loco dicti
Castri de Arensperch consignare et dare libere ac abso-
lute iam dictis Comitibus vel eorum alteri Castrum de
Schorfenberch quod idem dominus patriarcha eum

dedit in tenutam et custodiam dicti B. de Mimilano re-
cipientis pro se et dicto fratre suo. Et si quod absit alter die-
torum Comitum decederet ille qui superstes fuerit teneatur
et debeat observare predictum pactum ipsi domino Patri-
arche et econverso ipse dominus patriarcha eidem domino
Comiti superstiti. Quod si forsan quod absit, dictus
dominus patriarcha aut Comites predicti decederent. Ca-
strum domini patriarche revertatur libere ad Ecclesiam
Aquilegensem et Castrum Belgradi et dollonum et locus
portus Latisani ad heredes predictorum Comitum libere
revertantur. Promisit insuper dictus dominus. Al. Comes
ipsi domino Patriarche sub pena Mille Marcarum A-
quilegensis monete facere quod dictus dominus M. Comes
frater eius pactum presens de hinc ad festum beati Mi-
chaelis proximum in omnibus et per omnia ratum
habebit et firmum. Et de hoc specialiter fuerunt fide-
iussores sub eadem pena Mille Marcarum domini Ger-
ardus de Camino. Johannes de Cucania, Dietalmus de
Vilalta, Carellus de Flagonia, Vilnelo de Bogotrio
Hugo de dewino Ropretus de Budrio, Jacobus de Regonia
Artwicus de Castello et lodoycus de Vilalta et quilibet
ipsorum pro rata ipsum contingente de predicta pena
Mille Marcarum Quam cito vero predictus dominus Mein-
hardus Comes pactum presens per patentes litteras suas
suo Sigillo pendenti munitas ratum et firmum habu-
erint fideiussores predicti ab hac fideiussione sint peni-
tus absoluti. In cuius rei testimonium et stabilem
firmitatem memorati dominus patriarcha et dominus
Albertus Comes Instrumentum presens fecerunt sigil-
lorum suorum pendentium munimine roborari

S.N. Ego Fridericus de Eberstein Imperiali aucto-
ritate Notarius hiis omnibus presens interfui, et iussu

supradictorum dominorum patriarche et Alberti Com
scripsi in formam publicam reducendo.

1267 (1) L'abate di Moggio presenta i gravami del suo monastero agli arbitri eletti a finire le discordie tra Gregorio patriarca d'Aquileja ed i Conti di Gorizia.

Vobis nobilibus et illustris viris dominis[1].... dei gratia regi Boemie et Volrico dei gracia archiepiscopo Salçburgensi arbitris electis in causis et questionibus que vertiretur[2] seu verti speratur[2] inter venerabilem patrem et dominum G. dei gracia sancte Aquilegensis ecclesie patriarchcam[2] et suos ex parte una et nobilem virum dominum Al(bertum) comitem Goricie et fratrem ac suos ex altera, conqueritur .. abbas monasterii Mosacensis Aquilegensis diocesis, quod dicti comites usarpant sibi ius advocacie in villa de Blaguç quam advocaciam nobili viri condam Hingalberius[1] et Maynardus fratres comites Goricie obligaverunt ecclesie Mosacensi pro quingentis libris Veronensium parvulorum et predictam advocaciam resignaverunt tunc in manus pie memorie domini Wolscheri Aquilegensis patriarche recipienti pro se et ecclesia Aquilegensi, ita quod si predicti comites vel eorum heredes aut aliqui de suis monasterium et ecclesiam Mosacensem vel eciam homines et colonos ipsius ecclesie in dicta villa de Blaguç commorantes cum albergariis angariis exacionibus ac eciam dampnis aliis et moles[tiis qu]acumque modo ingenio vel occasione molestaverint vel gravaverint aut molestare templa[verin]t[3] omnem advocaciam omnino amittere[3] [debeant] et predicti comites Maynardus et Albrettus fratres prefatam villam de Blaguç per albergarias angarias preces collectas et exactiones alias destruxerunt totaliter et desolaverunt. Item usurpant sibi dicti comites ius advocacie in villa sancti Canciani et in bonis et possessionibus dicte ecclesie Mosacensis positis in villis de Petris et Bellani de ultra Ysoncium, que condam permutata fuerunt cum domino patriarcha Aquilegensi, qui pro tempore erat pro quadam villa de Portulis, que posita est in Istria, qui patriarcha memoratam villam sancti Canciani

(1) Dopo l'agosto del detto anno.

de Reifemberch et suos, que extimat abbas predictus ad XXV marcas denariorum Aquilegensium et ultra. Item in capcione et post capcionem domini patriarche acceperunt predicti domini de Reifemberch et sui ecclesie predicte in contrata de Berniça inter vinum et bladum ad valorem XXXIII marcarum denariorum Aquilegensium solummodo de certo censu et decimis, de quibus bonis et proventibus tenetur dicta ecclesia Mosacensis providere duodecim leprosis in Aquilegia annuatim. Super premissis omnibus[5] paratus est[6] dictus abbas ostendere probaciones et iura sua, que sue sufficiant intencioni. Qua propter excelsitudini vestre suplicat dictus abbas sibi de premissis fieri iusticie complementum.

Originale, in pergamena, il sigillo dell'abbate pende ad una striscia di pergamena. Vienna Archivio di Stato Repert. XI.

1) La pergamena è rotta in lunghezza di un cen. 2) sic. 3) La pergamena è rotta in lunghezza di 2 cen. 4) marcarum apposto sopra la linea.
5) omnibus apposto sopra la linea 6) est apposto sopra la linea.

~~Ex bonis et possessionibus dicte ecclesie Mosacensis positis in villis~~
~~de Lebis et Belloni de Ultra Ysoncium~~ cum bonis et possessionibus ante-
dictis dedit predicte ecclesie Mosacensi cum omni iure et dominio, nec ei pro-
fuit, quod prefatus abbas illuc idem ius, quod pater istorum comitum
in dictis bonis se dicebat habere, ab ipso pignori recepit pro certa pecunie
quantitate et promisit dictus comes per se suosque heredes ac homines ipso-
rum predictum abbatem et ecclesiam Mosacensem ac eorum homines et colonos
in bonis et super bonis predictis de cetero non gravare; propter hoc non rema-
nent,[2] quin dicti comites ipsum abbatem et ecclesiam Mosacensem ac eorum
homines et colonos in prefatis bonis gravent per se et suos manifeste. Item
usurpant sibi comites predicti ius advocacie in undecim mansis, quos ha-
bet dictus ~~Albertus~~ abbas et ecclesia Mosacensis in villa de Selcano et in tribus man-
sis in villa de Bicinico in omnibus predictis, collectas exacciones et angarias
ipsi et sui immoderate recipiendo et imponendo iisdem. Quare dampnifi-
cata est ecclesia Mosacensis per dictos comites et suos officiales post-
quam ipsi carceres exiverunt singulis annis omnibus computatis ad va-
lorem septuaginta marcarum[4] et ultra denariorum Aquilegensium, tan-
tummodo de certo censu secundum usum et consuetudinem curie extimando
proventus, exceptis incendiis et rapinis ac dampnis aliis illatis dicto
abbati et ecclesie Mosacensi ac eorum hominibus et colonis per ipsos
comites et officiales ac homines ipsorum, que extimat dictus abbas largo
modo ad nonaginta marcas denariorum Aquilegensium et ultra. Item damp-
nificata est ecclesia Mosacensis in captione et post captionem domini
patriarche per dictos comites et suos in valorem decem marcarum et ultra.

C. Item dominus Volricus et nepotes de Reifemberch usurpant sibi ad-
vocaciam in villis de Genellano, Laducano et in contrata de Bernica[1] prope
Reifemberch, angarias albergarias collectas et exacciones alias immode-
rate recipiendo et imponendo hominibus et colonis dicte ecclesie Mosacen-
sis commorantibus in villis predictis; quare prefate possessiones sunt fere
desolate per ipsos. Unde ecclesia Mosacensis dampnificata est per ipsos
et suos singulis annis postquam dicti comites carceres exiverunt, in vi-
ginti quinque marcis tantummodo de certo censu et decimis, secundum
usum et consuetudinem curie extimando proventus, exceptis rapinis
et aliis dampnis illatis dicte ecclesie et suis per dictos dominos

1271 April 2. Medea

Proroga di compromesso nelle differenze tra la sede d'Aquileja e di Conti di Gorizia.

[In] nomine Christi amen. Anno a Nativitate eius Mil-
lesimo Ducentesimo Septuagesimo primo Indictione XIIII Die
Jovis secundo intrante Aprili presentibus dominis Walto-
pertoldo* de Spinginberch Asquino de Varmo Dietrico de
Sacilo, Henrico de Pisino, Lipoldo de Eberstain testibus
et aliis, Cum domini Asquinus et Capitulum Sancte A-
quilegiensis ecclesie et dominus Philippus dei gracia Illu-
stris dux Carinthie terre Fori Julij Capitaneus generalis
pro se Liberis et ministerialibus Aquilegensis ecclesie
fauctoribus, coadiutoribus et amicis ipsorum ex una
parte et nobiles viri domini Meynardus et albertus
fratres Comites Goricie et Tyrolis pro se Liberis, Mini-
sterialibus fauctoribus coadiutoribus et amicis ipsorum
et specialiter pro Justinopolitanis et domino Federico de
Canoriaco et domino Conone de Mimillano ex altera com-
promisissent in viros nobiles et prudentes dominos As-
quinum predictum decanum Aquilegensem, Berengari-
um prepositum sancti wolrici Henricum de Vilalta, Ga-
brielem de Prata Walto pertoldum* de Spinginberch As-
quinum de Varmo, henricum de Mels et fridericum de
Vinzano electos pro parte dicte Aquilegensis ecclesie et
dominos fidricum de Canoriaco, Cononem de Mimillano
Henricum de Pisino, Jacobum de Ragonia, Johannem filium
condam domini Engelpretti et Rantulfum de wigardo Cives
Justinopolitanos: Conradum de Riffenberch et vgonem de
Durno electos pro dictis Comitibus de omnibus litibus
et controuersiis et questionibus que uertuntur vel verti

* Walt-pertolo - um

videntur inter ipsos et predictos liberos ministeriales fau-
tores, coadiutores et amicos ipsorum a tempore confirmacio-
nis bone memorie quondam domini Gregorii patriarche Aqui-
legensis et ipsis non existentibus in concordia in termino eis
in compromisso prefixo compromiserunt de predictis omnibus
sicut superius legitur in viros magnificos dominos [Stepha-
num] Inclitum Regem Ungarie et Henricum Illustrem ducem
Bavvarie pro se et predictis omnibus ut usque ad festum resur-
rectionis [Dominice] proximo venturum, per se vel per nuncios
suos ferrent arbitrium inter eos, sicut in compromisso con-
fecto inde et sigillis predictorum Dominorum Capituli A-
quilegensis ecclesie et Philippi ducis Carinthie et predicto-
rum dominorum Comitum roborato plenius continetur, quia
terminus ferendi arbitrium supradictum nimis brevis erat
memoratus dominus Asquinus decanus et Capitulum dicte
aquilegensis ecclesie et dominus Mathias de Rivarotta
vicedominus Patriarche Aquilegensis pro se et predictis omni-
bus de parte sua ex una parte et dicti domini Comites Gorice
et Tirolis pro se et predictis omnibus de parte sua ex parte
altera de comuni concordia accedente in crastinum consensu
nunciorum predictorum dominorum Regis Ungarie et Ducis
Bavvarie videlicet magistri Gregorii Canonici Albanensis Ca-
pellani dicti Regis Ungarie et domini Henrici de Mosdorf
et Conradi Canonici de Otengin notarii domini ducis Bav-
varie missorum cum plena comissione ad ferendum arbi-
trium supradictum presentibus domino Friderico de Eber-
stain, magistro Johanne notario de Lupico et aliis in
Aquilegia in stupa dicti domini prorogarunt terminum
ipsum usque ad diem Sabbati per totum diem post festum
resurrectionis proxime venturum, in eo statu, condicione
securitate ac pena, sicut est et continetur in compromisso

predicto, ut ipsi nuncij non obstantibus diebus feriatis procedant, et procedere valeant in ferendo arbitrium supradictum Promittentes utraque partium sub eisdem statu condici: one securitate ac pena se ratum habituros et firmum prorogacionem termini supradicti nec contrauenire ratione aliqua ingenio siue causa. Actum ante ecclesiam Sancte Marie de Medea iuxta stratam. In cuius rei euidens te: stimonium et eciam maius robur presens instrumentum predicti Decanus et Capitulum et domini Comites Goricie et Tirolis fecerint sigillorum suorum pendencium munimine roborari.

(S.N.) Et ego henricus de artena Imperiali auctorita: te notarius publicus hijs omnibus presens interfui et Rogatus scripsi

(S.N.) Ego otolinus Justinopolitanus et Incliti Marchionis** notarius me subscripsi et presens Instrumen: tum signo meo corroboraui. ***

* GG ** Mach. *** Questa linea è soprascritta per una mano cosetanea con negro inchiostro

NB. I passi in parentesi sono mangiati

1275. 25 Febbrajo. Cividale. Pace tra il patriarca di Aquileja Raimondo della Torre da una parte e dall'altra Alberto Conte di Gorizia e le città di Giustinopoli e di Pirano.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eius millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indictione tercia, die lune quarto exeunte februario, in Civitate Austria, in palatio patriarchatus, presentibus fratre Petro Gaudino priore, fratre Henrico de Pisino conventus predicatorum de Civitate et dominis Raynero de Pirouano, Alberto de Sexto ordinariis Mediolanensibus, Gabero preposito Laudensi, magistro Nicolao de Lupico decano Civitatensi capellanis, fratre Pagano Louono ordinis humiliatorum domus Brayde Mediolanensis procuratore, comite Fulchino de Camisano, Vberto Cagatosico, Petro de Nouate, Niccho de Carençano, Phylippo de La turre et Martino de Cernusco militibus reverendi patris domini Raymundi patriarche Aquilegensis, Conone de Mimilano, Bonefacio filio quondam domini Nasinwerre de Pola et aliis multis. Humani generis inimico, qui bonum pacis per discordie seminarium semper et ubique repedit procurante inter reverendum patrem et dominum Raymundum dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham et Aquilegensem ecclesiam ex parte una et nobilem virum dominum Albertum comitem Goricie pro se et civitate Iustinopolitana et pro Pirano et eorum fautoribus ex altera diu viguit discordie ac guerre discrimen, per quod utrinque strages hominum locorum incendia immo depopulationes eciam et rerum dispendia plurima provenerunt, set tandem illo cooperante, qui bonorum omnium est auctor, ad talem concordiam devenerunt videlicet quod predictus dominus Albertus comes promisit precise et absolute se daturum et consignaturum castrum Cormonis in potestate nobilium virorum dominorum Monfloriti de Pola et Hugonis de Duyno usque ad proximum diem mercurii per totum diem sine preiudicio tenute ipsius domini comitis in toto castro predicto, qui dominus Monfloritus pro proximo mense venturo

tenere debeat et facere custodiri unam turrim, scilicet illam, que est supra portam castri, et dominus Hugo de Duyno tenere debeat et facere custodiri aliam turrim dicti castri et postea singulis sequentibus mensibus dicti domini Monfloritus et Hugo ipsas turres inter[2] permutare debeant seu cambire. Et in toto ipso castro stare non debeant alie persone neque habitare, nisi ille que de mandato ipsorum dominorum Monfloriti et Hugonis custodierint dictas turres. Dominus quoque patriarcha illis custodibus, quos dominus Monfloritus, et dominus comes illis custodibus, quos dominus Hugo in dicto castro in candos duxerint, promiserunt et tenentur in expensis necessariis providere, tali interposita conditione et pacto, quod predictus dominus Albertus comes stabit in iudicio coram predicto domino patriarcha presentibus liberis vasallis et ministerialibus de Foro Iulii in Campo formio responsurus de omni iure, quod dominus patriarcha vel aliquis de sibi subiectis habere videbitur [in dicto][2] castro, quandocumque ipse dominus Albertus comes ab excommunicatione, qua tenetur, fuerit absolutus, ita tamen quod liceat utrique parti appellare a sentencia, qua aliqua ipsarum forte se crederet aggravatam. Et ibidem memorati domini Monfloritus et Hugo de communi consensu et unanima voluntate predictorum dominorum patriarche et comitis ad sancta dei evangelia corporaliter iuraverunt tenere ac fideliter conservare seu conservari facere predictum castrum Cormonis, donec tam super principali causa ipsius castri quam super appellacione, si ab aliqua parcium appellari contingerit, iusticia plene cognita fuerit et finita nec inferre seu irrogari permittere de ipso castro extra alicui persone dampnum[1] aliquod vel iacturam et promiserunt sub eodem iuramento, quod cognita iusticia et finita dabunt et assignabunt predictum castrum Cormonis illi domino, qui illud obtinuerit iusticia mediante, ita eciam si dicti domini Monfloritus et Hugo vel alter eorum ante decisionem dicte cause, quod absit, decesserint, quod heredes eorum tenere debeant dictum castrum et ad predicta omnia modo simili teneantur. Item nobiles viri domini Walterus pertholdus de Spegenberch, Asquinus de Varmo, Iohannes de Çucula, Nicolaus de Budrio,

Johannes de Mençano, Girardinus de Rauenstaga, Strophinus de Vtino, Gibellus de Monteregali, Jacobus de Tricano, Leonardacius de Braçaco, Henricus quondam domini Juanni de Ciuitate, Andreas de Camissio, Osalcus de Saciletto, Guisinus de Lagua et Cuanuttus de Castroveneris, Rodulfus de Mels, Dietricus de Sacilo, Vgo de Medea, Achilottus de Sacilo et Asquinus de Tricesimo ex parte domini patriarche et domini Henricus de Pisino, Philippus de Lasparch, Jacobus de Ragonia, Conradus de Vnchenspach, Henricus de Gredecella, Albrettus de Grifensten, Federicus de Mimilano, Fulcherus de Riffinberch, Wolricus de Mimilano; Otto de Rogonia, Amelricus de Golpurch, Wolfalus de Flagonia, Wernardus de Rencaco, Vlvingus de Peuma, Andreas de Peuma, Meynardus et Pernardus fratres de Floiana, Wolricus filius quondam domini Swarçmanni de Cormone, Albrettus de Guarçenech et Walconus de Vnchespach ex parte domini comitis ad sancta dei ewangelia singulariter singuli corporaliter iuraverunt exceptis Fulchero de Riffinberch, Odolrico de Mimilano et Albretto de Guarcenech, qui solum data manuali fide promiserunt, et insuper domini Albinus Paduanus Carstus de Miraa, Canettus de Vrso, Warinus Hengaldei, Ricardinus Blaionus, Johannes de Detalmo, Almericus Spandinuces, Lancelottus Coltonus, Façina de Tarsia et Naçarius Bertulini cives Justinopolitani procuratores communis Justinopolitane civitatis, prout patet plenius in quodam publico instrumento confecto manu Johannis Hengaldei notarii, cuius tenor notatur infra, pro se ac in animas hominum dicti communis de Justinopoli unacum dictis ministerialibus ad sancta dei euuangelia corporaliter iuraverunt astare dominis Monflorito et Hugoni predictis contra dominos patriarcham et comitem et quemlibet alium hominem, qui eos presumeret offendere vel gravare ante cognitionem de dicto castro vel post, ut superius est expressum; item quod predictum iuramentum nullum preiudicium generet domino patriarche vel domino comiti, si invenietur, quod aliquis iuraverit de predictis pro dalesmanno domini patriarche, qui esset domini comitis, et econverso si aliquis iurasset pro domino comite, qui pertineret domino patriarche; item quod dominus comes debet restitui in omnes suas possessiones et tenutas, quas habuit ipsius pater dominus Meynardus comes pie memorie, sicut

habuit ipsa die et tenuit cum vivus et mortuus fuit. Similiter omnes
sui ministeriales et proprii homines restituantur in eam possessionem,
quam habuerunt die mortis domini comitis prenotati, coadiutores vero
sui et fautores restituantur in eandem tenutam et possessionem,
quam habuerunt tempore captionis domini Gregorii patriarche, ex-
ceptis bonis venditis vel obligatis, quod probari posset per instrumen-
ta publica, sive essent per dominum Meynardum antiquum comitem
vel per dominum comitem Meynardum vel dominum comitem Albertum
fratres aliquo modo vendita aut per eorum ~~heredes~~ homines vel fideles,
et econverso bona domini patriarche restituantur et omnium fidelium
suorum, nisi eciam essent vendita vel obligata per dominum pa-
triarcham vel aliquos ex suis ut superius est expressum; item super
facto Clemone dominus patriarcha elegit in arbitrum pro parte
sua dominum (sua dominum) Raynerium de Tirouano ordinarium
Mediolanensem capellanum suum et dominus comes pro parte
sua elegit dominum Vlricum de Riffemberch seniorem in arbitrum
dantes eisdem plenariam potestatem dicendi et sentenciandi
super commutacionem dicti loci, ita denique ut pro tantis bonis
seu iuribus, que ipsius pater dominus Meynardus comes habuit
in ipsa civitate vel exterius, ipsi nunc domino comiti Alberto con-
gambium compensetur; qui duo arbitri tercium eligent, si non pote-
runt concordare, ita ut ipsi tres infra duos menses postquam hoc
per dominum patriarcham vel per
eis per dominum comitem fuerit denunciatum, sentenciam proferant
de congambio nominato. Item dominus patriarcha assignavit et
dedit dominis Monflorito et Hugoni predictis sentenciam olim latam
per dominum ducem Carinthie tenendam, usque dum cognoscatur iu-
sticia de castro Cormonis, qua cognita dicta sentencia irrevocabili-
ter destruatur. Item dominus patriarcha pro parte sua dominum
Gottofredum de Laturre marchionem Istrie et dominus comes pro
parte sua dominum Henricum de Pisino in communes arbitros elegerunt
dantes ipsis plenariam potestatem dicendi et arbitrandi, sicut eis
melius videbitur super facto captionis olim domini Gregorii patriarche
et super omnibus et singulis dampnis iniuriis et offensionibus illatis

per dominum comitem supradictum et suos et per Iustinopolitanam civitatem et coadiutores et fautores suos quoslibet hinc et inde ac de hiis omnibus, que Iustinopolitani ante captionem domini Gregorii patriarche Tarentie intulerunt, et econverso super dampnis omnibus et iniuriis atque offensionibus illatis per dominum patriarcham coadiutores et fautores suos domino comiti fautoribus et servitoribus suis; item quod omnes securitates et promissiones facte in preiudicium ecclesie Aquilegensis et econverso in preiudicium domini comitis a captione domini Gregorii patriarche irrite sint et vane ac penitus casse, et quod ammodo inantea sacramenta omnia, obligationes et pene nullum predicto domino patriarche aut Aquilegensi ecclesie vel domino comiti aut eius heredibus preiudicium generent ullo modo; item quod dominus patriarcha dabit operam efficacem bona et pura fide pro suis viribus atque posse~~ssionibus~~ circa dominum apostolicum et apostolicam sedem, ut dictus dominus comes cum omnibus suis, qui sunt excommunicationis vinculo innodati, ab excommunicatione huiusmodi absolvantur et hoc antequam ius cognoscatur super facto Cormonis. Item quod omnia ablata et dampna data infra treugas debeant restitui vel satisfieri et omnes capti relaxentur et si aliqui pro sua relaxatione fecerunt aliquam securitatem, illa remittatur; et si forsan aliquid inde solverunt, illud restituatur, et insuper si aliqui vel aliquis capti etiam tempore guerre detinentur, libere relaxentur et securitates omnes si quas fecerunt, remittantur. Item super ablatis hinc inde in treugis dominus patriarcha pro parte sua in Foroiulii dominum Nicolaum de Budrio et in Istria dominum Nasinwerram de Pola et dominus comes pro parte sua in Foroiulii dominum Albrettum de Grifenstayn et in Istria dominum Henricum de Pesino in suos arbitros elegerunt a die presenti usque ad tres menses proximo venturos, qui infra dies quindecim postquam eis ab aliqua partium denunciatum fuerit, questiones super ablatis audire determinare ac facere restitui teneantur. Memoratus insuper dominus patriarcha nomine suo successorumque suorum sollempni stipulatione promisit et prefatus dominus comes ad sancta dei euuangelia corporaliter iuravit firmam pacem amodo inter se adinvicem pro se suisque heredibus habere et tenere et omnia et singula

suprascripta inviolabiliter observare et non contravenire aliqua occasione vel excepcione sub pena trium milium marcharum denariorum Aquilegensium et [3] omnia] et singula predicta obtineant plenissimam firmitatem. Tenor autem procurationis Iustinopolitanorum talis est: In Christi nomine. Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indictione tercia, die duodecimo exeunte februario, actum in civitate Iustinopolitana in maiori consilio more solito congregato; presentibus dominis Wargendo de Çellaco, Petro domini Guercii, Simone de Tarsia, Iohanne de Cremona, Almerico de Larçento et aliis multis. Nos quidem Aurius Poltonus, Bonefacius quondam Iohannis Hengaldei et Almericus de Sardio consules Iustinopolitane civitatis cum voluntate et assensu totius minoris et maioris consilii et tocius communis civitatis predicte damus et concedimus plenam licentiam et libertatem nobilibus viris concivibus nostris videlicet dominis Albino Paduano, Carsto de Mirxa, Çanetto de Vrso, Marino Hengaldei, Ricardino Blaiono, Iohanni de Detalmo, Almerico Spandinuçes, Lancelotto Poltono, Façina de Tarsia et Naçario Bertulini iurandi ad sancta dei euangelia omni fraude remota in animas nostri communis et cunctorum civium nostre civitatis prescripte cum ministerialibus dominorum dignissimi domini Raynaudi dei gratia Aquilegensis ecclesie patriarche et nobilissimi domini Alberti comitis Goricie unanimiter cum eis astare dominis Monflorito de Pola et Hugoni de Duyno contra menoratos dominos patriarcham et comitem si eos presumerent offendere vel gravare seu aliquo modo molestare ante vel post cognitionem iuris de castro Cormonis vel aliter prout per prescriptos dominos patriarcham et comitem de predicto castro fuerit stabilitum, ita quod predicti cives nostri vinculo iuramenti et nostra auctoritate, ut predictum est, predictis dominis Monflorito et Hugoni nostrum promittere possint auxilium et favorem, promittentes nos et per minus et maius consilium et predictum commune eiusdem civitatis omnia et singula que menorati cives nostri suo iuramento dixerint promittenda, in predictis et circa predicta omni fraude et malicia remota inviolabiliter observare et non contravenire aliqua

occasione vel exceptione. Ego Iohannes Hengaldei et incliti G. marchionis Istrie atque Carniole) notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et roboravi. In quorum omnium evidenciam ac eciam maius robur memorati domini patriarcha et comes presens instrumentum fecerunt suorum sigillorum pendencium munimine roborari.

G. Ego Henricus Civitatensis imperiali auctoritate notarius predictis interfui et de mandato supradictorum dominorum patriarche et comitis in concordia cum Iohanne Hengaldei notario presens instrumentum scripsi in formam publicam reducendo

Originale in pergamena. Il sigillo del patriarca pende ad un nastro di seta violacea, un altro sigillo manca: Vienna Archivio di Stato Repertorio I.

1) sic. 2) piccola rottura nella pergamena. 3) La pergamena è rotta in lunghezza di cinque centimetri.

1280 Sept. 29. *Sulla campagna di S. Egidio.*

Accordo di D. Artico di Porcia coll'abate Federico di Millstatt per trovare testimonii sui possessi dell'Abazia a S. Egidio. — Detto anno, giorno e luogo — Il Gastaldo dell'Abazia suddetta in S. Avocato prende possesso di due pezze di terreno in S. Egidio.

+ Anno domini Millesimo ducentesimo Octuage-
simo Indictione octaua Die dominica secundo Exeunte
Septembre In presentia presbyteri Gerardi prioris
sancti Angeli*) de porciliis domini Odorici de tre-
cano filij cordam domini Bertoldi domini Artici
de Moruço, domini Nasenwere de piro Petri uene-
ti de Sacilo, Widulini eiusdem loci et Aliorum
plurium dominus Articus de porciliis dixit et
in cordio fuit cum honesto et Religioso viro do-
mino Federico dei gracia Milastatensi abbati
quod si aliquo tempore dictus dominus abas
uel sui succesores uel sui nuncij poterunt inqui-
rere seu invenire homines qui pro ueritate dixe-
rint seu inuenire poterunt in suo districtu de ter-
ris sancti Egidij quod incontinenti et libere ei dimit-
tere faciet.

Actum in campanea sancti Egidii.

Ego verdramus de Sacilo sacri palatii nota-
rius Interfui et Rogatus subscripsi.

+. Anno domini Millesimo Ducentesimo octuage-
simo Indictione octaua die dominico secundo Ex-
eunte Septembre. In presentia petri ueneti de Sa-

*) Agli

cilo Vidulini, Coradi qui morantur eum iam dic
to petro Albertini de portinco. Egidij de ponte fri
gido et aliorum plurium. Martinus de sanct
Auocato, Gastaldio Monasterii Milistatensis
nomine et uice dicti Monasterii intromisit et cor
poralem possessionem intrauit de duabus pe
cijs terre jacentibus in districtu sancti Egidij
que designate fuerunt dicte Ecclesie per circum
nenteo prout in carta mei vendrami notarii de
Sacilo facta continetur qui Martinus cepit
de frontibus arborum atque vitium de terra fra
gendo cuclendo semel bis et ter et sic corporalem
possessionem accepit

Actum super dictam terram

Ego Vendramus de Sacilo sacri palatii no
tarius Interfui et Rogatus scripsi.

1281 Marzo 19. *Cividale*

Il Patriarca d'Aquileja ed il Conte Alberto di Gorizia fanno compromesso in Mainardo Conte del Tirolo ed in Gerardo da Camino nelle loro differenze.

Vedi Sentenza del 24 Marzo 1281.

C Anno domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo primo. Indictione Nona die Tercio decimo exeunte Martio. In Ciuitate Austria In palatio Patriarchali presentibus dominis Berenardo Decano ecclesie Ciuitatensis Artuico de Castello, Detalmo de Vilalta. <u>Asquino de Varmo</u>, Nicolao de Budrio, Iohanne de Cucula. Iacobo. de Rogonna, Rudolfus de Mels, Wilelmo. Ciuitatensi Petro. Utinensi Castaldionibus. Iacobo Basadone de Clemona et aliis multis Reuerendus pater dominus Raymundus dei gracia sancte Sedis Aquilegensis patriarcha. pro se ac Subditis suis ex parte una et uir magnificus dominus Albertus Comes Goricie pro se ac Subditis suis ex altera compromiserunt in uirum magnificum dominum Meynardum Comitem Tirolis et uirum nobilem dominum Gerardum de Camino presentes electos ab eis concorditer arbitros arbitratores et amicabiles compositores promittentes inter se ad inuicem stipulatione stare parere et non contra uenire omni laudo et arbitrio eorum quod laudauerint uel fuerint arbitrati cum Scriptura uel sine, semel uel pluries, diebus feriatis et non feriatis ~~et non feriatis~~, presentibus partibus et absentibus dum tamen citatis ubicumque quomodocumque, quandocumque infra proximos Octo dies uenturos, et ipsis obedire in terminis constituendis, et in omnibus et Singulis que ipsis arbitris Secundum iusticiam

uel amorem plus uel minus, alte uel plane uide-
buntur expedire. Super uniuersis et singulis que-
stionibus et controuersijs, que uertebantur et erant
inter eos nomine et occasione Castri Cormonis, Sta-
tarum a Monte Crucis et Pontayba usque ad mare,
Mutarum que ab hominibus domini Comitis et homi-
num suorum per Mutarios domini Patriarche exigeban-
tur, Judicii et aduocatie de Ronchis, cuiusdam pecunie
summe pro Castro Belgradi soluende, feudorum que
homines et vasalli domini Alberti Comitis ab eo
habere tenentur, et que ipse dominus Comes habet
ab aquilegensi ecclesia dampnorum a partibus utrim-
que datorum, Castri Mospurch, Mutarum per domi-
num Comitem in Collibus uel alibi in dominio et
Jurisdictione domini patriarche impositarum de nouo
aduocatiarum per ipsum dominum Comitem* uel an-
tecessores* eius uenditarum uel obligatarum Castri
noui apud Cerolach, Mansorum domini Henrici de
Portis, Sigeri de Wisinwich et aliorum ministe-
rialium domini Patriarche per dominum Comitem uel
suos occupatorum iniuste et Ministerialium qui na-
ti sunt ex dominabus Aquilegensis ecclesie cum Mini-
sterialibus domini Comitis matrimonialiter copulatis
et econuerso. Omneque dampnum et litis expensas
ac interesse, quod uel quas unus occasione alterius
siue culpa faceret uel sustineret in iudicio siue extra
inter se uicissim per stipulationem alter alteri re-
ficere promiserunt, Nec contra predicta uel aliquod
predictorum per se uel alios aliquo tempore facere uel
uenire ratione aliqua ingenio siue causa sub pena
quatuor Milium Marcharum denariorum Aquilegen.

** in rasura

sis monete adinuicem inter eos stipulatione promissa quam pars que contra predicta fecerit parti ea observanti solvere teneatur et dare et ea soluta et exacta vel non presens compromissum et laudum seu arbitrium ferendum. Sub eadem pena nichilominus teneant et habeant plenum robur.

S. N. Ego Henricus Civitatensis Imperiali auctoritate Notarius predictis interfui et rogatus scripsi in forma publica reducendo.

1281 März 24. Cividale

Sentenza arbitraria nelle differenze tra il Patriarca d'Aquileja ed il Conte di Gorizia V. Compromesso de' 19 Marzo 1281 e 1286, 3 giugno.

C Anno domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo primo Indictione Nona die Octavo exeunte Marcio. In Ciuitate Austria In palatio patriarchali presentibus dominis Bonefacio Bellinensi Friderico Ozragensi Abbatibus Bernardo decano ecclesie Ciuitatensis, Artuico de Castello, Detalmo de Vilalta, Asquino de Varino Nicolao de Budrio Jacobo de Coderta, Johanne de Cucula, Thomasio de Cucania, Johanne de Mançano Wilelmo Castaldione Ciuitatensi Petro Castaldione Utinensi, Jacobo Basadone de Clemona Lupoldo de Savrnekke Fridrico Bulehgrauio de Luenz Conrado de Conchrispach, Lupoldo de Eberstayn, Dietrico de Mimilano, Bertholdo de Gredesclia, Remberto de Eberstayn Jacobo de Rogonia, Siurido de Minchindorf, Conrado Gallo, Ottone de Volchemarch Fulchero et Volrico fratribus de Riffimberch, Andrea de Pehina (Peuna) Ruotelipo Voluingo Cuonçone Cvolbil de Goricia, Conrado de Valenstayn et aliis multis. Hoc est arbitrium latum in Scriptis per infrascriptos arbitros, Sub hac forma uerborum. In nomine patris et filii et Spiritus sancti amen. Nos Meynardus dei gracia Comes Tirolis et Girardus de Camino electi arbitri arbitratores et amicabiles compositores a Reuerendo patre domino Raymundo dei gracia sancte Sedis Aquilegensis patriarcha pro se et subditis suis ex parte una et magnifico uiro domino Alberto Comite Goricie pro se et Subditis suis ex altera Super

diuersis peticionibus questionibus et controuersiis que uertebantur et erant inter eos prout in Instrumento compromissi Super hoc confecto manu Henrici de Ciuitate Notario plenius continetur receptis uisis et examinatis petitionibus responsionibus et allegationibus utriusque partis, habitaque Super hiis diligenti deliberatione ac consilio Sapientum pro bono pacis et concordie ac utriusque partis Statu pacifico et tranquillo presentibus partibus unanimiter et concorditer arbitrando pronunciamus et pronunciando arbitramur quod Dominus patriarcha pro se et subditis suis decetero nullam litem uel questionem mouere debeat prefato Domino Alberto Comiti uel eius heredibus Super Castro Cormonis, Et quod omnia priuilegia Instrumenta et Carte confecta Super processu habito contra eundem dominum Comitem, occasione Castri Cormonis tempore dicti domini patriarche in Ciuitate Campiformio uel alibi in terminis Sententiis tenutis iuramentis et penis uel alio quocunque modo et Sententia dicta lata per dominum Fredericum ducem Carinthie usque ad proximum festum Resurrectionis dominice deponi debeant penes me Girardum de Camino conseruanda et tenenda per me ab eodem festo Resurrectionis dominice usque ad quinque Annos tunc proximo subsequentes Tali pacto interposito et tenore quod si Idem Dominus Albertus Comes obseruauerit firmam pacem et concordiam domino patriarche ac Subditis eius, usque ad tempus predictum, ego Girardus elapsis dictis quinque annis dare tenebor predicta priuilegia Instrumenta Cartas Sententiam prefato domino Alberto Comiti et eius heredibus, tamquam cassa uana irrita nulliusque

que momenti Si uero quod absit, dictus dominus Comes per se uel suos pacem et concordiam medio tempore Domino Patriarche uel Subditis eius infringere videlicet in homicidiis perpetrandis uel captionibus personarum honestarum aut occupationibus Castrorum, Munitionum locorum et prediorum seu incendiis et manifestis rapinis hoc infra unum Mensem postquam requisitus fuerit si in partibus Forijulij Carsti uel Istrie fuerit (fecerit) plene emendare seu emendari facere teneatur. et siquis de hominibus domini Comitis, habens Castrum uel Castra in aliquo predictorum excesserit et non emendauerit infra Mensem. dominus Comes una cum domino Patriarcha Castrum et bona Transgressoris eiusdem, obsidere et occupare debeat donec de illata iniuria domino Patriarche et passo dampnum fuerit satisfactum. Et siquis de hominibus dicti domini Comitis non habens Munitionem, committetur aliquod uel aliqua de predictis et se absentaret a terra dominus Comes predictus cum bonis illius satisfieri faciat de commissis Illumque ponet in banno suo non recepturus eum ad graciam suam sine uoluntate ~~domini~~ domini Patriarche nisi prius de hiis satisfecerit que commisit. Que si dominus Comes infra Mensem eo modo, ut predictum est non emendauerit seu fecerit emendari ex tunc ego Girardus Supradicta priuilegia Instrumenta, Cartas et Sententiam integra et illesa restituere tenebor domino Patriarche predicto. Econuerso si dominus Patriarcha per se uel Suos pacem et concordiam infra Spatium predictorum quinque annorum domino Comiti uel hominibus eius infringeret, videlicet in homicidiis perpetrandis uel captioationibus* personarum honesta-

* captionibus

cum aut occupationibus Castrorum Municionum loco-
rum et prediorum seu incendiis et manifestis rapinis his
infra unum mensem postquam requisitus fuerit si in
partibus Fori julii Carsti uel Istrie fuerit plene emendare
seu emendari facere teneatur. Et Siquis de Subditis domini
Patriarche habens Castrum uel Castra in aliquo predic-
torum excesserit et non emendauerit infra mensem, Domi-
nus Patriarcha, una cum Domino Comite Castrum et bo-
na transgressoris eiusdem obsidere ac occupare debeat
donec de illata iniuria domino Comiti et passo damp-
num fuerit satisfactum, Et si quis de Subditis domini
patriarche non habens Munitionem comitteret aliqua
uel aliquod de predictis [et] set absentaret a terra. domi-
nus Patriarcha cum bonis illius Satisfieri faciat de com-
missis Illumque ponet in banno suo non recepturus
eum ad graciam suam sine uoluntate Domini Comitis
nisi prius de hiis Satisfecerit q[ue com]misit, Que
si dominus patriarcha infra Mensem eo modo ut predic-
tum est non emendauerit seu fecerit emendari. Aut quod
absit infra Spatium predictorum Quinque annorum
decesserit ego Girardus de Camino extunc dare teneor
predicto domino Comiti uel heredibus suis privilegia
Instrumenta cartas et Sententiam supradicta tamquam
cassa uana irrita nullius momenti. Item quod cum
tempore bone memorie domini Bertholdi patriarche a-
quilegensis et domini Meynar[di C]omitis Goricie Stra-
te a pontayba et Monte Crucis usque ad mare sine ullo
impedimento cursum habuerint liberum et securum pro-
nunciando diffinimus quod de cetero omnes Mercatores
quocunque nomine censeantur, cum quibuscunque
mercimoniis a predictis locis pontaybe et Montis Crucis

usque ad mare per quascumque stratas ad quemcumque portum et locum voluerint sine impedimento et contradictione predictorum dominorum Patriarche et Comitis officialium et subditorum eorum ire stare ac redire valeant liberaliter et secure. Item super Muta que exigitur ab hominibus domini Comitis et ab hominibus hominum suorum taliter diffinimus quod homines domini Comites et homines Ministerialium et hominum suorum de vino et rebus aliis, quod vel quas ad celarium domini Comitis vel ad proprium usum domorum suorum conduxerint nullam mutam in aliquo mercato vel loco domini Patriarche solvere teneantur. Super Muta vero que exigitur ab hominibus domini Comitis et hominum suorum qui vinum vel res alias venales conducunt testes qui ab utraque parte producti fuerint per nos [reci]pi debeant et audiri quibus auditis super hoc diffiniemus prout viderimus [expedire]. De Illis autem qui Chylaytum domino Comiti solvunt sic arbitramur quod Mutam domino patriarche persolvant secundum pactum dim habitum inter bone memorie dominum Bertholdum Patriarcham aquilegensem et dominum Meynardum Comitem Goricie prout plenius continetur in privilegio super hoc confecto eorum sigillis pendentibus communito. Salvo qui [quod?] Illi qui Chyleytum domino Comiti solvere tenentur per quamcumque viam ire voluerit Chylaytum consuetum et debitum eidem nichilominus solvere teneatur. Item super Judicio et advocatia de Ronchis taliter pronunciamus quod tenuta huiusmodi Judicii et advocatie de Ronchis in nobis debeat remanere tenendi usque ad proximum festum beati Michaelis

uel quarto ultra nobis uidebitur tali modo quod si me
dio tempore partes super hoc amicabiliter concordare po
terimus bene quidem. Aloquin Secundum quod super
hoc per Laudum et Sententiam liberorum et Ministeria
lium terre fori Julii coram nobis [. . .]inutum extiterit
Sta debeat a partibus obseruari Saluo si Judicium
et aduocatia huiusmodi eidem domino Comiti Senten
tialiter adiudicata fuerint quod Idem dominus Comes
dictum Judicium et aduocatiam prefato domino patriar
che pet[. . .]e teneatur et dare. dum tamen ipse domi
nus patriarcha Sibi in congambium de bonis Aqui
legensis ecclesie dederit ad extimationem et arbitrium
bonorum uirorum Super hoc a partibus concorditer electorum
Item Super pecunia que petitur pro Belgrado diffi
nitionem nostre reseruamus arbitrio uoluntatis vo
lentes Super hoc auditis iuribus utriusque partis arbi
trium per iusticiam uel amorem prout uiderimus ex
pedire. Item Super feudis que homines et Vasalli do
[mini Com]itis ab eodem habere tenentur et que ipse do
minus Comes habet ab Aquilegensi ecclesia taliter ar
bitramur quod si super hoc usque ad proximum festum
sancti Michaelis uel quinto ultra nobis uidebitur par
tes concordare amicabiliter non possemus ex tunc que
stio super feudis huiusmodi per laudum et Sententiam
liberorum et ministerialium cognosci et determinari debe
at coram domino Patriarcha tam ipsi domino Patriarche
quam domino Comiti hominibus et vasallis eiusdem ap
pellatione legittima reseruata. Item arbitramur si domi
nus patriarcha monstrare legittime poterit uel probare
quod Castrum Mospurch sit proprietas Aquilegensis eccle
sie quod dominus Comes Castrum ipsum ab aquilegensi

ecclesia ad feudum recognoscere debeat et habere una cum aliis feudis suis. Item arbitrando precipimus quod dominus Comes de cetero desistere debeat et cessare ab exactione Mute quam de novo et contra iustitiam in Collibus exigi faciebat. Et quod omnis muta imposita in dominio et iurisdictione domini patriarche per dictum dominum Albertum Comitem a morte bone memorie domini Meynardi patris sui debeat removeri et de cetero nulla esse. Item precipiendo arbitramur, quod dominus Comes per suos officiales et homines suos uti non debeat advocatiis obligatis vel venditis per antecessores suos vel ipsum, quousque vero redimantur et si per officiales vel homines suos super huiusmodi advocatiis quicquam acceptum fuit [. . . .] dominus Comes vel ille qui in partibus istis fuerit loco sui, infra Quindecim dies postquam requisitus fuerit restitui non fecerit, tunc dictus dominus Comes vel gerens vices ipsius cum bonis illius qui hoc abstulerit Quad[ru]plum restitui facere teneatur. Item cum Castrum novum apud Cerolach constructum sit loco Carsperch sic diffinimus quod Castrum Carsperch manere aut destrui debeat prout de domini patriarche processerit voluntate. Castrum autem Novum manere debeat loco Carsperch et hoc de gratia ipsius domini Patriarche. Item super petitione domini Henrici de Portis et Segeri de Gorisnvich taliter diffinimus quod ex parte domini Comitis unus arbiter ex parte aliorum alius et ab utraque parte tercius de medio eligantur qui questiones quas movet adversus dominum Comitem vel suos [. . . . . .] debeant vel finire quod si arbitri sic electi questiones ipsas diffinire non possent tunc tam dicti dominus Heinricus quam Segerus et alii Ministeriales

domini Patriarche qui super aliqua uiolentia habent a,
liqua proponere aduersus dominum Comitem uel suos
coram [.....] domino Comite et econuerso Ministeria,
les domini Comitis qui habent super aliqua uiolentia
quicquam proponere aduersus dominum Patriarcham
uel suos coram ipso domino Patriarcha suam iustici,
am prosequantur Item arbitramur quod usque ad
proximum festum sancti Michaelis in optione domi,
ni Patriarche existat utrum uelit quod Ministeriales
qui nati sunt ex dominabus Aquilegensis ecclesie cum
Ministerialibus domini Comitis matrimonialiter copu,
latis et econverso ex dominabus ipsius domini Comitis
cum Ministerialibus aquilegensis ecclesie matrimoni,
aliter copulatis equaliter diuidi debeant et sortiri an
qui nati sunt ex dominabus aquilegensis ecclesie
sint ipsius et qui nati sunt ex dominabus domini Co,
mitis sint illius. Item arbitramur quod omnia dam,
na grauamina offensiones et iniurie usque ad pre,
sentem diem hinc inde illata ab utraque parte remit,
ti debeant et totaliter relaxari. Ut autem pax et con,
cordia inter partes firma et inuiolabilis perseueret
arbitramur et precipimus quod dominus patriarcha
pro parte sua Castrum Wipaci et locum Mosse et villas
in Carsto Tomay et Dietemdorf cum omnibus eorum
pertinentiis pro pena et dominus Comes pro parte sua
Portum Latisane et Castrum Belgradi cum omnibus
eorum pertinentiis, excepta medietate Mute dicti
Portus Latisane ad me Comitem Tirolis spectante pro pena
obligent et assignent. Ita quod si dominus Patriarcha
contra predicta per se uel subditos suos fecerit et non e,
mendauerit uel fecerit emendari ut predictum est predictum

Castrum Ripaci locus Mosse et ville Tomay et Dyetemdorf cum suis pertinentiis deuenire debeant et cadere domino Comiti et eius heredibus Et insuper Dominus patriarcha Sibi nomine pene in duobus Millibus Marchis denariorum Aquilegensium teneatur versa vice quod si dominus Comes per se uel suos contra predicta facere presumpserit uel uenire et non emendauerit uel fecerit emendari Portus Latisam et Castrum Belgradi cum suis pertinentiis deuenire debeant et cadere Domino Patriarche et insuper dominus Comes nomine pene sibi etiam in duobus Millibus Marchis Denariorum Aquilegensium teneatur et penis huiusmodi solutis et exactis uel non presens laudum arbitrium pax et Concordia nichilominus debeant perpetuo in suo robore permanere. In cuius rei testimonium et euidentiam pleniorem prefati dominus Patriarcha et dominus Comes presens Instrumentum fecerunt suorum Sigillorum pendentium unanimine roborari. — —

S. T. Ego Henricus Ciuitatensis Imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

1286, Iuni, 3. Cividale

Nuovo compromesso per terminare le differenze tra il Patriarca d'Aquileja ed il Conte di Gorizia per il Castello di Cormons. V. altri 1281, 19 e 24 Marzo

---

C. In nomine Christi Amen Anno a Natiuitate eiusdem Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Sexto Indictione quarta decima, Die tercio intrante Iunio. In Ciuitate Austria. In palatio Patriarchali presentibus dominis Bernardo Decano ecclesie Ciuitatensis. Conrado Abbate Monasterij Rosacensis, Manfredo de Laturre sancti Vodolrici Vodolrico de to Cadobrinensi sancti Petri de Carnea Philippo sancti Stephani Aquilegensis prepositis, Iacobo magistri Ottonelli, Lodoico canonicis aquilegensibus Arthuico de Castello, Aquino de Varmo Henrico de Silalta Nicolao de Budrio, Friderico de Pinçano. Wilelmo de Sençone, Tomasio et Simone de Cucania, Iacobo de Rogonia, Lonatto et Albertino de Coneglano et alijs multis Reuerendus pater dominus Raymundus dei gracia sancte Sedis Aquilegensis patriarcha ex parte una et magnificus dominus Albertus Comes Goricie ex altera unanimiter et concorditer compromiserunt in nobilem uirum dominum Girardum de Camino presentem tamquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem, Super lite seu de lite ac questione que uertebatur et erat inter eos Super priuilegijs, Instrumentis et cartis, confectis Super processu olim habito contra eundem dominum Comitem occasione Castri Cormonis et Super Sententia olim lata per dominum Vlricum ducem Carinthie, que quidem priuilegia Instrumenta car.

" " Sentencia olim penes eundem Dominum Gi-
rardum fuerint deposita ad servandum pretextu Sen-
tencie olim Late per magnificum dominum Meynardum
Comitem Tirolis et ipsum Dominum Girardum Scrip-
te manu mei Henrici Subscripti Notarii Sub an-
no Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo pri-
mo, Indictione nona, die tertiodecimo exeunte Mar-
tio In Civitate Austria in Palatio Patriarchali,
et generaliter Super universis et Singulis bonis
ablatis Dampnis datis et iniuriis irrogatis hinc inde
per ipsos dominos Patriarcham et Comitem et Sub-
ditos eorundem, a tempore quo per dominum Comitem
Tirolensem et ipsum dominum Girardum predicta Sen-
tentia lata fuerit usque ad presentem diem promit-
tentes Sibi invicem et inter se, stare parere et non
contravenire omni laudo et Arbitrio quod ipse domi-
nus Girardus Super predictis quoc[umque] modo lau-
daverit vel fuerit arbitratus. Omneque dampnum
et litis expensas, quod vel quas una pars occasione
alterius pro predictis fecerit vel [sus]tinuerit in iudi-
cio sive extra altera alteri integraliter resarcire.
Sub pena Mille Marcharum Aquileyensis mone-
te, quam pars que contra predicta fecerit parti
observanti solvere teneatur et dare et ea Solut.
vel non presens compromissum et laudum seu arbitri-
um ferendum nichilominus habeat et teneat plenum
robur. Qui dominus Girardus ibidem incontinenti pre-
sentibus partibus ex vi compromissi in [eo] facti au-
ditis petitionibus et responsionibus utriusque partis
voluit pronunciavit et arbitratus fuit quod pre-
ta privilegia Instrumenta et carte confecta sup
processu olim habito occasione Castri Cormonis c
ra predictum dominum Comitem Albertum, et S

tentia olim lata per dominum Arricum Ducem Carinthie, debeant assignari et dari domino Comiti antedicto, Et inde faciat et possit facere quicquid eius insederit voluntati. Et si qua alia privilegia Instrumenta carte vel Scripture Super predicto processu vel Sententia decetero in contrarium dicti domini Comitis apparerent quod [ea] ex nunc sint cassa vana irrita nulliusque valoris. Item precepit et arbitratus fuit, quod quelibet pars unum suum Sibi debeat deputare amicum, qui iuramento astricti, una cum ipso domino Girardo vel eius nuncio, quem ad hoc duxerit instituendum Super bonis ablatis, dampnis datis et iniurijs irrogatis hinc inde, petitiones, responsiones allegationes et iura utriusque partis et Subditorum suorum usque ad proximum festum Resurrectionis domini recipere audire cognoscere diffinire ac determinare debeant atque possint prout eis melius et utilius videbitur expedire. Ita quod Secundum quod per predictos Amicos cum nuncio domini Girardi simul et concorditer vel solum per ipsum Dominum Girardum super predictis diffinitum determinatum fuerit vel preceptum, ita debeat a partibus inviolabiliter observari. Sicque dominus Patriarcha pro parte sua Petrum filium quondam Domini Friderici de Strno absentem et dominus Comes pro parte sua Dominum Nicolaum de Budero presentem ibidem stanti pro suis elegerunt nuncio plenam licentiam et auctoritatem concedentes eis, deinde ut ipsi in utriusque domini Jurisdictione dominio et districtu testes qui in causis et questionibus supradictis fuerint nominati, possint com-

pettere ueritati [te**]stimonium perhibere. Item in
obseruando et satisfaciendo et de faciendo obseruari
et satisfieri tam ex parte domini patriarche
quam ex parte domini Comitis quod per predictos
amicos cum Nuncio domini Girardi uel solum per
ipsum dominum Girardum super predictis arbitra-
tum ordinatum fuerit et preceptum, ab utraque
parte rogati domini Articus de Castello Asqui-
nus de Varmo Nicolaus de Budrio Henricus de
Spilimberto, federicus de Pinzano Guilelmus de
Gemona et Simon de Cucania unicuique parti
quilibet ipsorum fideiussores extiterunt pro ea
ta. Additum quoque fuit quod siqui tam ex par-
te domini Patriarche, quam ex parte [domini] Co-
mitis habentes castrum uel Castra, ea que per
ipsum dominum Girardum uel eius nuncium et
amicos predictos prout [superi]us est expressum
recusauerint adimplere, tam dominus Patriarcha
quam dominus Comes illos ad id tam per obsidio-
nem [quam per? . . . . ***in]melius poterit penitus
compellere teneantur.

[* Henricus . . . . ***] Imperiali auctoritate Notarius
predictis interfui et rogatus Scripsi et
. . . .

* Questi alla margine destra
** " " " sinistra
*** " " " di sotto

1286. 27 Novembre. Udine. Raimondo patriarca di Aquileja, investe Ulrico di Sowenek, de' suoi feudi.

Nos Raymundus dei grãtia sancte sedis Aquilegensis patriarcha tenore presencium notum fore volumus universis, quod Vlrico de Sowenekke a nobis petente se de feudis seu homagiis,[1] que condam dominus Leupoldus de Sowenekke dum viveret ab ipso domino patriarcha et ecclesia Aquilegensi habuerat investiri, dicens se in illis dicto domino Lupoldo iure hereditario debere succedere, nos ipsum de iure suo manu propria quodam capucio investiendum duximus nostro et Aquilegensis ecclesie iure in omnibus semper salvo, dantes in mandatis eidem, ut usque ad mensem per manum publicam vel sub sigillo suo det nobis omnia feuda seu homagia predicta in scriptis. Datum Vtinis, quarto exeunte novembre, sub anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, quarte decime indictionis.

1/ giis sopra una rasura.

Originale in Pergamena, il sigillo del patriarca pende appeso ad una striscia di pergameno. Vienna Archivio di Stato.

1283, Mrz, 7. Muggia

Alleanza tra il Patriarca d'Aquilea ed il Conte di Gorizia contro i Veneziani

In nomine Christi amen Anno a Nativitate eius Millesimo, Ducentesimo Octuagesimo tertio undecime Indictionis in Contrata Sancti Clementis prope pontem Mugle sub quadam arbore oliue die dominico Septimo Intrante Marcio. Presentibus domino Aurno Episcopo ~~Castin~~ Tergestino, domino Benvenuto Episcopo Iustinopolitano et dominis manfredo de La turre preposito Sancti Odolrici Magistro Waltero Scolastico Ciuitatensi. Sifemanno plebano de Buia. Guidone plebano de Zirchlach, Marquardo plebano de Lawanth, Bertoldo plebano Sancti Stephani iuxta Ghilam et Ghebardo de Eberstain Notario domini Al. Comitis Goritie. Testibus et aliis multis Reuerendus pater et dominus. R. dei gracia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha pro se et ecclesia Aquilegensi ac Uniuersis et singulis Subditis coadiutoribus et fautoribus suis, ac vir magnificus atque potens dominus. Al. Comes Goritie pro se suisque heredibus et uniuersis et singulis subditis coadiutoribus et fautoribus suis uolentes se per vinculum Societatis et federis counire firmauerunt inter se, ac statuerunt contra venetos et contra quoslibet eorundem venetorum fautores et coadiutores esse unum et idem ac contra eosdem facere unam guerram et se ad inuicem adiuuare toto conamine toto posse nec facere pacem uel treuguam

aut guerram recredentem pacem uel concordiam aliquam cum dictis venetis eorumque coadiutoribus uel fautoribus, nisi de predictorum dominorum Patriarche et Comitis processerit uoluntate consilio et assensu. Saluo quod si aliqui subditi dicti domini Patriarche adherentes Venetis, redire uellent ad gratiam ipsius domini patriarche ipse possit eos recipere, dicto domino Comite minime requisito. Et econuerso dictus dominus Comes de suis subditis possit facere illud idem. ¶ Item si contingeret quod aliqua Ciuitas Castrum, villa, uel locus per uiolentiam caperetur uel sponte rediret ad mandatum ius predictorum dominorum patriarche, et Comitis semper sit saluum. Ad que omnia attendenda et obseruanda in omni causa, dominus Asquinus de Varmo in animam ipsius domini R. Patriarche et dominus Jacobus de Rogonia in animam dicti domini Comitis ad sancta dei euangelia corporaliter iurauerunt. ¶ Item iurauerunt ad sancta dei euangelia corporaliter in animabus propriis ad mandatum et requisitionem predicti domini Patriarche domini Benuenutus episcopus Justinopolitanus Manfredus prepositus sancti Odorici Franciscus de furre bono. Pilleus de prata. Franciscus de Porcillis Pertoldus de Castelrio liberi. Et domini Asquinus de Varmo, Nicolaus de Budrio, henricus de Portis de Ciuitate. Henricus de Clemona, folcherus de Sauornano. Meynardus de Flagonia, Rodulfus de Mels Odoricus de Schorfenberch hector de Sxopis. Articus de Moruzio et fantu de Manzano Ministeriales, quod si prefatus dominus

patriarcha non obseruaret et attenderet omnia et singula supradicta usque ad guerram finitam contra Venetos et coadiutores et fautores eorum cadat in penam infrascriptam duorum milium marcharum Aquilegensis monete. Et omnes et singuli iuratores predicti Domini Patriarche qui iurauerunt et qui iurabunt pro eo teneantur et debeant assistere predicto Domino Comiti et eius heredibus usque ad predictam guerram finitam. C. Item iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia corporaliter in animabus propriis ad mandatum et requisitionem predicti Domini Al. Comitis Goricie domini Jacobus de Regonia Monaldinus de Vinchenberch, Albertus de Grifenstain Wolkerus et Wolricus fratres de Rifemberch Wolricus de Flasperch Rapoto de Vuleinia et Uluinus de Gotenech quod si prefatus dominus Comes non obseruaret et attenderet omnia et singula supradicta usque ad guerram finitam contra Venetos coadiutores et fautores eorum cadat in penam infrascriptam duorum Milium Marcharum dicte Monete et omnes et singuli Juratores predicti Domini Comitis qui iurauerunt et qui iurabunt pro eo teneantur et debeant assistere predicto domino patriarche et ecclesie Aquilegensi usque ad finem guerre predicte. C. Item supradicti qui iurauerunt et qui iurabunt in animabus propriis pro domino patriarcha teneantur sub iuramentis prestitis et qui iurabunt sub iuramentis prestituris quod si memoratus dominus Patriarcha promoueretur ad maiorem dignitatem uel decederet si quod absit teneantur et debeant assistere predicto domino Comiti

et eius heredibus cum toto conatu exforcio, toto posse
usque ad finem guere predicte. Et econverso dictus
dominus Comes et eius heredes et omnes illi qui
iuraverunt et iurabunt pro eis, teneantur (et)* debeant
assistere Aquilegensi ecclesie et hominibus terre fo-
ri Julii usque ad adventum patriarche futuri
si tantum guera duraret. Adveniente quoque patri-
archa futuro Capitulum Aquilegense ac omnes
qui iuraverunt et qui iurabunt teneantur sub iu-
ramento prestito dare opem et operam bona fide
apud predictum patriarcham futurum, quod ipse
universa et singula supradicta inviolabiliter
observet, et faciat a suis subditis observari us-
que ad finem guerre predicte. Que si Patriarcha
futurus facere recusaret ipsi nichilominus teneantur
et debeant predicto domino Comiti suisque heredibus
assistere toto posse. Et econverso, teneantur et debe-
ant facere dicti domini Comitis heredes et ipsius iu-
ratores et qui iurabunt pro eo Aquilegensi# eccle-
sie et hominibus terre fori Julii, si quod absit
ipsum dominum Comitem decedere contingeret
de hac vita usque ad finem guere predicte. C. Item
promisit dictus dominus R. Patriarcha dare operam
bona fide quod infra Mensem postquam proxime erit
in terra fori Julii Capitulum Aquilegensis ecclesie
predicta omnia et singula approbabit et quod venera-
biles patres domini Folkerius Concordiensis et Gli-
nus Tergestinus[1] Episcopi et domini Bernardus deca-
nus Civitatensis philippus prepositus Sancti Stepha-
ni Aquilegensis Articus de Castello, dictalmus et Hen-
ricus fratres de Villalta Articus de Porcellis vel

1) vide supra „Testin' tristino" * perduto per una lacuna.

Gabriel frater eius unus illorum de pulcinico unus illorum de Strasolt, Gualterus pertoldus de Spinenberch, fratres de Varmo, fratres de Pinzano, Johannes de Guccula Volricus de Tricano, Guillemus de Venzono de Communitate Civitatis Aquilegensis, Picossius, Razo et Olivettus, de Communitate Civitatensi, dominus Girardinus, Johannes longus, franciscus de Orzono et Contius Birbizi, de Communitate Utini Dionisius, pedrussius, Ozellutus et magister Rizardus, de Communitate Clemonensi Jacobus basadonna et Guttus Ciroli, de Communitate Portus gruari dominus henricus squara, de Communitate Sacili Tolbertus de Topalich et Apollonius iurabunt omnia et singula facere et implere que iuraverunt supradicti iuratores prefati domini R. patriarche. Et econuerso illud idem teneantur facere qui adhuc iurabunt pro domino Comite supradicto. Item promisit memoratus dominus Patriarcha pro se suo nomine et nomine Aquilegensis ecclesie. quod quandocunque predictus dominus Comes ad petitionem et requisitionem predicti domini Patriarche veniet vel mittet in eius et Aquilegensis ecclesie subsidium ad partes Istrie vel fori Julij contra Venetos supradictos et eorum sequaces. ipsi domino Comiti *. ?) et suis, teneatur prout melius poterit in victualibus providere. Et idem dominus Comes in partibus Istrie et fori Julii econverso teneatur facere illud idem dicto domino patriarche et suis, si eum in suum subsidium contigerit evocari. Pro quibus omnibus attendendis

*) nella plicatura — come ogni de ꝙ in eius et aquilegensis" — „facere illud"

et obseruandis predictus dominus R. Patriarcha
pro se suo nomine et nomine Aquilegensis ecclesie
et dictus dominus Al. Comes Goritie pro se suisque
heredibus ad penam duorum milium Marcharum
Aquilegensis monete se adinuicem sollempniter
obligarunt. Qua pena soluta uel non, predicta
omnia et singula nichilominus obtineant ple-
num robur. ¶ Item predicti domini patriarcha et
Comes, sic adinuicem fuere concordes, quod portus
eorum omnes et aque debeant claudi. Et quod qui-
libet ipsorum bona fide sine fraude non debeat dare
uel concedere Mercatum aliquod in rebus aliquibus
quocumque nomine censeantur predictis venetis et
eorum subditis et coadiutoribus uel fautoribus eo-
rundem neque per se neque per subditos suos per
terras uel districtus ipsorum. Et econuerso non reci-
pere mercatum aliquod ab eisdem Et si aliqua persona
de Terris uel districtu dictorum dominorum Patriarche
et Comitis inuenta fuerit dare uel concedere* Merca-
tum uel res aliquas venetis supradictis aut subditis
fautoribus uel coadiutoribus eorundem uel recipere
ab eisdem puniatur in omnibus rebus suis Ad maio-
rem autem huius rei euidentiam et etiam firmita-
tem, memorati domini R. Patriarcha et Al. Co-
mes Goricie Instrumentum presens fecerunt Sigil-
lorum suorum pendentium munimine roborari :;

✝ Ego Johannes de Luprico sacri Imperii publicus
Notarius hiis presens interfui et rogatus scripsi in
formam publicam reducendo. :;

la, * è posto in una rasura e ha una lingua molto lunga, ————

1288. 22 Decembre. Aquileja. Raimondo patriarca di Aquileja conferma l'erezione della cappella di S. Maria in Münkendorf.

Raymundus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha dilecto sibi in Christo Siurido de Menkendorf salutem et benedictionem in domino. Iustis fidelium nostrorum peticionibus dignum est nos facilem prebere consensum et ea que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Pro parte siquidem tua porrecta nobis peticio continebat, quod cum tu ruralem capellam sancte Marie in Menkendorf plebis de Stayn, in qua propter nimiam ipsius distanciam a matrice ecclesia dicte plebis raro divina fiebant officia, cum quatuor mansis sitis in villa ipsa de Menkendorf, ut cum eorum redditibus sacerdos unus pro divinis officiis faciendis ibi continue valeat residere dotaveris ac unum mansum in Newel dederis dicte plebi, discretus vir carissimus nepos noster Mayfredus de la Turre plebanus plebis eiusdem capellam ipsam a plebe eximens memorata ius patronatus tibi tuisque heredibus utriusque sexus in eadem capella concessit, capellam dumtaxat institucione in illa sibi suisque successoribus reservata. Nos igitur tuis et eiusdem plebani devotis supplicacionibus inclinati dotem exempcionem et concessionem huiusmodi de liberali gratia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum presentem nostre confirmacionis paginam infringere liceat vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et gloriose virginis matris eius se noverit incursurum. Datum Aquilegie, X° exeunte decembre, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, prima indictione.

Originale in pergamena, il sigillo del patriarca pende ad un nastro di canape.

1292. 13 Giugno. Cividale. — Raimondo patr. d'Aquileja sciolto dalla scomunica, a tenore dell'arbitrato - - - - restituisce ad Alberto conte di Gorizia la villa di Barbana nell'Istria.

R. dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha nobili et potenti viro dilecto fideli et amico suo Al. comiti Goricie dilectionem sinceram. Nobilitati vestre tenore presentium pollicemur, quod obtento absolutionis beneficio super excommunicatione, qua nunc tenemini alligati, vobis villam Barbanum sitam in Istria secundum formam arbitrii lati per nobiles viros dilectos fideles et ministeriales nostros Henricum de Pisino, Walterum Bertholdum de Spenygemberch, Hugonem de Duino et Iohannem de Cucula inter nos ex una parte et vos ex altera concedemus, nolentes quod occasione huiusmodi excommunicationis super concessione ipsa vobis in futurum valeat preiudicium aliquod generari. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras vobis concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Civitate, XIII° intrante iunio, quinte indicionis.

Originale, il sigillo manca.

1293. 1 Aprile. Udine. Raimondo patriarca di Aquileja dà pieni poteri a Corrado arcivescovo di Salisburgo per trattar di alcune affari a nome suo col Re di Boemia ed Ottone Conte Palatino.

Venerabili in Christo patri et amico karissimo domino Conrado dei gracia Salzeburgensi archiepiscopo Raymundus eadem gracia sancte Aquilegensis sedis patriarcha salutem et sinceram ac affectuosam ad omnia eius beneplacita voluntatem. Cum de vobis non aliter quam de nobis ipsis immo sicut de patre et amico specialissimo et domino plenius confidamus, paternitati vestre confidentia pleniori[1] committimus per presentes nostras litteras speciales, ut in colloquio et tractatibus habituris inter nos et inclitum dominum.. regem Boemie ac virum magnificum dominum O(ttonem) comitem palatinum Reni ducem illustrem Bawarie amicos nostros karissimos in dominica proxima, qua cantatur misericordia domini, vice ac nomine nostro tractare ac facere valeatis ea, que nos ipsi si presentes essemus facere valeremus, iuribus tamen Aquilegensis ecclesie semper salvis. In cuius rei evidentiam presentes litteras nostras patentes inde fieri iussimus, sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum Utini, primo intrante aprili, anno domini M° CC° LXXXXIII°, VI° indictiones.

Originale in pergamena, il sigillo del patriarca pende ad un nastro di seta rossa. Vienna archivio di Stato Repert. XI

[1] sic

1299. — Alcuni nobili del Friuli scrivono ad Alberto I.° Imperatore (1298–1308) a voler togliere i danni loro fatti dal defunto patriarca d'Aquileja (Raimondo della Torre; v. nota 1.)

Zwischen ~~1298~~ 1299 und 1308
c. 1306.

Artricus de Castello und Genossen bitten den König Albrecht, sie durch den Grafen Albert von Görz in ihren Besitzungen und Gütern in Friaul gegen die ihnen durch den Patriarchen von Aquileia und dessen Neffen zugefügten Unbilden und Gewaltthätigkeiten schützen lassen.

Orig. Perg. mit 11 Siegeln (2, 4, 6 wenig, 8 u. 11 stark beschädigt, die übrigen erhalten.)

Magnificentissimo, excellentissimo ac vitoriosissimo domino ~~eorum~~ domino Alberto suis preclaris meritis divinaque ~~procuratione~~ procurante clementia Romanorum regi inclito semperque augusto et in toto terrarum orbe collendo quam plurimum ac maiestatis imperialis devotus Artricus de Castello, Dietalmus de Villalta et nepotes ipsius de Villalta Johannes de Vronsperch Odorlicus et Gabriel de Strasoldo, Fredericus de Varmo, Fredericus de Prampergh, Henricus de Prampergh, Tomasius de Pertinstang*, Nicholaus et Henricus de fratres de Budrio et nepotes, Mainardus et Fredericus de Villalta, Henricus marsalcus de Tricano et nepotes ipsius, Odorlicus et Ingelpretus de Chuchanea Simonus de Valvesono, Doringus de Mels et nepotes ipsius, Fredericus et Walterius, Bertoldus fratres de Pers, Leonardus et fratres de Bragacho omnes ~~nostri~~ vestri devoti et fideles ad schabellum pedum suorum pronni in terram

* stang steht über (dem Durchstrichenen) ~~gnan~~.

Cogit nos multiplex anxietas exordium vobis preponere mestum, quia non potest in hoc tenate stillus habere inicium nisi a gemitu cordis paternitati ac sanctitati et dominacioni vestre presentibus literis volumus fieri manifestum et conquirimur vobis tamquam patri et domino, in quo totam fiduciam nostram gerimus et spem, videlicet de obliquis et violentiis nobis in terra Fori Julii per dominum patriarcham et nepotes factis id est quod bona nostra et raciones nostras detinuerunt iam diu et detinent contra dei iusticiam et eciam castra et violencias terre Fori Jullii que et quos consueverant in manibus fidelium ecclesie aquilegensis permanere, in manibus Forensium sunt posite. Id circo non modicum dubitamus set in toto, quia in vita ipsius domini patriarce aquilegensis aut post decessum suum, ipsi Forenses possent dicta castra et raciones ecclesie aquilegensis in manibus alienorum totaliter holigare, quod ecclesia aquilegensis et tota terra Forijulii magnum substinerent dampnum pariter et defectum; ceterum vestre sanctitati ac paternitati denotamus quod idem dominus patriarcha omnes mutas reduplavit et de novis sicut ei placuit fecit mutas, et iterum sciatis quod in stratis et in viis terre Fori Julii interfecti et robati veniunt merchatores transseuntes per predictas et nulla inde fit racio, unde vos dominus noster estis et

pater. Nos vero[stre] devoti sumus et fideles et que habemus in terra ~~Austria~~ a vestra sanctitate paternitate et dominacione cognoscere volumus et proposuimus et raciones et castra que habet ecclesia aquilegiensis et decimaciones hab[be]at a corona et ideo a vobis et a santitate vestra cognoscere volumus predicta. Idcirco vestram suplicamus paternitatem et potentiam quatenus vestrum nuncium aut vicarium ad partes Foriiulii dignemini destinare qui constringat* castra et raciones ecclesie aquilegensis in bono statu** et in bono permaneant statu et eciam ecclesia aquilegensis et nostra iura in terra Foriiulii nullum sustineant dapnum (!) pariter et defectum et hoboc*** no[ve]stram suplicamus clementiam ac paternitatem quia si* de vestro non procedet auxillio et favore, ecclesia aquilegensis nos pariter cum ipsa magnum substinebimus dampnum et defectum unde cum supradicta sanctitati teneamini de iure et nos vobis hobligati sciamus suplicamus clemenciam vestram ut nostris precibus et amonicione[re] et sicut vobis tenemur predicta conducere dignemini ad bonum effectum. Ceterum vos tamquam patrem et dominum suplicamus sanctissimum ut vestre dignitati placeat nos in dominum Alpretum comitem Goricie dominum nostrum recommendare ut nos loco vestri protegat ac a supernis custodiat nos et defendat. Et quidquid Fredericus lator presentis vestre nobilitati retulet aut dicet ex parte nostra tamquam

* eingeschaltet

** am Rande nachgetragen

*** = ob hoc

* eingeschaltet

ex ore nostro vobis prolatis ei fiduciam credul-
lam adhibere dignemini // Fr(ater)ancicsus Ri-
pe rupte.

1299, 14. August. Sul Pradatinis

I Procuratori del Patriarca d'Aquileja, delle Comunità di Cividale, Udine e Gemona ed i Nobili promettono pagare al Conte di Gorizia alcune somme di danari a lui promesse nella pace con lui firmata in detto mese.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die quarto decimo intrante augusto in prato de Pradatinis presentibus: magnifico viro domino Girardo de Camino ciuitatis Teruisii capitaneo generali et domino Riçardo eius filio, dominis Tolber..o de Camino, Asquino et Federico fratribus de Va(r)mo, Nicolao de Budrio, Weçelone de Pratta, Fulchero de Sauorgnano, Wernardo de Lauçana et aliis, cum inter magnificum virum dominum Henricum illustrem comitem Goricie pro se et suis coadiutoribus et amicis ex parte una et dominos Henricum de Portis, Guilelmum de Scarleto et Musattum de ciuitate procuratores et sindicos comunitatis ciuitatenses prout in quadam instrumento in confecto manu mei Antonii notarii infrascripti sub eisdem anno et indictione die uero undecimo intrante augusto plenius continetur; dominos Constantinum, Renoardum et Pirucium de Utino procuratores et sindicos comunitatis Utinensis prout in quodam instrumento in confecto manu Odolrici de Utino notarii sub eisdem anno et indictione, die uero terciodecimo intrante augusto plenius continetur et Pernardum Betan et Clericum Crefanis de Clemona procuratores et sindicos comunitatis Clemone prout in quodam instrumento in

confecto manu Bartholomei de Clemona notarii sub eisdem anno et indictione, die uero vndecimo intrante augusto plenius continetur pro se et eorum coadiutoribus et amicis ex parte altera pax et concordia fuerit celebrata et facta ibidem prout in quibusdam instrumentis in confectis manibus predictorum Odolrici et Bartolomei ac mei (Antonii) notariorum plenius continetur, facta dicta pace et occasione ipsius pacis ibidem dominus Fulcherus filius olim domini Rodulfi de Sauorgnano procurator venerabilis viri domini Johannis canonici Ferentinensis reuerendi patris domini P.[etri] dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche vicarii generalis prout in quodam instrumento in confecto manu mei Antonii notarii sub eisdem anno et indictione, die uero tertiodecimo intrante augusto plenius continetur procuratoris nomine supradicto promisit et pacto conuenit hinc ad festum beati Martini proxime venturum dare dicto domino comiti trecentas triginta quatuor marchas denariorum Aquilegensium obligando ad hoc bona patriarchatus Aquilegensis ecclesie de uoluntate et consensu predictorum sindicorum et aliorum nobilium virorum terre Fori Iulii qui erant ibidem. Predicti uero sindici dictarum comunitatum promiserunt etiam dare eidem domino comiti residuum de quingentis marchis videlicet centum et sexaginta sex marchas denariorum Aquilegensium usque ad terminum supradictum obligando ad hoc bona comunitatum ipsarum.

[S.T.] Et ego Antonius Ciuitatensis imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

[S.T.] Et ego Oldolricus de Vtino imperiali auctoritate no-

tarius predictis omnibus interfui et rogatus me subscripsi.

Orig. Pergam. im k. u. k. Haus-, Hof- u. Staatsarchive, Wien

1301 Juli 5. *Sul prato di Campoformio.*

Parlamento, sede vacante per la nomina del Capitano generale che viene eletto nel Conte Enrico di Gorizia colle condizioni esposte dal Capitolo d'Aquileja (1301 2 Luglio)

In Christi nomine amen Anno a nativitate eiusdem
Millesimo Trecentesimo primo Indictione quartadecima die
quinto intrante Iulio in prato Campiformij penes Eccles,
iam Sancti Canciani Aquilegensis diocesis presentibus do,
minis Blasutto mansionario Aquilegensi Benvardo de
Iustinopoli cive Aquilegensi, Odolrico et Conrado de S.
Vito Notariis, Leonardugio hospite de Civitate, Stepha,
no de stautis de Glemona et aliis multis testibus voca,
tis et rogatis. Convocatis legittime et congregatis solemp
niter super infrascriptis ibidem ad generale Coloquium
Sancte Aquilegensis ecclesie Patriarchali Sede vacan,
te per obitum bone memorie domini Petri Patriarche Aqui,
legensis prelatis liberis et ministerialibus terre foriIulii
videlicet venerabilibus viris dominis Alberico et Rodulfo Ca,
nonicis Aquilegensibus procuratoribus et sindicis in hac par,
te pro Reverendorum virorum dominorum Leonardi Decani
et Capituli predicte Aquilegensis ecclesie vacantis prout con,
stitit per publicum instrumentum factum in forma publica
manu Philipini Brugni de Mediolano Notarii et robora,
tum pendenti Sigillo dicti Capituli et in dicto colloquio lec,
tum atque ibidem in omnibus et per omnia aprobatum a
Nobilibus et potentibus viris dominis Guidone de Villalta
vicedomino Philipono de la turre et Guarnero de Cucania
Canonicis Aquilegensibus quorum quidam ex ipsis non
interfuerant Capitulo dum factum fuerat procuratorium
supradictum ac Religiosis viris dompnis+ Iohanne Abbate

+ pro domini dominis

Monasterii Rosacensis, Viviano monacho et procuratore
domini fratris Bertoldi Abbatis Mosacensis prudentibus
viris dominis+ Guarnero de Galgiano Civitatensis Guizemanno
de flagonia Sinensis ecclesiarum Canonicis Illustri domino
Henrico Comite Goricie et Tirolis Magnifico domino Gerardo de
Camino ac Egregio milite domino Rigardo filio eius Civita-
tum Tervisij feltri et Bellunensis++ et earum destrictuum
Capitaneis generalibus Nobilibus et potentibus dominis
Arturico de Castello hugone de Duino federico de prambereg
et Nicolao de budrio militibus dominis Pelgrio+++ de Prata
Odolrico de Strasolt francischo de Rinarotta, federico et
Johanne de villalta Leonardagio de bragacho, necnon
Meynardo et Jacobo civibus et ambaxiatoribus Communis
Aquilegensis et aliorum multitudine copiosa ad honorem
dei beate Marie virginis, Sedis apostolice et Ecclesie Aqui-
legensis atque ad reformacionem et defensionem honoris et
iurium dicte Aquilegensis ecclesie et tocius terre fori Iulij
deligenti deliberacione habita et tractatu per dictum par-
lamentum seu colloquium prefatus dominus Henricus Co-
mes unanimiter et concorditer creatus et factus fuit gene-
ralis Capitaneus tocius patriarchatus eiusdem Aquilegen-
sis ecclesie vacantis sub forma modo, pactis et condictionibus
qui in dicto procuratorio Aquilegensis Capituli continentur
Qui dominus Capitaneus in continenti dato igitur ex com-
missione dicti colloquij sacramento predictum dominum
Leonardagium de Bragacho, acceptando predictam promisit
et iuravit corporaliter ad sancta dei Evangelia dictum
Capitaneatus officium sicut superius est expressum. Tenor
autem procuratorij talis erat. In Christi nomine amen
Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Trecentesimo pri-

+ dnis ++ Bellun +++ ~~sic pro Pelgrino~~ ?

Indictione quartadecima die dominico secundo intrante Iulio in Capitulo maioris ecclesie aquilegensis presentibus Ulrico Nepote quondam presbiteri Conradi Mansionario Aquilegensis ecclesie cive Aquilegensi Henrico clauisellario eiusdem ecclesie Egidio de Palmada seruitore infrascripti magistri Rodulfi Aquilegensis Canonici, Micignotto Campanario Cortisio seruitore Capituli Aquilegensis et Aliis testibus rogatis. Conuocato et congregato ad infrascripta Capitulo eiusdem Aquilensis ecclesie videlicet venerabilibus viris dominis Leonardo vicedecano suo nomine et nomine et vice dominorum Guidonis de villalta vicedomini et Guarnerij de Cucania Canonicorum Aquilegensium quorum vices gerebat Philippono de La turre suo nomine ac nomine et vice dominorum Manfredi et Lombardini de La turre aquilegensium Canonicorum quorum vices gerebat Castono Napino et Raynaldo de La turre Alberico de Bononia Laurengutto de Ciuitate, Rodulfo de Cremona suo nomine ac nomine et vice presbiteri Guarnerij de Ciuitate Canonici Aquilegensis cuius vices gerebat Aquilegensibus Canonicis, predicti Canonici et Capitulum suo nomine et nomine et vice dominorum Bernardi decani Ciuitatensis et Lodoici de Ciuitate Canonicorum Aquilegensium qui ipsi Capitulo in hac parte commiserant vices suas ac nomine vacantis Aquilegensis ecclesie deliberacione prehabita diligenti atque tractatu fecerunt, constituerunt, et ordinauerunt suos certos nuncios et procuratores et sindicos speciales, predictos dominos Albericum et Magistrum Rodulfum Concanonicos suos, utramque eorum in solidum, ita quod non sit pocior condiccio occupantis et quod unus inceperit alius mediare valeat et finire. Sibique mandauerunt et commiserunt

vices suas sub hac forma · Nos Leonardus vicedeca,
nus Philipponus Castonus Napinus Raynaldus et Lau,
rencius Canonici et Capitulum Aquilegensis ecclesie
nostro nomine et vice confratum nostrorum qui vices
suas et voces super infrascriptis nobis commississe noscuntur ac
nomine et vice Aquilegensis ecclesie nunc vacantis
Attendentes diligenti tractatu prehabito cum propter
vacacionem diutinam Aquilegensis ecclesie guerris et
Tirrampniis terra homines et iura ipsius Aquilegensis
ecclesie destruantur quod infrascripta utilia sunt et neces,
saria ipsi Aquilegensi ecclesie vobis dominis Alberico et
Rodulfo confratribus nostris Aquilegensibus Canonicis
committimus et mandamus quatenus in generali collo,
quio die mercurii proxime subsequenti in Campiformio
habituro et cum ipso colloquio apostolice Sedis et lega,
torum eius beneplacito in omnibus semper salvo facien,
tes Capitaneum Patriarchatus Ecclesie Aquilegensis
Magnificum et potentem dominum Henricum Illustrem
Goricie Comitem eo tenore quod ipsum Capitaneatus offici,
um finiatur et finitum intelligatur quam cito Patriarcha
intraverat terram fori Julii vel Patriarchatus predicti per
se vel suum vicarium ac constituentes sibi pro quolibet
mense quo durabit ipsius Capitaneatus officium sallari,
um Mille librarum veronensium parvulorum solvendarum
per vicedominum de bonis ecclesie Aquilegensis pro rata
temporis quo durabit idem officium faciatis ibidem ipsum
iuxta morem in hiis actenus observatum iurare ad sancta
dei Ewangelia pro bono statu et honore patriarchatus et Aqui,
legensis ecclesie subditorum eiusdem ecclesie tenere stratas
securas ac omnes qui fuerint in dicta terra fori Julii et ce,

clesie Aquilegensis a violenciis defendare et mandare execu
cioni que per nos et vicedominum ordinata fuerint seu etiam
iudicata et alia que pertinere ad eiusdem Capitaneatus of-
ficium dinoscuntur, ac non diminuere set (sic) pocius augmen-
tare suo posse Jura et honores aquilegensis ecclesie et re-
ducere sine mora uel lite cum omni diligentia et potenta-
tu (sic) suo in manibus et potestate Capituli, Castra et fortili-
cia aquilegensis ecclesie. In manibus uero et potestate
vicedomini uel Capituli Gastaldias, Mutas et officia spec-
tancia ad vicedomini ipsius officium, que occupata sunt et
detenta per quascunque personas collegia uel uniuersita-
tes a die quo dominus Petrus Patriarcha aquilegensis decessit
facimus namque quo supra nomine uos et uestrum quem-
libet in solidum procuratores et sindicos speciales cum ple-
naria potestate, ratum habituri et firmum perpetuo quic-
quid per uos uel alterum vestrorum factum et dictum fuerit
in hac parte. Sub obligacione bonorum Aquilegensis
ecclesie. Mandauerunt quoque idem Vicedecanus et Capitulum
mihi Notario infrascripto quod de hiis unum et plura pos-
sim et debeam conficere publica instrumenta Sigilli pen-
dentis Capituli munimine roboranda. Ego Philipinus Brug-
nius mediolanensis Imperiali auctoritate Notarius hiis
omnibus interfui et rogatus scripsi.

S.N. Ego Jacobus filius quondam Jacobi domini Coggi
de Aquilegia Imperiali auctoritate publicus Notarius
predictis interfui et rogatus scripsi.

1301. 5 Agosto. Cormons. — Ottone di Nonpareis dichiara di essere entrato al servizio di Enrico conte di Gorizia e promette aiutarlo contro i Conti di Ortenburg.

Ich Otto von Muonparis veriehe an disem prife allen den die in sehent oder lesen horent, daz ich des edelen und des hohen grafen Heinrichs von Görtz getriwer diner worden pi[x] Ke[1] dem von Ortenburch und vleizchlich cewarten[2] mit leuten und mit gûte und im und den seine meine purge unde veste ouf ce tûn, swa er des gerûcht und bedarf und mich nimmer verrichten noch sûnen wil an mit seinem rate und mit seinem wizzen. und mit seinem gûtem willen. Daz dicze war und stete sei, des sint gezinge her Houg von Dewegz, her Heinrich Fulin, her Heinrich der chamrer von Görz, her Gerold der Rouch, Rûdolf von Scharffenberch, Ulrich von Gûtemwerde und darzû dirre prif mit meinem hangendem insigel. Der prif ist geben dace Cremoun in dem stadel in meins herren chammer, nach Christes geburt tousent jar dreu hundert jar und darnach in dem elften ersten jare. an sande Oswaldes tage.

[1] = gegen
[2] = gewarten

Originale. Il sigillo manca.

1301, 14 Agosto. Moggio.
Fratellanza fra il Monastero di Moggio e quello di Millstatt dichiarata dall'Abate e Monastero Mosacense.

1301, 14 August.

Confraternität zwischen Mosach und Millstatt.

In nomine Jesu Christi amen. Ne ea que aguntur sub tempore per oblivionis defectum ab humana memoria deciderent, statuit ea antiquorum providencia littere testimonio perennari. Hinc est quod nos Bertoldus divina gracia abbas monasterii Mosacensis et totus ibidem conventus tam presencium memorie quam futurorum noticie inculcamus, quod cum religionis sacer ordo principaliter hoc exigat et requirat, ut sub eo militantes persone consolacionibus invicem se preveniant et portantes alter alterius onera mutuum sibi exibeant officium caritatis. Nos quoque sencientes a domo Omnium Sanctorum in Millistat nos fraterne pie ac amicabiliter sepius consolatos omnium nostrorum voluntate consensu et consilio accedente inter domum predictam et nostram perpetuam inire decrevimus amicicie unionem per quam inter nos et fratres predicti loci firma fraternitas semper vigeat et indissolubilis nexus caritatis et amicicie perpetuo observetur. Statuimus igitur ut quicunque de fratribus antedicti loci cum litteris sui abbatis ad nos et locum nostrum declinaverit, stallum in coro locum in refectorio in dormitorio et equam porcionem in prebenda in remediis oblacionibus et quibuscunque consolacionibus sorciatur, nobiscum quamdiu de voluntate sui abbatis fuerit permansurus. Ut

igitur hec predicta robur obtineant perpetue firmitatis presentem litteram sigilli nostri et conventus munimine iussimus communire in evidens testimonium et cautelam. Acta sunt hec sub anno domini millesimo trecentesimo primo quartadecima indictione, die quartodecimo intrante Augusto.

1304. 17 Marzo. Pisino. — Enrico conte di Gorizia per ricevute marche di den. aquil. 84 e 46 soldi dà in pegno ai fratelli Nicolò e Filippo q. d. Gebardo di Rasburgo la villa di Novaco presso Wodizg.

doc. XC

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quarto indicione secunda, XVII intrante marcio, in castro Pysini, ante cameram domini comitis, presente domino Chastmanno capitaneo Pysini, Volkero de Senoseshach, Adelane de Valchenstein, Jenslino de Swarcenberch, Henzlino Chrotendorfario, Winthero de Pysino et aliis. Ibique magnificus vir et potens dominus Henricus illustris comes Goricie confessus et contentus fuit se ex causa mutui habuisse et recepisse marcas denariorum Aquilegiensium solidorum octuaginta quatuor et solidos XLVI a Nycolao et Philippo fratribus filiis quondam domini Gebhardi de Ratzpurch*, excepcione sibi non date et non ma- ~~marca ta pa~~ nualiter numerate et omni suo iuri omnino renuncians. Quas ~~rola renuncians~~ quidem octuaginta quatuor marcas et XL VI solidos dictus dominus comes per se suosque heredes dictis Nycolao et Filippo et eorum heredibus dare et solvere promisit, quando per eos fuerit requisitus. Et ad huius debiti securitatem plenius faciendam dictus dominus comes obligavit et in pignore posuit predictis Nycolao et Philippo totam et integram villam suam Novatum prope Wodicz cum mansis terris campis pratis silvis nemoribus pascuis venacionibus et cum omnibus suis et racionibus et cum omni iure et accessione usu seu requisicione et cum omnibus suis pertinenciis et iurisdictionibus dicte ville et eidem domino comiti pro ea modo aliquo pertinente, tali namque condicione et pacto inter eos habito et firmato, quod dicti Nycolaus et Philippus et eorum heredes teneant, possi-

deant et gaudeant in festo beati Georii proximo veniente annuatim cum omnibus suis pertinenciis, ut predictum est, veluti dominus comes predictus personaliter faciebat, quousque idem dominus comes vel sui heredes solverit integre dictis creditoribus vel eorum heredibus peccuniam supradictam, ita quod non liceat predicto domino comiti vel alicui suo nomine accipere aliquid post dictum festum beati Georii nec aliquid servicium sibi facere fieri a massariis ibidem, donec solverit nominatas LXXXIIII marcas et solidos XLVI. Promisit etiam dictus dominus comes predictus creditoribus et eorum heredibus dictam villam cum omnibus suis pertinenciis ab omni

1.) sic homine et persona defendere et disbigare[1] et non contrafacere vel venire aliqua occasione vel exceptione sub pena tercii plus dicti debiti. Dampna et expensas que vel quas dicti creditores propter hoc fecerint vel sustinaverint vel eorum heredes promisit integraliter resarcire. Preterea dictus dominus comes promisit de isto debito non probare finem pactum remissionem solucionem in parte vel in toto nec aliquid aliud,

1.) sic. ~~q~~ quo probare minus[1] ad solutionem huius debiti teneatur, nisi per hanc cartam sibi redditam seu cancellatam et quandocumque ante festum beati Georii dicti denarii persoluti fuerint, tunc ipsa villa cum utilitate sua ad ipsum dominum comitem revertatur.

S. Ego Berhtoldus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et de mandato dicti domini mei comitis scripsi et roboravi et ad maiorem cautelam dictus dominus comes iussit ipsam cartam sui sigilli munimine roborari.

Originale. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.
Il documento è annullato mediante due tagli.

1304. 14 Settembre, Gorizia. Alberto conte di Gorizia conferma la la donazione al monastero di Rosazzo di mansi a Topogliano e Jamiano fatta da suo fratello Enrico per un anniversario del padre. ~~Do~~

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quinto, indictione
tercia, die tercio exeunte mayo, presentibus nobilibus viris dominis Raulo de
Goricia, Walchono de Goricia, Osalcho de Castronovo, Vlrico de Luone, Nicolao
scriba infrascripti domini comitis Goricie et Rasilo de Goricia testibus ad hoc
vocatis et rogatis et aliis pluribus fidedignis. Magnificus vir dominus Albertus
illustris comes Goricie per se suosque heredes de certa scientia datam tradi-
cionem, cessionem et resignacionem per magnificum virum dominum Heinri-
cum illustrem comitem Goricie fratrem suum pro remedio anime felicis memo-
rie domini Alberti patris eorum factas venerabili viro domino Johanni abbati
monasterii Rosacensis nomine suo et dicti monasterii recipienti de advoca-
cia, quam habeat¹ super novem mansos et medes eiusdem monasterii sitis
in villa Topolani et super octo mansos eiusdem monasterii sitis in villa
de Jamicho, prout infrascripto instrumento inde confecto manu mei notarii
sub anno domini millesimo CCC° quarto indicione secunda die quartodecima¹
intrante mense septembre plenius continetur, confirmavit ratificavit
et in omnibus et per omnia approbavit. In cuius rei evidenciam et stabilem
firmitatem presens instrumentum sui sigilli pendentis iussit munimine
roborari. Actum in Goricia super pallacio castri ipsius domini comitis.

Et ego Franciscus filius Pelegrini de Cornu imperiali auctoritate nota-
rius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Codice 72 (continuazione) f. 79.

¹sic.

1304. 14 Settembre. Gorizia. Enrico conte di Gorizia fonda un anniversario nel monastero di Rosazzo per il padre suo Alberto da poco sepolto nella chiesa di S. Pietro di quel luogo, donando alcuni mansi in Tapogliano e Jamnico.

In Christi nomine amen. Anno domini M° CCC° quarto, indictione secunda, die quartodecimo intrante mense septembre, presentibus nobilibus viris dominis Andrea de Chyemna, Paulo et Pelegrino de Goricia militibus, domino Folchero Solosencha, domino Walchone de Goricia, domino Vosalcho de Castronovo, Rasilo de Goricia, Carsmano de Mossa, Ossalcho de sancto Floriano et Vintero de Pisino testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis pluribus fide dignis. Magnificus vir dominus Henricus illustris comes Goricie pro remedio anime felicis memorie domini Alberti quondam patris sui aput ecclesiam sancti Petri monasterii Rosacensis sancti Benedicti noviter sepulti et pro eius aniversario singulis annis in perpetuum fiendo in eodem monasterio ut moris est, de certa scientia tanquam maior et senior nomine suo et magnifici viri domini Alberti illustris comitis Goricie iunioris fratris sui per se suosque heredes dedit tradidit cessit[1] et resignavit venerabili viro domino Iohanni abbati monasterii Rosacensis pro se et conventu eiusdem monasterii[1a] sitis in villa Tapalam, quorum unus regitur per Stephanum monasterii decanum, secundus regitur per Matheum, tercius ~~regebatur~~ quondam regebatur per Zazulum, quartus regebatur per Scisinutum, quintus regebatur per Zuzulinum Moran, sextus regebatur per Cuzotum, septimus regebatur per Danielem, octavus regebatur per Conpagine, nonus regebatur per Benedictam dictam Castuncha, decimus regitur per Mattuissium dictum Kathathinum et super octo mansos eiusdem monasterii sitis[2] in villa de Jamnicho, quorum unus regitur per Tunicam decanum dicti monasterii Rosacensis, secundus quondam regebatur per Hermannum senem, tercius regebatur per Brunetum, quartus regebatur per Micuelem, quintus regebatur per Manfredum, sextus regebatur per Iohannem Cheter, septimus regebatur per Gregorium, octavus regebatur per Vlricum

Generium, ad habendum tenendum possidendum utendum fruendum
et ex illa omnem eorum utilitatem et voluntatem deinceps perpetuali-
ter faciendum sine contradictione indedicione aut inpedimento predicto-
rum dominorum comitum vel suorum heredum aut alterius cuiuscum-
que persone cum omni iure accione usurequisicione servitute dominio et
honore comodo et utilitate sibi ex[3] dicta vel propter dictam advocaciam[4]
aut ad ipsam advocatiam iure quocumque spectantibus vel pertinen-
tibus de iure vel de facto, hoc tamen salvo, quod si aliquo tempore contige-
rit super ipsis bonis aliquod maleficium[2] fieri, propter quod malefacto-
ris personam sentencialiter debet admittere, discussa tamen questione[5] co-
ram officiale monasterii supradicti, idem officialis dicti monasterii
eundem malefactorem bona fide sine fraude si eum habuerit, per cingu-
lum dare teneatur officiali domini comitis Goricie, ut de illo faciat iusti-
ciae[6] complementum bonis ipsius malefactoris integraliter remanentibus
super territorio ipsius monasterii, super quidem malefactor residerat, sive
domino abbati et monasterio supradicto, de quibus bonis dominus comes
Goricie vel eius officialis vel alia conveniens persona se intromittere non
valeat ullo modo. Si vero eum non habuerit, tunc officialis domini co-
mitis Goricie valeat eundem malefactorem investigare capere et punire
secundum meritum rationis et secundum quod eius malefacta exige-
rint, remanentibus bonis ipsius malefactoris monasterio supradicto, ut
superius continetur. Quam quidem advocaciam idem dominus comes se
nomine dicti monasterii precario constituit possidere, donec prefatus
dominus abbas dicte advocacie tenutam intraverit et possessionem acce-
perit corporalem, quam accipiendi auctoritate V prefatus dominus comes

propria et inse retinendi deinceps eidem domino abbati

licenciam omnimodam contulit, promittens prefatus dominus comes
pro se suisque heredibus cum obligacione omnium bonorum suorum mobilium
et inmobilium presencium et futurorum et omnium dampnorum interesse ac
expensas[2] licitas[2] et extra refeccionem[3] eius monasterii Rosacensis dictam
advocaciam omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma
grata et rata habere atque tenere attendere et observare ipsamque advoca-
ciam eidem monasterio Rosacensi ab omni homine universitate collegio
ecclesia et persona in racione legittime defendere manutenere warentar-

auctorizare ac in solidum subrigare nunquam autem contra premissa vel ipsorum aliquem per se vel alios dicere facere vel venire racione aliquo dolo ingenio ingratitudine sine causa de iure vel de facto sub pena dupli valoris dicte advocacie, ut pro ~~ponte~~ tempore plus valuerit vel meliorata fuerit minus quinque solidis Veronensium parvulorum per singulis capitulis stipulacione premissa, que tociens peti et exigi possit, quociens[2] committetur in ipsa, qua soluta vel non presens nichilominus instrumentum cum omnibus in eo contentis in omnibus et per omnia perpetuo stabilem obtineat firmitatem. In cuius advocacie tenutam et corporalem possessionem seu quasi corporalem adponendam dictum dominum Iohannem abbatem nomine ipsius monasterii Rosacensis recipientem Basilius testis suprascriptus fuit nuncius[2] assignatus. Preterea idem dominus comes reservavit sibi et suis heredibus omne suum ius, quod ad eum spectare dicebat tamen[2] racione advocacie, quam alio modo super bonis subscriptis, videlicet super uno manso Uczaluti de Villanova et super uno manso magistri Sirici Cirologi, qui moratur in civitate Austrie et super uno mansu domini Firossii decani de Villanova sitis in villa de Iamnicho. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem presens instrumentum idem dominus comes sui sigilli pendentis munimine roborari. Actum in Goricia super pallacio castri ipsius domini comitis.

Et ego Franciscus filius Pelegrini de Cormono imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1) Nel codice: cessu. 2) sic. 3) nel Codice exe. 4) nel codice advocacia.
5) nel codice questiones. 6) nel codice iusticiam. 7) f. 79.
10) Qui mancano nel codice alcune parole.

Codice 72, continuazione) f. 78'-79.

1305. 26 Marzo. Buje (Istria). — Il Comune di Buje nomina procuratori per finire la questione insorta fra esso ed Enrico conte di Gorizia per danni ricevuti da questo.

S. In nomine domini. Anno eiusdem millesimo trecentesimo
quinto indicione tercia, die sexto exeunte mense marcii. Cum
quedam questio ventillata fuiset inter homines de Poymonto
subditis egregii viri domini Henrici comitis Goricie et Tirolis ex
una parte et commune ac homines de Bullo ex allia et in hoc
media per gentem dicti domini comitis dampna multa gravia
illata fuisent atque bestialia dictis hominibus de Bullo acepta
accessit nobilis vir dominus Vicardus de Petrapillosa Ystrie mar-
chio volens predicta dei auxilio et alliorum suorum amicorum
mediante concordare, si quo de voluntate dicti domini comitis pro-
cesserit. Unde ad peticionem dicti domini comitis requisita fuerit
securitas a dictis hominibus de comune de Bullo de duo millia
librarum denariorum Veneticorum parvulorum causa restituendi
eis bestialia predicta ad hoc, ut homines de Bullo et commune
predictum ad gratiam dicti domini comitis possent permanere.
Qui vero Christofforus gastaldio et Bonifante maricus communis
de Bullo de voluntate et consensu tocius consilii universitatis com-
munis predicti de Bullo fecerunt, constituerunt ac ordinaverunt
viros providos et discretos Ordolicum qui fuit de Muglo[1] nunc Mugl[1]
habitatorem in Bullo et Leonardum eiusdem locii dillectos
cives suos de Bullo suos certos nuncios, ambaxatores, sindicos et
legitimos generalles procuratores in questio[2] et causa predicta, 2.) sic
ita tamen, quod predicti procuratores, sindicii posiant et val-
eant nomine et vice ac universitatis et communis predicti de
Bullo coram nobille et egregio viro predicto domino comite
comparere[2] et predictam securitatem de duo millia librarum 2.) sic

denariorum Veneticorum parvulorum cum obligatione omnium suorum bonorum predicti communis de Bullo presentium et futurorum dicto domino comiti prestare ac eciam cum Petro filio quondam Ingaldey et Michaele dicto Berra, Fante filio quondam Sclai et Rapayo ac Albeno dicto Cristiano et citadino omnibus de Bullo nomine et vice ac in anima hominum et commune de Bullo dicto domino comiti iurare ac sacramentum de calumpnia cuiuslibet alterius generis facere ad manutendum[1] et observandum ea que super negocio predicto quo a dicto domino comite et dicti procuratores sindicii duxerint faciendum et agendum et..... [2] omnibus et per omnia facere et exercere et que opportuna ac necessaria fuerint in predictis tam [quam...] [3] predicti Christoforus et Bonifante ac totum commune de Bullo ibidem coram presencia dicti domini comitis interessent. Promiserunt insuper dicti Christoforus gastaldio[4] et Bonifantus maricus communis de Bullo per se et suosque[5] successores nomine et vice et universitatis communis predicti et de voluntate et consensu eiusdem[6] hominum et communis de Bullo, quod quidquid per dictos Odorlicum et Leonardum procuratores alios omnes infrascriptos in predictis vel circha predicta cum dicto domino comite duxerint faciendum et procurandum ratum et gratum et firmum perpetualiter habere atque tenere nec non contra facere vel venire per se vel per allios aliqua racione vel occasione exceptionis de iure vel facto, dolo, fraude aliquo ingenio sive causa cum obligatione omnium suorum bonorum dicti communis presencium et futurorum, dans michi notario recipienti pro diversa parte satisdandi ac ipsos sindicos procuratores ab omni honere dampnorum et expensarum ac et interesse rellevare et in iudicio sisti et de iudicato solvi. Actum ante portam castri Bulli in publico rengo presentibus nobille viro Girardo de Varmo, Peregrino et Clarusio de Castrovenere, Detherico dicto

1.) sic
2.) La pergamena è rotta in lunghezza di un centimetro.
3.) Lo stesso.
4.) sic
5.) sic
6.) sic

Viachori et aliis testibus pluribus ad hec vocatis et rogatis.
Et ego Sola.... [1]a de Bullo auctoritate imperialis aule notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1) La scrittura in lunghezza di un centimetro è guasta

Originale pergamena.

1335 30 Ottobre: Cividale. Il Comune di Cividale crea procuratori ad approvare la pace conclusa tra i Duchi di Carinzia ed il Patriarca d'Aquileja.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trigesimoquinto, indicione tercia, die penultimo mensis Octubris, in civitate Austria in ecclesia sancti Johannis baptiste, presentibus venerabili patre domino Jacobo Concordiensi episcopo, dominis Bernardo decano et Ottonello canonicis Civitatensi, Odolrico plebano sancti Johannis de Casarsa, Johanne de Cucola, Wernardo de Laucanza, Thomasino de Vilessio et aliis. Domini Philippus castaldio, consilium et equites de Civitate ibidem ad sonum campane et voce preconia more solito congregati nomine suo et communis Civitatensis fecerunt constituerunt et ordinaverunt dominos Philippum castaldionem et Johannem quondam domini Galangani de Civitate presentes et hoc mandatum suscipientes et dominos Candidum de Canussio, Paulum de Civitate capitaneum Tulmini et Valantinum de Civitate licet absentes tanquam presentes et quemlibet ipsorum in sollidum, ita quod non sit pocior condicio occupantis et quod unus eorum inceperit, alter vel alii mediare valeant et finire, suos sive dicti communis Civitatensis certos nuncios syndicos et procuratores legittimos ad approbandum confirmandum et ratificandum concordiam composiciones et pacciones tractatus habitas et firmatas seu confirmandas inter reverendum in Christo patrem dominum Ottobonum dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcham ex parte una et illustres dominos duces Karinthie sive ipsorum ambassatores procuratores et nuncios ex altera in omnibus et per omnia prout inter eos tractate facte firmate seu confirmande esse dinoscuntur et ad iurandum in animas eorum de habendis ipsis ratis et firmis et attendendis et observandis prout promissum est vel fuerit pro parte ipsius domini patriarche et generaliter ad omnia et singula faciendum et liberaliter comitendum, quequi-

libet verus et legittimus syndicus et procurator dicere seu facere possent et que ipsimet dicere seu facere possent si personaliter interessent et que in premissis et circa premissa fuerint oportuna promittentes stipulacione solempni mihi notario infrascripto pro omnibus quorum interest vel interesse poterit stipulanti firmum gratum et ratum habere ac tenere quicquid per ipsos procuratores et syndicos sive quer quemvis ipsorum in predictis et circa premissa factum fuerit vel modo aliquo procuratum sub bonorum dicti communis omnium ypotheca

(Signum notar.) Et ego Antonius Civitatensis imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

~~Originale~~

Perg. orig. Arch. di Stato. Vienna. Repert. VI.

c. 110.) Di Prot.° 24 Xbre 1896.

1305. 1 Novembre. S. Vito (al Tagliamento) Patti del nob. Wezelo di Prata d'assistere i Duchi di Carinzia per sei anni, tranne contro il Patriarca e la sua chiesa — N.B. Si desume che Wezelo aveva doppio vassallaggio, cioè verso il Patriarca e verso i Duchi che erano della casa Goriana-Tirolese.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinto, indictione tercia, die primo mensis novembris, in castro sancti Viti super patriarchali palacio, in camera domini patriarche, presentibus venerabili viro domino fratre Alberto de Ramedello, plebano Glemone, domino Oberto de Centonario, domino Petro de Spetino familiari infrascripti domini patriarche et aliis testibus. Cum pro communi bono statu terre Tridentine Forijuliensis et evitandis dampnis gravibus et periculis, quibus Aquilegensis ecclesia subiacebat, tractata sint inter reverendum patrem et dominum dominum Ottobonum dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham suo et Aquilegensis ecclesie nomine ex parte una, et venerabilem virum dominum Fredericum prepositum ecclesie Brixinensis et nobiles viros dominos Conradum de Auenstayn, Wor(dricum) de Ragonia et Henricum mareschalcum de Laubers procuratores et procuratorio nomine magnificorum et potentum virorum dominorum Ottonis et Henrici illustrium ducum Karinthie et pro ipsis ex altera, pacta quedam exposita et lecta per me notarium infrascriptum coram dominis procuratoribus antedictis et domino Weçolo de Prata, idem dominus Weçolus de Prata ad requisitionem dicti domini patriarche ac de eius mandato corporali prestito iuramento in eorumdem domini patriarche et procuratorum predictorum dominorum ducum presentia constitutus promisit eisdem procuratoribus stipulantibus et recipientibus nomine dictorum dominorum ducum et pro ipsis, quod a die quo pacta ipsa inter eundem dominum patriarcham et eosdem procuratores dominorum ducum fuerint confirmata, astabit eisdem dominis ducibus usque ad sex annos immediate sequentes secundum formam eorundem pactorum contra omnem personam, eodem domino patriarcha et Aquilegensi ecclesia duntaxat exceptis et illis etiam qui per ipsum dominum patriarcham fuerint exceptati.

S. Ego Alberghetus de Vandolis de Bononia imperiali auctoritate notarius et nunc domini patriarche predicti officialis et scriba hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

Originale. Vienna Archivio di Stato Repertorio VII.

1305. Novemb. 3, 5, & 12 - Udine

Alcune Comunità ed alcuni Nobili friulani approvano il trattato d'alleanza concluso tra il Patriarca d'Aquileja ed i Duchi di Carinzia.

Anno domini Millesimo Trecentesimo quinto Indictione tercia die tercio intrante Nouembre presentibus dominis fratre Alberto plebano Glemonense Henrico Canonico Ciuidatensis ecclesie fulchero plebano de Draglang et Nobilibus uiris dominis Janacio de Dalgiborriis de Placentia petro de Spreten et francisco de Franciscis de eodem loco testibus et aliis Cum pro comuni bono statu terre fori Julii ac euitandis dampnis grauibus et periculis quibus Aquilegensis ecclesia subiacebat tractata sint inter reuerendum patrem et dominum dominum Ottobonum dei gracia sancte Sedis Aquilegensis patriarcham suo et Aquilegensis ecclesie nomine ex parte una et venerabilem uirum dominum federicum prepositum ecclesie Brixinensis et Nobiles uiros dominos Conradum de Ovfunstayng Volricum de Ragonia et Henricum Marescalcum de Lanbers procuratores ac procuratorio nomine magnificorum et potentum uirorum dominorum Ottonis et Henrici Illustrium ducum Karinthie et pro ipsis ex altera pacta quedam lecta ibidem per me subscriptum Notarium coram procuratoribus et Sindicis ac aliis infrascriptis, Candidusino de Ciuitate philippus olim domini Luoncij et Johannes olim domini Galangani de eodem loco procuratores et Sindici Communis et hominum de Ciuitate ut continebatur quodam publico Instrumento scripto exinde per Antonium de eodem loco Notarium sub anno et Indictione predictis die penultimo Mensis Octubris domini Petrus et Milanus Castri vtinensis habitatores procuratores

* Ezton

c. 180

et Sindici Communis et hominum de Utino ut continebatur
tur publico Instrumento scripto exinde per Parisinum
de Utino Notarium sub anno et Indictione predictis Die pen
ultima mensis Octubris Mathiussius dictus Fesoria et
Henricus Olei de Glemona procuratores et Sindici Commu
nis et hominum de Glemona ut contineri dicebatur Instru
mento scripto exinde per Bartholomeum dictum Bonacru
cia de eodem loco procuratoriis et Sindicariis nominibus
earundem Communium sive [Communitatum] Comitatum et pro ipsis ad re
quisicionem dicti domini Patriarche ac de eius mandato
corporali prestito iuramento in eorundem domini patri
arche et procuratorum predictorum dominorum ducum
presencia constituti promiserunt eisdem procuratoribus
stipulantibus et recipientibus nomine dictorum domino
rum ducum et pro ipsis quod a die quo pacta ipsa inter
eundem dominum patriarcham et eosdem procuratores
dominorum ducum fuerint confirmata astabunt eisdem
dominis ducibus usque ad sex annos immediate sequentes
secundum formam eorundem pactorum contra omnem
personam eodem domino patriarcha et Aquilegensis
ecclesia dumtaxat exceptis et illis etiam qui per ip
sum dominum patriarcham fuerint exceptati, Ubi illi
co post hec Walterus Pertoldus filius domini Johan
nis de Guerla Wargendus filius olim domini Rodul
fi de Mels et Federicus filius olim domini Oldorici de
Tricano per se corporali prestito iuramento promise
runt prefatis procuratoribus dictorum dominorum du
cum stipulantibus vice ac nomine eorundem dominorum
ducum et pro ipsis quod astabunt eisdem dominis duci
bus eisdem modis pactis et conditionibus quibus prefa
ti procuratores et Sindici [Communitatum] Comitatum predictarum ip
sis astare promiserant, ut superius continetur Actum

in castro Utinj in Nouo Pallatio patriarchali.

Item eisdem Anno Indictione et loco die quinto intran, te Nouembre presentibus venerabili viro Domino .. Abbate Rosacense Domino Cono de Cuchania plebano sancti Pangra, tij de Windisgrag et Nobilibus uiris dominis Welfo de filiis Oddonibus et Janacio de Salginbenis de placen, tia. Vaulo filio condam domini Boiamni de Vertica te, stibus et aliis. Nobiles uiri domini Johannes de Gunda Thomas et Adalpretus de Cuchania Mathias de Glemo, na. leonardacius de Bragaco et Thebaldus filius domi ni Asquini de Varmo in reuerendi patris domini Patri, arche prefati presencia constituti ad requisitionem ac de mandato ipsius corporali prestito iuramento promi, serunt per se prefatis procuratoribus dictorum dominorum ducum stipulantibus uice et nomine eorundem dominorum ducum et pro ipsis quod astabunt eisdem dominis duci, bus eisdem modis pactis et condicionibus, quibus pre, fati procuratores et Sindici Comunitatum predictarum ipsis astare promiserant ut superius continetur.

Item Anno et Indictione predictis die duodecima intrante Nouembre presentibus uenerabilibus uiris do, minis Jacobo Episcopo Concordiensi, Ghilone Archidia, cono et Leonardo vicedomino ecclesie Aquilegensis Bernardo decano ecclesie Ciuitatensis magistro Waltero Canonico

Aquilegensi testibus et aliis Dominus Meynardus Cirigo-
di et Antonius Notarius Cives Aquilegenses procuratores
et Sindici Communis et hominum de Aquilegia ut
continebatur quodam publico Instrumento scripto per
Cragiolum Notarium Civem Aquilegensem sub anno et
Indictione predictis die tercio exeunte Octubri procurato-
rio nomine dicti Communis et pro ipso ad requisicio-
nem dicti Domini patriarche ac de eius mandato cor-
porali prestito iuramento in eorundem domini patriar-
che et Procuratorum predictorum Dominorum ducum
presencia constituti promiserunt eisdem procuratoribus
stipulantibus et recipientibus nomine dictorum domi-
norum ducum et pro ipsis quod astabunt eisdem do-
minis Ducibus eisdem modis pactis et conditionibus
quibus prefati procuratores et Sindici Communitatum
predictarum ipsis astare promiserant ut superius
continetur: Actum in Castro Utini in Novo palla-
cio patriarchali

S.N. Et ego Oldoricus de Utino Imperiali aucto-
ritate Notarius predictis omnibus interfui et roga-
tus scripsi.

1305, Novemb. 6. Udine

Trattato d'alleanza tra il Patriarca d'Aquileja ed i Duchi di Carinzia. – 1305 12 Novembre, Udine. Il Capitolo d'Aquileja approva il detto trattato con alcune riserve.

Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinto, Indictione tercia, die sexto intrante Nouembre, presentibus dominis Wigimanno plebano Buie, Fulchero plebano de Draglaus Aquilegensis diocesis et Nobilibus uiris dominis petro de Utino, Milano de Vaona Castri Utinensis habitatoribus, Thebaldo filio domini Asquini de Warmo, federico filio condam domini Andreotti de Utino, Francisco Notario de eodem loco testibus et aliis, Reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Ottobonus dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcha suo et Aquilegensis ecclesie nomine ex parte una et venerabilis uir dominus federicus prepositus ecclesie Brixinensis, ac Nobiles uiri domini Conradus de Oufunstayn, Wolricus de Ragonia et Henricus merescalcus de Lauberg procuratores magnificorum et potentum uirorum dominorum Ottonis et Henrici Illustrium ducum Karinthie ut continebatur in litteris eorundem dominorum ducum Sigillatis pendenti Sigillo ipsorum integro et illeso ibidem a me subscripto Notario uisis et lectis, procuratorio nomine pro eisdem ex altera, pro statu pacifico tocius terre fori Julii ac euitandis dampnis grauibus et periculis quibus Aquilegensis ecclesia subiacebat, ad talem composicionem et concordiam deuenerunt, uidelicet quod pro eo quia dicti domini duces dicuntur Aduocati ecclesie Aquilegensis prefati procuratores

procuratorio nomine pro eisdem ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ dominis ducibus assumentes protecti-
onem et deffensionem Aquilegensis ecclesie usque ad x
annos proxime uenturos ad instanciam et petici-
onem dicti domini patriarche, promiserunt eidem
domino Patriarche et Aquilegensi ecclesie seruire
cum quinquaginta, uel Centum, aut pluribus homi-
nibus Equis et Armis bene paratis, infra unum
Mensem postquam ad hoc requisiti forent, mansu-
ris per tres menses quolibet anno si necesse fuerit
quibus a tempore quo ipsi intrabunt terras dicti
domini Patriarche in seruicium ipsius et Aquile-
gensis ecclesie, debeat idem dominus patriarcha, ue-
niendo stando et redeundo expensas in terris suis
solummodo, nisi essent in dampnum hostium mini-
strare nec teneatur ipse dominus Patriarcha hui-
usmodi hominibus armatis pro Sallerio uel la-
boribus, aut dampnis aliquibus respondere, nisi se-
cundum taxationem duorum uirorum ydoneorum
qui eligentur a partibus memoratis, unus uidelicet
pro qualibet parte, qui duo si concordare non pos-
sent, eligendi terciam personam habeant potestatem
ad taxationem huiusmodi faciendam, et dominus Pa-
triarcha uersa uice, cum quinquaginta hominibus
armis et Equis paratis teneatur seruire eisdem
dominis ducibus si eis necesse fuerit in terris Karin-
thie, Carniole et Marchie per tres Menses mo-

pactis et condicionibus supradictis et procurato, rio nomine quo supra prestare de terris et per terras eorundem dominorum ducum liberum transitum omnibus uolentibus uenire in auxilium dicti domini Patriarche et Aquilegensis ecclesie, ac prohibere ne de terris et per terras ipsorum, aliqui ueniant contra ipsum, et terras et possessiones ac municiones subscriptas, finito tempore locationis infrascripte Aquilegensis ecclesie dimitte, re et restituere libere et absolute, ac facere et curare nomine quo supra omni exceptione remota, quod ipsi domini duces sacramentis propriis ad dictam restitutionem ut premittitur faciendam, et cum cautione ydonea Nobilium Karinthie et Carniole, nec non ad obseruationem omnium predictorum et subscriptorum, tam per sacramenta propria quam duorum comitum et quatuor Ministerialium ex procoribus Karinthie, se solempniter obligabunt. Et hoc nominatim pro Sallario Triginta Millium librarum ueronensium paruorum, pro quibus dictus dominus Patriarcha suo et Aquilegensis ecclesie dedit et assignauit locationis nomine prefatis procuratoribus recipientibus procuratorio nomine predictorum dominorum ducum et pro ipsis, usque ad Triginta annos proxime uenturos Castrum et Contratam de Windisgraz, Castra de Tiuen, Treuen, Neydech, Werdenich et Lictemberch cum omnibus iuribus iurisdictionibus, prediis et pertinentiis ipsorum, que omnia dicte partes asserebant ibidem ad Aquilegensem ecclesiam pertinere et que dicti domini duces, seu alij nunc tenent et possident et hactenus possederunt,

ac omnia et singula spectantia ad Aquilegensem ec-
clesiam, que per quoscunque in partibus Karinthie
Carniole et Marchie detinentur iniuste, ita quod
ipsi domini duces Castra terras et bona huiusmodi no-
mine locationis habeant, teneant et possideant, li-
bere usque ad terminum antedictum salvis bonis
dudum antequam cogitaretur, seu de huiusmodi con-
cordia tractaretur prefato domino Conrado concessis
per prefatum dominum Patriarcham videlicet, qua-
dragenta Marcas redditus annuatim, et quod per
concessionem et prefatam iuri fidelium Aquilegensis
ecclesie non debeat in aliquo derogari, quodque anno
quolibet predictorum defalcentur ipsi domino Patri-
arche Mille libras parvorum de dicta pecunie sum-
ma, pro fictu bonorum predictorum, que manutenere
et deffendere promisit quantum in eo erit et eisdem
dominis ducibus astare contra omnem personam
domino papa et domino Rege Romanorum ac eius
liberis duntaxat exceptis, ac eisdem terras suas et
Munitiones aperire cum opus fuerit usque ad dictum
terminum sex annorum, ac procurare et ordinare
quod Ministeriales sui quorum potestatem nunc ha-
bet, vel inposterum habuerit et Communitates, iura-
bunt astare dictis dominis ducibus si infra dictum
spacium sex annorum eis necessitas, tam pro
negocijs aquilegensis (ec)* ecclesie quam eorum
immineret contra quamcunque personam, ipso
domino Patriarcha et Aquilegensi ecclesia dunta-
xat exceptis et per ipsum dominum Patriarcham
ut premittitur exceptatis et confirmabit et man-
tenebit iura hominum de Venzono sicut iuste habe-
bant per tempore olim Illustris domini Meyna-

* al fin d'una linea

ducis Karinthie uel a serenissimo domino Alberto Romanorum Rege uel quocunque alio eis legittime concessa et si contigerit eosdem dominos duces arcem aliquam alicuius rebellis Aquilegensis ecclesie expugnare, uel in Campo potentem aliquem debellare bona feudalia ad Aquilegensem ecclesiam spectandia, que per ipsos expugnata forent et deuicta, uel debellatos tenebuntur, eisdem dominis ducibus per totum residuum tempus sex annorum predictorum dimittet possidenda secundum quod ipse et Aquilegensis ecclesia illa possent rationabiliter possidere quodque de illis in ipsorum preiudicium inuestituram facere non possit, quin illa possideant et de ipsis fructus percipiant usque ad prefatum terminum, sex annorum et diuina concedet in Windisgracz quantum in eo fuerit toto tempore locationis prefate, et inuestiet dictos dominos duces de omnibus feudis que habere debent ab ecclesia Aquilegensi, et quandocunque pacem uel treugam faceret cum inimicis suis, in ipsa de eisdem dominis ducibus expressam faciet mentionem, et faciet et curabit quod Capitulum Aquilegense suum contentis in hoc Instrumento prestabit assensum pariter et consensum, ac Sigillum suum pendens huic apponi faciet Instrumento, et dabit, et operam bona fide, quod summus pontifex, hec omnia infra annum unum immediate sequentem debeat confirmare. Quibus omnibus sic peractis dictis dominis Patriarcha suo et Aquilegensis ecclesie nomine ex parte una, et dicti procuratores nomine quo supra ex altera. Sibi inuicem inter se fecerunt finem et remissionem ac pactum de ul-

terius non petendo de omnibus dampnis discordiis ac iniuriis que hactenus fuerunt, inter ipsum dominum Patriarcham, et eosdem dominos Duces, ac predecessores, fauctores et coadiutores eorundem et voluerunt ac ordinaverunt, dicte partes quod finito tempore dictorum Sex annorum quelibet ipsarum partium in statu pristino remaneat et sua libera voluntate ita, tamen quod finis et remissio utrimque facta et locatio memorata in sua permaneant firmitate Ceterum dictus dominus Patriarcha in fide sua predicta omnia a se promissa bona fide promisit observare et facere observari, et dicti procuratores nomine quo supra corporali prestito iuramento promiserunt predicta in hoc instrumento contenta, pro parte sua, sive dictorum dominorum ducum quorum procuratores existunt attendere et observare et non contrafacere vel venire ac facere et curare quod dicti domini Duces ea ratificent approben. et observent. In cuius rei testimonium prefatus dominus patriarcha iussit, Instrumentum huiusmodi scribi et sui pendentis Sigilli munimine roborari Actum in Castro Utinensi in pallatio patriarchali.

Item eisdem anno et indictione die undecimo intrante Novembre presentibus dominis Albertino plebano Archenensi, Meynardo de Aquilegia, dethemaro de Castilerio. Philipino Brugno mansionario ecclesie Aquilegensis Antonio Notario de Aquilegia testibus et aliis Congregatis ibidem ad vocationem dicti domini Patriarche Venerabilibus viris dominis leonardo de fageto Vicedecano et Capitulo Aquilegensi scilicet dominis Ja.

cobo Episcopo Concordiensi Ghitone Archidiacono Aquilegensi. Bernardo decano Ciuitatensi, Napino preposito sancti Oldorici iuxta Tulmetium lodoico, magistro Waltero Guidone de villalta Albrigatio Oldorico de Glemona Lombardino, Warnero et Laurencio eiusdem Aquilegensis ecclesie Canonicis, predicti domini Jacobus Episcopus, Leonardus vicedecanus, Ghitonus Bernardus, decanus lodoicus magister Walterus Albrigacius Warnerus et laurengullus supradictis pactis et conuentionibus requisiti per ipsum dominum Patriarcham sumus si ipse Dominus Patriarcha illa et illas fecit, seu facere potuit licite inconsulta Sede Apostolica et absque eius licentia speciali et non prestita per hoc Sedi apostolice iusta causa, seu materia procedendi contra ipsum illa et illas facientem et eos illis consencientes et alias salua in omnibus reuerentia dicte Sedis prestituerunt consensum iubentes hoc Instrumentum pendentis Sigilli prefati Capituli munimine roborari domini uero Napinus, Guido de villalta et Lombardinus dixerunt, quod propter certas causas, consensum non prestabant pactis et conuentionibus supradictis nisi prius per ipsum dominum Patriarcham petita et obtenta licentia super hoc a sede predicta Dominus uero Oldoricus dixit se uelle deliberare et in crastino respondere. Actum in Castro Utinensi in Turre Patriarchali

+ Et ego Oldoricus de Utino Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi

1306 May 4. Udine.

Tregue tra il Patriarca d'Aquileja ed i suoi Colleghi col Conte di Gorizia

---

In Christi nomine amen Anno eiusdem nativitatis Millesimo Trecentesimo sexto Indictione quarta die Jovis quarto intrante Mayo, Utini in palatio domini patriarche presentibus venerabilibus viris dominis .. Sestensi, Johanne Rosacensi et Bertoldo mosacensi Abbatibus, philipo preposito sancti Stephani de Aquilegia, fratre Augustino de ordine heremitanorum. Manfredo Capellano, et nobilibus viris dominis Welfo. Raynaldo et francisco Militibus domini patriarche subscripti, testibus et aliis. Reverendus pater et dominus Ottobonus patriarcha Aquilegensis pro se et suis subditis omnibus sibi adherentibus ac nobilibus viris dominis Currado de Owenstayn capitaneo et Marescalco Carinthie et henrico greylando vicedomino carniolie et Marchie pro illustribus ducibus carinthie et aliis nobilibus teotonicis qui in societate eorundem dominorum Chunradi et graylandi in servicio domini patriarche fuisse noscuntur ex parte una et nobiles viri domini henricus fulexii, et Raymundinus judex de ceffis de parma procuratores, magnificorum et potentum virorum dominorum henrici comitis Goricie et Tirolis Aquilegensis tridentine atque brixinensis ecclesiarum advocati et Rigardi de cormons et pro ipsis ac ipsorum amicis infrascriptis ac alijs eorum omnibus coadiutoribus, fauctoribus sequacibus et amicis ex altera sibi inter se vicissim securis* et laudaverunt treugas usque ad festum Sancti Martini proxime ventu,

* securi

rum per totam diem, de omni discordia et inimicicia inter prefatas partes hucusque habita occasione presentis Guerre seu alia occasione, modis pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod si aliqua partium seu aliquis de ipsis partibus uel eorum altera contra ipsas trengas faceret quoquomodo trenge ipse fracte per hoc non intelligantur nisi hoc per infrascriptos quatuor aut maiorem partem ipsorum videlicet dominum henricum de pramperch Carstmannum de Glino pro parte domini patriarche et dominum Manfredum de porcilijs et odoricum de Cucania pro parte dictorum dominorum comitis et Riçardi et sententiatores et diffinitores per prefatas partes ad hoc Specialiter deputatos extiterit declaratum quorum declaratio per easdem partes inviolabiliter obseruetur hoc modo videlicet quod si ipsi aut maior pars eorum pronunciabunt trengas non esse fractas sed dampnum illatum per partem seu aliquem de parte altera, alteri parti seu alicui eiusdem partis satisfaciendum esse, de illo satisfieri debet passo iniuriam siue dampnum iuxta eorum taxationem per unum mensem sub pena infrascripta qua soluta uel non trenge prefate usque ad dictum terminum nichillominus firme maneant atque Rate, si uero pronunciauerint trengas esse fractas pars que illas fregerit parti alteri de dampno illato satisfaciat, aut satisfieri facere teneatur iuxta taxationem dictorum quatuor infra mensem venturum a die taxationis ipsius, alioquin penam subscriptam infra mensem alium soluere teneatur qua soluta uel non per easdem partes ipse trenge nichillominus usque

~~ad dictum terminum nichilhominus firme maneant atque Rate si non pronunciauerint treugas esse fractas pars que illas fregerit~~

ad predictum terminum inuiolabiliter obseruentur promittens dominus patriarcha pro se et dictis sub. ditis suis, ac dominis Chunrado de Orenstayn et henrico Graylando, ac alijs nobilibus qui in eorundem societate ut premittitur fuisse noscuntur et procuratores et sindici nomine quo supra sibi inuicem solempnibus stipulationibus hincinde interue. nientibus predictas treugas, pacta et condicti. ones firmas et ratas habere et obseruare ac facere obseruari inuiolabiliter usque ad dictum terminum sub pena duorum Millium Marcharum denariorum Aquilegensium ad inuicem inter ipsos stipulata promissa qua soluta uel non prefate treuge firme maneant usque ad terminum memoratum, Pro qui. bus omnibus obseruandis precibus et mandatis dicti domini patriarce * et pro ipso prefatis procu. ratoribus et sindicis recipientibus nomine quo supra, do. mini henricus de pramperch, constantinus de Stri. no, Bertoldus de Tricano, lodoycus de Cauriaco filius condam domini dietalmi de Villalta, Carstmannus de Vrino, Asquinus de coloreto filius olim domini Gulielmi de Vengono quilibet eorum pro Centum marcis fideiussores extiterunt, promittentes ipse do. minus patriarcha se fideiussores daturum de Residuo pene superius nominate infra sex dies immediate uenturos sub pena prefata, Nomina autem ami. corum dictorum domini Comitis et Riçardi sunt hec domini Manfredus de porcillis, Gabriel et Prleus dicti fratres de prata, nicholaus et fratres de prata,

* pa ++ Ratio

Omnes de pulcenico, omnes de vilalta, omnes de pingano, Odorlicus de Cucania fredericus de pers omnes de Rogonia, Symon et franciscus de flagonia filii condam domini Henrici de budrio, Argonus filius domini Durenghi de Sarmo, petrus aquire Capitaneus et Commune portus ~~gru~~ gruarii *, Jacobus filius condam domini Samuelli de Maniaco, omnes de muriali, Commune et homines de Sacilo Commune et homines de canipa, Articus de tricano Articus de murucio, omnes de Castello excepto artico, fredericus de pramperch et filij eius luirxinus de civitate. In cuius rei evidentiam dominus patriarcha predictus presentem cartam fecit sui pendentis sigilli munimine coborari.

Pr

* ~~portus~~ i

1307. 25 Maggio. Gorizia. Enrico conte di Gorizia concede ai cittadini di Gorizia alcuni statuti dei mercati da tenersi il giorno di S. Bortolomeo, di S. Andrea ed in altri (Vedi 1307. 25 maggio).

Cum res gesta bonis mandatis calumpnia removetur, igitur nos Heinricus Goricie et Tyrolis comes, Aquilegiensis Tridentine Brixinensis ecclesiarum advocatus, scire volumus universis presentem paginam inspecturis tam posteris quam modernis, quod nos sana et diligenti prehabita deliberacione per nos et nostros heredes civibus nostris Goricie presentibus et futuris hanc fecisse gratiam perpetuam et statutum: Primo videlicet quod quidquid emitur ab ista parte Trewalt de bestiis et aliis omnibus animalibus que mactari solent, tercia pars debet dimitti et vendi Goricie, relique due partes possunt duci quocumque mercatores ipsorum animalium placuerit voluntati. Item quidquid emitur de bestiis prescriptis ex illa parte Trewalt, totum debet in forum Goriciense et ibi vendi et mactari. Item carnes casseum sal et res huiusmodi alibi Goricie vendi non debeant, nisi in foro publico secundum consuetudinem Aquilegie actenus observatam, vinum autem tam in villa, quam in foro vendi potest, dummodo nobis de dacio persolvatur. Item quod in nundinis, hoc est in quolibet generali foro, sicut est in festo sancti Bartholomei Andree et huiusmodi festivitatibus proclamandis, quilibet possit vendere et emere a media die precedente usque ad mediam diem proximam subsequentem secundum ius in Aquilegia conservatam. Item quod cives Goricie habeant perpetuo ius salis in foro Goricie secundum antiquam consuetudinem, cum quo pontes domum comunis et portas fori et eciam murum fori teneantur et debeant, quandocumque opus fuerit, reficere et aptare. Item quod quilibet qui vendit vinum Goricie, quacumque mensura ipsum vendit, illam implere et conservare secundum morem Aquilegensem et consuetudinem teneatur. Item quod omnes domus tam Iudeorum quam Christianorum faciant vigilias et circuiciones, prout Aquilegie fieri per omnes generaliter consuevit, ipsi quoque cives Goricie et omnes vendentes iuxta Aquilegie consuetudinem nobis dacium dare teneantur nosque et heredes nostri ipsis civibus de Goricia promittimus et tenemur in steuris equis asinis

et exaccionibus quibuscumque nullam inferre neque facere aliquam gravitatem, hoc tamen dumtaxat excepto, quod si gwerra fuerit generalis, nobis ipsorum merces et victualia prout etiam Aquilegie consuevit,[1] ducere tenebuntur. Promittimus insuper, quod nullius canipa sit exempta, set omnes generaliter tam divitum quam pauperum in solvendo dacium fiunt communes et ipsos cives de Goricia secundum iura Aquilegie in omnibus et per omnia conservare pariter et fovere. Et ut predicta rata perpetuo per nos et nostros heredes permaneant atque firma, hoc patens privilegium eisdem civibus nostris de Goricia dari iussimus ipsumque nostri pendentis sigilli munimine roborari in presentia testium infrascriptorum, videlicet domini Geroldi dicti Rauh, domini Heinrici camerarii de Goricia, domini Pelegrini militum nostrorum, Waicone, Francisci de Vngerspach, Reschlini officialium, Vosalchi de sancto Floriano, Gotesnamo, Lippi Senensis, Vlrici pellificis, Laurenczuti sutoris, Nicolay institoris et alii[1] fide digni. Actum et datum Goricie in domo comunis anno domini MCCC° septimo in die sancti Urbani.

[1] sic. [2] manca conduci.

Codice 72 (serie nuova) f. 77'.

1307 15 Giugno Udine. Trattato del patriarca d'Aquileja coi Duchi [illegible] riguardo a Feltre ed altri feudi. C

C. In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo
trecentesimo septimo, indictione quinta, die iovis quinto-
decimo intrante Junio, in Utino, in patriarchali pala-
cio, presentibus dominis fratre Alberto abbate Sima-
quensi vicario, Gerardo de Filiciaris, Manfredo de
Minorio canonico Vercellensi, Raynaldo de Filiciaris
marschalcho, Francischo de Castronovo vicedomino et
Janacio de Sagimbenis omnibus familiaribus infra-
scripti domini patriarche testibus. C. In tali concordia
fuerunt reverendus in Christo pater et dominus dominus
Ottobonus dei gracia sancte sedis Aquelegensis
patriarcha ex una parte et Ortulfus de sancto Vito
nuncius et ambaxator magnificorum et potentum vi-
rorum dominorum Ottonis et Henrici illustrium Karin-
thye ducum habens litteras sigillo magno dicti ducis
Ottonis sigillatas continentes, quod dictis ipsius Ortulfi
que ipsi domino patriarche retulerit ex parte ipsorum
dominorum ducum ipse dominus pathriarcha fidem
debeat plenariam adhybere nomine et vice ipsorum
dominorum ducum ex alia parte, videlicet quod dominus
patriarcha se non intromittat de aliquibus terris occu-
pandis per dominos duces predictos aut per dominum
capitaneum Verone seu gentem ipsorum nisi de terris
pertinentibus ad ecclesiam Aquilegensem, sicut est
civitas et episcopatus Feltrensis, in qua civitate et e-
piscopatu episcopus habet merum et mixtum imperium
in feudum ab ecclesia Aquilegensi et dominus Riçar-
dus de Camino fecit occidi episcopum et postmodum
ipsam terram et episcopatum malo modo tenuit occu-
patum. Et si concedat altissimus, quod possint
illam terram et episcopatum recuperare, intendit
dominus patriarcha ipsam terram et episcopatum
retinere ad manus suas propter defectum et debilitatem

episcopi. Item de civitate Tervisii et eius districtu debent
servari convenciones tractate inter ipsum dominum
patriarcham et Tervisinos amicos domini capita-
nei Verone, ita quod de ipsa terra et eius districtu
domini duces se nullatenus intromittant. De aliis vero
terris que pertinent ad Aquilegensem ecclesiam, sicut
est castrum sancti Pauli et alie multe terre, que
sunt citra civitatem Feltrensem ipsi domini duces
se non debent intromittere ullo modo. In quorum testi-
monium dicti dominus ~~dominus~~ patriarcha et Ortul-
fus mandaverunt presens publicum instrumentum
suorum sigillorum appensione muniri.
(Signum notar.) Ego Ingeramus de filiis Michaelibus
notarius publicus Placentie et dicti domini patriar-
che officialis et scriba predictis interfui et rogatus
hoc instrumentum scripsi meoque signo consueto
signavi.

Pergamena Originale. I due sigilli pendono, quello del pa-
triarca affisso con un nastro azzurro, l'altro del
Ortolfo con un nastro di seta rossa.

Arch. di Stato. Vienna.

1307 Dez. 13 Lienz

Graf Heinrich zu Görz und zu Tirol verschreibt seinem Bruder Grafen Albrecht zu Görz auf bestimmte Zeit sein Urbar- und Giltrecht an der Abtei zu Chotzan sowie all sein Giltrecht zu Lesach.
Orig. Perg. Sigel abgerissen.

1307. 13 Decembre. Lienz. Il conte Enrico di Gorizia trasmette a suo fratello Alberto il suo diritto urbariale e di gilda nell'abbazia di Chotzan e il diritto di gilda in Lesach.

Wir graf Heinrich von Gorzt und von Tyrol
vergehin offenlich an diun priefe, daz wir den
satz den wir haben gesetzen Bartholomeum ze
Sibidat und Eisachen unserm juden ze Lůnz
auf daz urbor und den gelt ze Valchnstain
der unserm lieben prudre ze rechter erbescheft
ist angevallen und zwo marcht und hundert
march teuchenter phenninge ze Lesach von
einphenningen steurphenningen flaisteure ze
nemen die uns mit andren urbor sint ze erbe-
scheft angevallen ze Lesach suln stæte behalten
und den vorgenanten Bartholomeus und Eisachen
inne lasen so lange als in unsere prieve spre-
chint daz si gewere werdent mit allem recht ze
haben swie iu priefe sprechint. Da wider verge-
he wir daz wir unserm lieben prudere dem vor-
genanten graf Albrechten gelasen und geant-
wurtet haben allen unsern gelt und urbor daz
uns ist angevallen in den apte ze Chotzan uber
al mit frawensiglen gute mit allem rechte
und da zu gehort und allen unsern gelt ze Lae-
sach an dem getraide und chlainem rechte ân
suzzenemlich die zwo marcht und hundert marcht
daselbent die die vorgenanten Bartholomeus
und Eisachen zu dem gelte ze Valchenstain sint ge-
setzit und angehoeint, so lange im dienen und

ze haben unz in sein urbor ze Valchenstain ver-
lich ledichleich und genzlich dienende wirt,
swen im daz ledich wirt, so ist uns auch her-
wider von im unser gelt und urbor ze Chotzau
und ze Lesach ledich worden mit allen recht
und sol uns dienen auch sol man wizzen daz
wir haben suln in dem gelte ze Chotzau den
wir haben geantwurten unserm prudre ledich-
lich an truchinphenninge an ainszwainzich
phunt phenningen jerlich (ich) und zwelf phennin-
ge; die sint uns da uber worden uber daz er-
statten, daz wir im da getan haben, daz wir
daz allez staete haben und behalten. Daruber
geb wir dem ofte genanten unserm lieben prud-
re graf Albrecht disen prief mit unserm in-
sigle versigelt. Daz ist geschehin nach Christes ge-
burt uber tausint jar drou hundert jar in
dem sibinden jare ze Lunz in dem marchte
an Sand Lucein tage an den dreizehenden
tage des ingenden December.

1308, Maggio 10.

1308. 10 Maggio Udine. Ottobono patriarca d'Aquileja cede alcuni possessi e diritti nella pieve di Onchenstain occupati dai duchi di Carinzia al nob. Ottone di Momparcis, promettendo questi servire la Chiesa d'Aquileja con 20 uomini armati.

§ In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo tre-
centesimo octavo, indictione sexta, die veneris, decimo intran-
te mense Madii, in Foro Iulio, in terra Utini, in pathriar-
chali palacio, presentibus dominis Frederico de Stubemberch,
Manfredo de Minorio canonico Vercellense, Guelfo de filiis
Taldonibus milite de Placentia, Gerardo de Filicianis de Pla-
centia, Francischo de Castronovo milite de Placencia, Oberto
de Centenario de Placencia, omnibus familiaribus infrascripti
domini pathriarche et multis aliis testibus. C. Reverendus
in Christo pater et dominus dominus Ottobonus dei gracia
sancte sedis Aquilegiensis pathriarca intendens quod
multa bona possessiones iura et iurisdiciones Aquile-
gensis ecclesie site in plebanatu de Onchenstayn detinentur
iniuste et illicite occupata et longo tempore per duces Ka-
rinthye sunt detenta et quod per nobilem virum dominum
Ottonem de Momparcis fidelem Aquilegensis ecclesie melius
possunt recuperari et ad possessionem ipsius Aquilegensis
ecclesie reduci, quam per aliquem alium de partibus illis,
prefato domino Ottoni ibidem presenti et recipienti con-
cessit et licenciam dedit, ut nomine ipsius domini pa-
thriarche et Aquilegensis ecclesie dictas terras possessio-
nes iura et iurisdiciones ad Aquilegensem ecclesiam
spectancia que per dictos duces Karinthye illicite et
iniuste sunt detenta hactenus et possessa intromittat et
possessionem et tenutam de eis accipiat ac fructus reddi-
tus et proventus percipiat ex eisdem ad ipsius domini
patriarche beneplacitum voluntatis. Et ipse dominus Otto
promisit stipulatione solempni ipsi domino patriarche
quod toto eo tempore, quo ipsas terras et possessiones iura
et iurisdiciones quas intromittat et quarum nomine
Aquilegensi ecclesie possessionem accipiet tenebit et possi-
debit, ipsi domino patriarche et Aquilegensi ecclesie ser-
viet cum viginti armatis expeditis quandocumque[1], quo-

1.) sic!

1) sic!

ciensque et quantunconque[1)] inde fuerit per ipsum dominum patriarcham vel nuncios Aquilegensis ecclesie requisitus contra quamcumque personam salvo contra dominum Albertum Romanorum regem et dominum Fredericum filium eius Austrie ducem. Et in testimonium predictorum prefatus dominus patriarcha mandavit de predictis per me Ingeramum notarium suum infrascriptum publicum instrumentum fieri et sui sigilli appensione muniri.

S. Ego Ingeramus de filiis Michaelibus notarius publicus Placentie et predicti domini patriarche officialis et scriba predictis omnibus et singulis presens fui et de mandato domini patriarche ac rogatus hoc instrumentum scripsi meoque signo consueto signavi.

Originale, in pergamena. Il sigillo manca, ma si trova ancora la corda di sete gialla, a cui era appeso

1308. 20 Maggio. "Enrico" Conte di Gorizia dona il suo favore ad Ugone di Duino ed investe il di lui figlio Rodolfo dei beni posseduti dal padre

~~Codice man. 447 fol. 3–3'.~~

Wir graf Heinrich von Gorz und von Tyrol etc
verjehen an disem offem brief und tůn chunt allen den
die nu sint oder noch chůmftig werdent swie so und von
welhen schulden her Hauch von Dyvein unser getrewer
dienstman in unser genade gevallen, was also zů un-
sern hulden chomen ist und im die genzleich geben haben,
daz er wider uns nimermer nicht tůn noch trachten sol
mit rede noch mit werchen, daz uns ze schaden chomen
möchte oder unsern erben und hat uns sein trew geben
an aides stat und pei dem aide als er uns emalen geswo-
ren het ze laisten unser gebotte und behalten vestichlei-
chen, daz er ze Prem sein sol und in einer raste dar auz
nicht chomen sol und in demselbem pimerch paizzen ja-
gen, reiten, churzweilen sol nach seinem gelust und Rů-
dolff sein sůn im die chost geben und schaffen gwant,
phert und wes er zů seinem leib bedarf mit sovil chnech-
ten, daz zeitleich und füchleich sei und sol daz sein
paidenthalben an geverd. Auch sol mit den andern ve-
sten, castellen, merchten und mit den leuten die dar zů
gehörent der vorgenant her Hauch nicht ze schaffen ha-
ben vil noch wenich an unser ürlaub unz auf unser ge-
nad, und dar über habent gelobt alle sein aigen leut
und sein diener pei iren treun an aides statt ze dienen und
ze warten Růdolffen seinen sůn als si im getan habent.
Were aber des got enwelle, daz jemand an disen sachen
disen gelübde under in ze precht, oder prechen wolde, der
ist treulos und ist uns vervallen leibs und gůts mit
allem rechte. So en sol noch enmach der vorgenant her
Hauch versetzen noch verkauffen dhain vest, leut oder
gůt weder vremden an seins sůns willen des vorgenant
Rüdolffs oder an sein wizzen und an unser hant.

Darüber und da wider en sol Rûdolff nicht verchûmbern
noch verchauffen desselben gûts an seins vatter rat und
willen, ez wer danne mit ir paider willen umb ir gût
oder daz in unserm dienste gescheche, darumb sie uns dien-
ten, und würden seu darumb ze chrieg wider einander,
den sullent si uns an pringen und sullen den zwischen
in beschaiden und ze fürn richtichleich und süllent seu
daz paidenthalben stet haben. Dar über hat uns der vor-
genant her Hauch in unser hende und auf unser gena-
de vreileich und ledichleich mit verdachtem willigen
mût an allen twanchsal auf geben aigen und lehen,
leut und gût, swie so ez genant ist gesûcht und un-
gesûcht, gepawen und ungepawen, swa ez gelegen ist,
und durch seiner [1] pett willen haben wir die vorgenant leut
und gût Rûdolffen seinem sun und seinen erben geli-
hen ze rechten lehen mit vollem recht, behalten Hain-
rich seins prûder chind recht, daz die damit nit ent-
erbet sullen sein, swenne si zû iren tagen choment, be-
haltend auch vrawen Gerken recht seiner swester, daz
*fol 3' si bericht werde, als ez ir emalen gelobt ist. *So sol der
vorgenant her Hauch aufgeben und senden mit seinen
prieven den andern herren swaz er von in ze lehen hat
und pitten daz selb gût ze leihen ze rechtem lehen Rû-
dolffen dem oftgenanten mit vollem recht. Auch süllen
uns her Hauch und Rûdolff dienen und warten mit
leib und mit gût getreulich und vestichleich, als dien-
man durch recht irem herren tûn süllen. Darüber daz
disen gelübde ganz und stet beleiben, so ist disen
hantveste gevestend und bestetiget mit unserm und
hern Haugen und Rûdolffen von Dywein anhangen-
den insigeln zû urchûnd der warheit. Des sint
gezeugen Wûlfinch, Gôtfrid von Gûtenekk, Volker
von Flasperch, Gelolt, unser hofmaister Hainrich von

Görtz, die ritter Manitzel von Hopffenbach, Niclaw von Treuen, Friczel von Prem, Remcz Sweztel, Lienhard ~~von~~ der Schilher, Döym hern Haugen chnecht des vorgenanten und ander piderb leut. Der prief ist geben und ist geschehen in dem dorss zu dem Neuwenhaus, do nach Christes gepurde ergangen waren tausent jar dreu hundert jar in dem achtoden jare, darnach des zwelften tags auzgendem maien.

Copia dal Cod. 447. f. 3. Arch. di Stat. Vienna.

1.) Dopo la parola seiner è cancellato la parola pôt

Lo stesso documento si trova anche copiato nel medesimo codice fol. 28'–29 e fol 16'–17. e fol. 8–8'. ma qui col dato: do nach Christes ergangen waren tausent jar, dreuzehen hundert jar, darnach dez zwelften tages ausgendem maigen.

1309. 2 Ottobre. Aquileja. Il Comune di Aquileja elegge procuratori a giurar fedeltà ad Enrico Conte di Gorizia Capitano Generale del Friuli.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tercentessimo nono, indictione septima, die secundo intrante mense Octubris, Aquilegie in palatio patriarchatus Aquilegensis iuxta salam, presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Wielmo decano, Napino Dela ture, Guidone de Villalta canonicis Aquilegensibus ac nobilibus viris dominis Odorico de Castello, Gabriele de Strasoldo, Wicardo de Petrapelosa et aliis testibus quam pluribus ad hec specialiter convocatis et rogatis. Coram illustri et magnifico domino domino Henrico comiti Goricie et Tirolis et advocato Aquilegensis Tridentine et Brixiensis ecclesiarum ac terre Foroiulii generali capitaneo prudentes viri Wielmus de Ungris pag, Iacobus advocatus et Pelegrinus cives Aquilegenses tanquam sindici et procuratores ad infrascripta consilii et communis civitatis Aquilegensis prout patet in publico instrumento scripto manu mei infrascripti notarii coram testibus supradictis viso et intellecto facto anno et indictione predictis ad sancta dei evangelia iuraverunt vice et nomine predicti consilii et communis eidem domino iuraverunt tamquam capitaneo habere et tenere eum pro suo capitaneo et sibi suisque preceptis obedire pro posse[a)] et non venire seu facere aliqua que sint contra honorem suum preceptaque sua sibique esse et astare in auxilio consilio et favore contra omnes suos inimicos ac eum dimittere intrare in teram et civitatem Aquilegensem cum gente sua coadiutoribus et sequacibus suis, in super non dimittere dominum patriarcham Ottobonum gentemque suam coadiutores sequacesque suos intrare nec venire in predictam terram et civitatem Aquilegensem quantum pro posse suo sine beneplacito voluntate et concordia predicti domini capitanei, hoc enim excepto quod predictum iuramentum et promis-

a) sic.

a.) sic

siones contra Romanamque[a] Aquilegiensem ecclesiam nullam roboris in se obtineant firmitatem.

(Signum notar.) Ego Mapheus filius condam Blasii de Aquilegia imperiali auctoritate publicus notarius hiis omnibus interfui eaque rogatus scripsi.

Perg. Originale. Arch. d. Stato Vienna.

1309. 3 ottobre. Aquileja. Il Comune di Marano promette fedeltà ad Enrico conte di Gorizia capitano Generale del Friuli a mezzo de' suoi procuratori.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eius dem millesimo tercentesimo nono, indictione septima, die tercio intrante mense Octubris, Aquilegie in palatio patriarchatus Aquilegiensis iuxta maiorem salam, presentibus venerabilibus et discretis viris Wielmo decano, Napino de la Ture, Guidone de Villalta et nobilibus viris dominis Gabriele de Strasoldo, Wicardo de Petrapelosa ac Mafeo rectore Aquilegiense, Iohanne Picosio civibus Aquilegensibus et aliis testibus quam pluribus ad hec specialiter convocatis et rogatis. Coram illustri et magnifico domino domino Henrico comiti Goricie et Tirolis et advocato Aquilegiensis Tridentine et Biainensis a.) ecclesiarum ac terre Foro a.) sic iulii generali capitaneo prudentes viri Laurentius Omnie potestas Marani, Iohannes Dosa camararius communis eiusdem terre, Thomas de In Galde in Calnota, Iacobus et Michael condam Gibilini cives Marani tanquam sindici et procuratores ad infrascripta consilii et communis terre eiusdem prout ab eis sic esse dicebatur dicentes se non habere procuratorium ex defectu notarii non essentis in terra predicta ad sancta dei evangelia iuraverunt vice et nomine predicti communis et consilii eidem domino comiti tanquam capitaneo habere et tenere eum pro suo capitaneo et sibi preceptisque suis obedire pro posse et non facere vel venire in aliquibus que quidem sint contra honorem et magnifentiam b.) suam ac precepta sua b.) sic sibique esse et astare in auxilio consilio et favore contra omnes suos inimicos ac eum dimitere intrare et exire in terram Marani cum gente sua coadiutoribus et sequacibus suis, insuper non dimittere dominum patriarcham Ottobonum nec gentem suam coadiutores sive sequaces suos venire nec intrare in predictam terram Marani quantum ~~pax~~ posse suo sine beneplacito voluntate et concordia predicti domini capitanei, hoc enim

excepto quod predictum iuramentum et promissiones contra Romanam et Aquilegensem ecclesiam nullam roboris obtineant firmitatem.

(Signum notar.) Ego Mapheus filius condam Blasii notarii de Aquilegia imperiali auctoritate publicus notarius hiis omnibus interfui eaque rogatus scripsi.

Originale perg. nell'Arch. di Stato Vienna.

1309. 19 Decembre. Nel castello di Gorizia. — Enrico conte di Gorizia investe il Cav. Colone di Vlasperch di un maso in Belgrado già tenuto da Nassiguerra a nome di purchlehen. . . .

Nos Henricus Goricie et Tyrolis comes Aquilegiensis Tridentine atque Brixinensis ecclesiarum advocatus tenore presencium pro-fitemur et constare volumus universis tam posteris quam modernis, quod nos propter fidelia obsequia, que nobis dilectus et fidelis noster miles Cholo de Vlaschperch exhibuit et adhuc nobis et heredibus nostris in futurum poterit exhibere, mansum unum situm in Belgrado cum agris universis et singulis ad ipsum per-tinentibus quesitis et non quesitis cultis et incultis, quem Nassi-werra condam a nobis nomine purchlehen tenuit et possedit, qui etiam mansus et agri solvunt tritici mensuras IIII^or^ millia et avene mensuras IIII^or^ . . . ½ mas IIII^or^. contulimus et suis heredibus in rectum feudum pleno iure. Ut autem . . . 2.) collacio plenum robur habeat firmitatis, has sibi et suis here-dibus super eo dare in[s] simus in testimonium et nostri appen-sione sigilli communitas cum testibus subnotatis, qui sunt Heroldus magister curie nostre, Volkerus de Vlasperch, Henricus de Goricia hii milites nostri, Petrus plebanus de Lawant et Henricus notarius curie nostre et alii fide digni. Datum et actum in castro Goricie, anno domini millesimo CCC^mo^ nono, XIII exeunte 3.) decembre, indicione VII^a^.

1.) La pergamena è rotta in lunghezza di un e mezzo centimetro
2.) " " " " " " due centimetri
3.) sic.

Originale, pergamena. Il sigillo rotto pende ad una striscia di pergamena.

C. In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indicione octava, die tercio decimo intrante mense Januario, in civitate Austrie in patriarchali palacio, presentibus fratre Gerardino Emonense electo, Manfredo de Mirorio canonico Vercellensi, Folcherio de Vrunsperch, Hanzmanno de Goricia militibus, Vanno de Fortibracis de Pistorio et multis aliis testibus. C. Reverendus pater et dominus dominus ~~sancte~~ Ottobonus sancte sedis Aquilegensis patriarcha intellecto per eum, quod ville de Houmolt et Krimalt site in Istria iuxta Draguzt et Gerzhol prestrate sunt et iam est diu, quod de eis Aquilegensis ecclesia nullos redditus habuit, considerans eciam grata et devota servicia, que Henricus Sturonus de Lunzt commorans in Ystria in Poymont filius condam Trucarde nunc capitanei pro domino comite Goricie in Poymont exibuit ipsi domino patriarche et Aquilegensi ecclesie in partibus Ystrie contra perfidos Venetos et exibere poterit in futurum, et ut animus ipsius ad servicia ipsius domini patriarche et Aquilegensis ecclesie ferventius animetur, prefatum Henricum ibidem presentem et recipientem pro se et filiis suis masculis et feminis ad supplicationem dicti domini Goricie comitis de ipsis villis cum omnibus iuribus ad ipsum dominum patriarcham et Aquilegensem ecclesiam in ipsis villis spectantibus suo nomine et Aquilegensis ecclesie iure livelli per fimbriam sue clamidis investivit ad habendum tenendum et possidendum et quicquid voluerit faciendum prefati domini patriarche et Aquilegenses ecclesie ac cuius cunque alterius iuribus in omnibus semper salvis, solvendo ipse Henricus ipsi domino patriarche et Aquilegensi ecclesie quolibet anno in festo sancti Michaelis decem soldos Venetorum grossorum. Et insuper dictus Henricus eidem domino patriarche Aquilegensis ecclesie fidelitatis prestitit soli-

1310. 13 Gennajo

Cividale. Il patriarca d'Aquileja investe Henrico Sturone di Lunzt capitano per il Conte di Gorizia in Poymont di alcune ville in Ystria.

tum iuramentum. Et in testimonium predictorum dictus dominus patriarcha mandavit de predictis per me Ingeramum notarium suum publicum instrumentum fieri et sui sigilli appensione muniri.

S. Ego Ingeramus de filiis Michaelibus notarius publicus Placentinus et prefati domini patriarche officialis et scriba predictis omnibus interfui et de mandato dicti domini patriarche ac rogatus hoc instrumentum scripsi meoque signo consueto signavi.

Originale, in pergamena. Il sigillo del patriarca pende ad un cordone di seta verde.

1310 Jänn. 26. Campoformido

Il Patriarca Ottobono coll'assenso del Parlamento nomina Capitano Generale del Patriarcato Enrico Conte di Gorizia durante la sua assenza.

In nomine domini Amen, Anno a Natiuitate eiusdem Millesimo Trecentesimo decimo Jndictione Octaua die vi,gesimo sexto mensis Januarii Jn Campo formio ante Ec,clesiam in Generali colloquio ibidem congregato Presen,tibus venerabili Patre domino Nicolao segnensi Episcopo vene,rabilibus viris dominis Johanne Rosacensi, Bertholdo Mo,sacensi, fratre Alberto Somaquensi Abbatibus Guilel,mo decano Aquilegensi philippo preposito Sancti Ste,phani de Aquilegia, Ulricho Archidiacono Karinthye Nobilibus viris dominis Oldorico de Castello, frederico de Vilalta, Asquino de varmo Gabriele de Strasolt, Mathi,ucio de coloreto, Casmanno de Utino, Magistro francis,co notario de Utino, Magistro Oldorico notario de Utino et aliorum multitudine copiosa testibus. ¶ Reuerendus Pater et dominus, dominus Ottobonus sancte sedis A,quilegensis Patriarcha existens in colloquio Generali in Campoformio ante ecclesiam de mandato suo more solito solempniter conuocato et congregato, Intendens ad apostolicam sedem personaliter se transferre, Et conside,rans Grata, et deuota seruicia que Magnificus et potens vir dominus henricus Jllustris Goricie Comes dic,te Ecclesie aquilegensi et terre fori Julii, Contulit maxime tempore quo ab Ecclesia sua aberat dictus dominus Patriarcha quodque per eum dicta Ecclesia magis quam per alium defendi potest et in sua libertate foueri, Pre,fatum dominum Comitem Jbidem presentem et recipi,entem, suum aquilegensis Ecclesie terre forj julij et Pa,triarchatus Aquilegensis ad Jnstanciam et Requisi,tionem Ecclesie Sue Capituli Prelatorum francorum Mi,

nisteriatium Comunitatum et omnium ut moris est in dicto colloquio existencium ad honorem dei et Beate Virginis gloriose et Beatorum Marthirum hermachore et fortunati ac propter Regimen et Gubernacionem aquilegensis Ecclesie et terre fori Julij, Generalem Capitaneum fecit et Constituit, ad ipsius domini patriarche beneplacitum voluntatis Ipsumque dominum Comitem ibidem presentem et recipientem per vexillum aquilegensis Ecclesie quod ipse dominus Patriarcha in suis tenebat manibus de Officio et Regimine capitaneatus predicti personaliter Investiuit Curam Regimen et administracionem et Gubernacionem Officii Capitaneatus aquilegensis Ecclesie et Patriarchatus et terre fori Julii eidem domino Comiti tanquam suo Capitaneo ut moris est plenarie committendo. Qui dominus Comes, Officium et Regimen Capitaneatus predicti, ad beneplacitum dicti domini Patriarche benigne et humiliter recipiens Jurauit corporaliter Officium ipsum fideliter, legaliter et sine fraude facere et exercere, Bona Jura, Jurisdictiones stratas terras possessiones et loca Aquilegensis Ecclesie manutenere, defendere et tueri, quoslibet subditos ipsius domini Patriarche et aquilegensis Ecclesie tam clericos quam layeos in sua fonere et defensare Justicia, Et Omnia et singula dicere et facere que ad ipsum Capitaneatus Officium et Regimen spectare noscuntur sic deus eum adiuuet et sancta dei Euuangelia Et in testimonium predictorum dictus dominus Patriarcha mandauit presens instrumentum sui sigilli appensione muniri

S.N. Ego Ingeramus de filiis Michaelibus notarius publicus placentinus et predicti domini Patriarche Officialis et scriba predictis omnibus presens fui et de mandato dicti domini Patriarche ac rogatus hoc instrumentum scripsi meoque signo consueto signaui.

1310. 10 giugno. Venezia. Procuratori eletti dalla Signoria di Venezia per trattar pace tra essi il Patriarca d'Aquileja e il Conte di Gorizia.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die mercurii decimo mensis Iunii, Veneciis in sala maiori ducalis palatii presentibus dominis Tanto cancellario, Andrea de Norengis, Marco Siboto, Nicolo dicto Pistorino et Marculino notariis et ducatus Veneciarum scribis testibus et aliis. Congregato maiore et generali consilio civitatis Veneciarum per sonum campanarum et voces preconum secundum morem in sala maioris palacii communis Veneciarum, coram illustri domino Petro Gradonico dei gracia Veneciarum Dalmacie atque Chroacie inclito duce in quo consilio fuerunt congregate due partes consiliariorum ipsius consilii ut ultra ipse dominus dux cum ipso maiori et generali consilio et ipsum consilium et homines ipsius consilii nemine discrepante cum eodem domino duce suo et communis Veneciarum nomine et ipsius communis subiectorum et eis adherentium fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt nobiles viros dominos Marinum Georgio, Marinum Mauroceno et Guidonem de Canale cives Veneciarum presentes et recipientes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis et quod unus inceperit alter possit prosequi et finire procuratores syndicos et nuncios speciales veros et legittimos ad tractandum ordinandum paciscendum conveniendum componendum et firmandum cum venerabili patre domino Ottobono sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha et domino Henrico illustri comite Goricie et Tyrolis et ecclesie Aquilegiensi advocato et patriarchatus Aquilegensis capitaneo vel eorum procuratore et syndico seu procuratoribus et syndicis legittimis super pace et pactis et articulis pacis et pactorum hactenus initis et firmatis sive initorum et firmatorum inter commune Veneciarum ex una parte et venerabilem patrem patriarcham et ecclesiam Aquilegensem ex alia ac super omnibus et singulis dic-

scordiis contentionibus controversiis et querelis que sunt
sive fuerunt vel esse possent quacumque occasione
et super quacumque re magna vel parva intereundem
dominum ducem et commune Veneciarum ex una parte
et dominum patriarcham et ecclesiam Aquilegensem
et predictum dominum comitem Goricie et eorum subiec-
tos et sibi adherentes ex altera et super hiis et aliis
expressis et non expressis inter eundem dominum
ducem et commune Veneciarum pro una parte et
predictum dominum patriarcham ~~et ecclesiam Aquilegensem~~
et predictum dominum comitem ~~Goricie et eorum subiec-~~
~~tos et sibi adherentes ex~~ suo et Aquilegensis ecclesie
nomine et suorum subditorum et adherentium pro parte
altera ad tractandum ordinandum ineundum fa-
ciendum et firmandum pacem firmam et veram con-
cordiam compositiones pacta et conventiones firmi-
ter et inviolabiliter perpetuo duraturas sicut ipsis
syndicis et procuratoribus et cuilibet eorum melius
et utilius videbitur expedire ad omnimodam volun-
tatem ipsorum et cuiuslibet eorum et super predictis
et singulis et super ipsa pace tractanda et firman-
da et super ipsis pactis compositionibus et conven-
tionibus ad promittendum nomine communis Venetia-
rum penam et penas et ab altera parte similem pro-
missionem recipiendum et in predictis et singulis et
quibuscumque que ipsis procuratoribus et cuilibet eorum
in solidum videbuntur ad promissiones obligationes
securitates renunciationes et cautelas faciendum et interpo-
nendum nominatim et expresse ad conveniendum
de restitutione traditione et ressignatione quorum-
cumque castrorum locorum fortiliciarum et quorum-
cumque bonorum communi Veneciarum facienda
de ipsis castris fortiliciis et bonis a domino patri-

archa et domino comite et ecclesia Aquilegensi sive eorum subiectis seu eis adherentibus quomodolibet detentis et possessis ac etiam de dampnis iniuriis iuribus hinc inde subtractis ex pensis et gravaminibus hinc et inde ad remissionem liberationem et quietationem promittendum et faciendum et a parte altera promissionem similem recipiendum et nominatim et expressim ad renovandum approbandum et confirmandum in posterum pacem et pacta olim inita et firmata inter eundem dominum patriarcham et ecclesiam Aquilegensem et predictum dominum comitem et commune Veneciarum et specialiter pacta hactenus firmata inter predictum dominum patriarcham in millesimo trecentesimo tercio indictione prima die vigesimo secundo Januario per instrumentum publicum sub signo et nomine Nicolai dicti Pistorini notarii vel alterius cuiuscumque notarii inde confectum et illa reducendum in statum et ad statum in posterum observandum, in quo erant tempore mote discordie in anno domini millesimo trecentesimo nono nuper elapso et sub hoc tenore nichil acrescat vel decrescat iuribus cuiuslibet partis aliter quam tempore mote discordie predicte competebat et ad obligandum se nomine communis Veneciarum et subiectorum eius et eis adherentium de observandis omnibus et singulis tractatis et firmatis per eos procuratores vel alterum eorum dantes et concedentes ipse dominus dux et consilium dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenam liberam et generalem potestatem et plenum liberum et generale mandatum in predictis omnibus et singulis et pertinentibus ad predicta. Et promiserunt mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine omnium quorum interest vel interesse poterit, firmum et ratum habere et

(1,203

observare perpetuo quicquid per predictos suos procuratores vel eorum alterum tractatum promissum factum et firmatum fuerit in premissis et quolibet premissorum cum obligatione omnium bonorum communis Veneciarum presencium et futurorum et etiam ad conveniendum, ut si quo tempore sedes apostolica mandaret predicto domino patriarche et ecclesie Aquilegiensi seu predicto domino comiti de predictis pactis non servandis, quod dominus patriarcha et ecclesia Aquilegiensis vel ipse dominus comes teneantur denunciare domino duci et communi Veneciarum ipsum mandatum infra certum tempus, sicut ipsis procuratoribus et eorum cuilibet videbitur ordinandum et conveniendum et quod ante ipsam denunciationem ipse dominus patriarcha et ecclesia Aquilegensis vel ipse dominus comes nullam possit vel debeat facere novitatem, sed ipsa pacta teneantur servare usque ad tempus, de quo poterunt convenire syndici et procuratores predicti. In cuius rei certitudinem pleniorem dominus dux predictus mandavit presens instrumentum sua bulla plumbea pendente muniri.

(Signum notar.) Ego Ambrosius Moronus imperiali auctoritate notarius publicus et ducatus Venetiarum scriba predictis omnibus interfui et ea rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi.

Originale La bolla di piombo del Doge Gradenigo pende ancora

Da perg. orig. Arch. di Stato. Vienna.

1310. 3 Novembre. Nel castello di Gorizia. — Enrico conte di Gorizia e capitano del Friuli dà in pegno tre masi in Pozzuolo ad Ottone e Mainardo di Floriana, ricevendo 42 marche di soldi.

Nos Henricus Goricie et Tyrolis comes, Aquilegiensis, Tridentine atque Brixinensis ecclesiarum advocatus, Forijulii capitaneus generalis notum facere volumus universis et literis presentibus profitemur nos esse debitores Ottini et Maynhardi fratrum de Floiano in marcis solidorum quadraginta duabus, quas nobis in promta pecunia mutuarunt, pro qua quidem pecunia obligavimus eisdem fratribus et ipsorum heredibus mansos tres sitos in villa Puzzinia, quorum unus colitur per Dominicum de Plazacada, alter per Petrum, tercius per Henricum de Puzinia ad habendum tenendum et possidendum cum redditibus et omni iure ad ipsos mansos pertinente de anno ad annum nobis nichil de redditibus in sortem defalcando, donec nos aut heredes nostri dictis fratribus aut ipsorum heredibus pecuniam memoratam in festo sancti Georii plenarie dederimus et in toto, promittentes per nos et heredes nostros dictis fratribus vel ipsorum heredibus in dictis mansis seu ipsorum redditibus aut alio quocumque iure reservato nobis et heredibus nostris iudicio sive gericht per nos aut alios nullam facere gravitatem nec facienti consentire, set eos dictis fratribus defendere et manutenere, donec eis pecuniam dabimus in festo sancti Georii suprascriptam. In cuius rei testimonium et maius robur predictorum omnium presens scriptum eis dari iussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Testes interfuerunt dominus Karulus de Gysino, dominus Wofflinus de Ghotineke, dominus Henricus de Goricia, dominus Chunradus de Loch, dominus Fridericus de Prem milites, Reulinus camerarius et Henricus de Auras. Datum et actum anno domini millesimo CCCmo decimo,

indicione VIII^a, die tercio intrante novembre, in castro Gorcie.

Originale. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.
pergamena.

1311, 6 Gennaio. Udine. Il patriarca d'Aquileja investe Giacomo di Los di mansi in Topol e in Sclaven.

C. In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo undecimo indictione nona, die mercurii, sexto intrante mense Januarii, in Utino in patriarchali palacio, presentibus dominis Henrico de Soricio milite, Fulcherio de Wrasperch milite, Casmanno de Utino[1] et aliis testibus. C. Cum ad audienciam reverendi patris et domini domini Ottoboni sancte sedis Aquilegensis patriarche pervenerit, quod per mortem Artemolt filium condam Ruschul de Los, qui sine filiis dicitur decessisse, quinque mansi siti in villa de Topol in Circhiniz et unus mansus situs in Sclavem supra Techam exciderunt ipsi domino patriarche, quia tenebantur in feodum ab ipso domino patriarcha et ecclesia Aquilegensi prefatus dominus patriarcha volens sibi et ecclesie Aquilegensi bonum vasallum acquirere Jacobum filium condam Guarienti de Los consanguineum dicti condam Artemolt et ibidem presentem et recipientem ad feudum sicut per dictum condam Artemolt iuste et legaliter tenebantur per simbriam[2] sue clamidis de dictis sex mansis suo et Aquilegensi ecclesie nomine investivit ad habendum tenendum et possidendum et quicquid sibi placuerit faciendum ipsius domini patriarche et Aquilegensis ecclesie ac cuiuscunque alterius iuribus semper salvis. Qui Jacobus statim ipsi domino patriarche et Aquilegensis ecclesie fidelitatis prestitit solitum iuramentum. Et postmodum millesimo, indictione et loco predictis, die veneris quintodecimo intrante mense Januarii presentibus dominis fratre Ubero abbate Sumagiensi Heinrici de Goricia milite Raynaldo de Filicianis milite, Oberto de Centenario et multis aliis testibus. C. Prefatus dominus patriarcha, quia de voluntate dicti Jacobi fuerat, ut de dictis sex mansis cum ipso investiretur per dictum dominum patriarcham Fredericus dictus Fricius filius condam domini Wernardi de Ebrestain servitor magnifici viri domini H. Goricie comitis, ut post decessum dicti Jacobi si moriatur sine liberis dictos sex mansos ipse Fricius teneat in feudum ab ipso domino patriarcha

[1] corretto da Utinio

[2] sic!

et ecclesia Aquilegensi sicut per dictum condam Artemott iuste et legaliter tenebantur, prefatum Fricium ibidem presentem et recipientem de dictis sex mansis ad feudum, sicut hactenus tenebantur condicione predicta per fimbriam sue clamidis investipit ad habendum tenendum et possidendum et quicquid voluerit faciendum ipsius domini patriarche Aquilegensis ecclesie et cuiuscunque alterius iuribus semper salvis. Et ibidem dictus Fricius ipsi domino patriarche et Aquilegensi ecclesie fidelitatis prestitit solitum iuramentum. Et in testimonium predictorum dictus dominus patriarcha mandavit de predictis publicum instrumentum fieri et sui sigilli appensione muniri.

S. Ego Ingeramus de filiis Michaelibus notarius publicus Placentinus et predicti domini patriarche officialis et scriba predictis omnibus et singulis presens fui et de mandato dicti domini patriarche ac rogatus predicta scripsi meoque signo consueto signavi.

Originale in pergamena. Il sigillo manca.

1311. 15 agosto. Bolzano (Tirolo). Federico burgravio di Norimberga investe Corrado di Aufenstain del castello di Trischent (Tarcento) in Friuli, posseduto prima da Ulrico di Castello.

1311, Agosto 15 (corrispond. italiana).

Wir Fridreich von gotes genaden purgrave ze Nurenberch veriehen und tün chunt allen den die disen brief sehent lesent oder hörent, daz wir angesehen habn die dienst der vrumchait des vesten mannes Chunrates von Aûenstain und haben im und sein erbn mit verdachtem müt daz haus Trischent daz gelegen ist ze Vryöle und von uns lehen ist und uns ze disen zeiten mit recht an ist gevallen darumb, daz der edel mann Ulreich von Castell daz selb haus und lehen ze rechter zeit ze vodern an uns und ze leihen hat versaumpt, gelihen und bestetigt, do wir ez wol mochten getun. Wir wellen ouch, daz di vorgenanten Chunrat von Aûenstain und sein erben daz egenant haus mit allen sin rechten und mit allen den und darzu gehort gesucht und ungesucht, gestift und ungestift von uns inne habn und ewicklich wesiczen und nuczen. Wir wollen ouch dem offt genanten Chunraten von Aûenstain sein erbn geholfen sein und helfen, daz si daz egenant haus in gewinn und wesiczen mit allen den und dar zu gehort. Wir lubn in ouch daz selb haus und daz dar zu gehort ze scherm nach lehens recht. Und daz daz von uns also stet weleib, gebn wir in den vorgenanten Chunrat von Aûenstain und sein erben disen brief westetigten mit unserm anhangunden insigel ze urchunde. Daz sint gezeuge di edeln grave Ludweich von Ötingen, grave Chunrat von Chirchperch, her Volcholt von Nürnberch, der[1] Chunrat von Tzupling, her Seifrid von Tanschalching, der Chunrat Hörnf von Sekendorf, her Heinrich Gralant, her Heinrich von Rotenburch der hofmaister, der Wernher von Tablat, Frid der Hebenstr. und ander edel leute. Daz ist geschehen und ist der brief geben ze Boczen, nach Christes gepurt drewzehn hundert iar darnach in dem ainleften iar, an unser vroun tak als si hin ze himel enphange wart.

1.) sic!

Originale in pergamena. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

Noi per grazia di Dio, burgravio di Norimberga proclamiamo e facciamo noto a tutti quelli che vedono leggono ed odono questa lettera che noi abbiamo considerato i meriti della fedeltà dell'ottimo uomo Corrado di Auenstein, ed abbiamo a lui ed ai suoi eredi con animo grato la casa di Trisserand che è posta in Tirolo e che è nostro feudo, e che ora è caduta per diritto in noi perchè il nobile uomo Ulrico di Castello la stessa casa e feudo a tempo opportuno ha trascurato di chiedere e di domandare in investitura a noi, concessa e confermata perchè ciò ben potevamo fare. Vogliamo anche che il nominato Corrado di Auenstein ed i suoi eredi la detta casa con tutti i suoi diritti e con tutto ciò che le appartiene cercato e non cercato donato e non donato, abbia e in perpetuo possegga ed usi. Vogliamo anche che al predetto nominato Corrado di Auenstein ed ai suoi eredi sia prestato aiuto e (vogliamo) aiutarli affinchè la detta casa abbiano in uso e posseggano in tutto quanto ad essa appartiene. Desideriamo inoltre la stessa casa e ciò che ad essa appartiene difendere secondo il diritto feudale. E affinchè ciò sia da noi confermato diamo al predetto Corrado di Auenstein ed ai suoi eredi questa lettera, avvalorata col nostro pendente sigillo, per documento. Di ciò sono testimoni i nobili uomini Ridolfo di Oetting, conte Corrado di Chierhporch, signor Nicolò di Norimberga, Corrado di Truhling, il signor Siffredo di Tunschalching, Corrado Poerns di Lé Rendorf, il signor Enrico Galani, il signor Enrico di Rosenburch gastaldo Vernaro di Ciolet, Fried. di Hebenstr e altri nobili uomini. Ciò avvenne e la lettera fu data a Bolzano l'anno 311 dopo la nascita di G. Cristo, il dì in cui nostra Signora fu assunta in cielo

1311. 21 Decembre. Udine in borgo inf. nella casa di quei di Villalta. —
Il Nob. Federico di Pramperch q. d. Enrico di Gemona
per 200 marche di den. aquil. vende ad Enrico conte di Gorizia
il castello di Mimiliano feudo della chiesa d'Aquileja.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo undecimo, indicione nona, die undecimo exeunte decembri presentibus venerabilibus viris dominis fratre Alberto Somaquensis monasterii abbate, reverendi patris domini Ottoboni dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche vicario, Johanne Rosacensis monasterii abbate, nobilibus dominis Gotfrid et Wloino fratribus militibus de Guotinich, Petro et Costantino fratribus militibus de Utino, Frederico de Pers, Henrico notario et Sigardo de Verçono et aliis ad hoc vocatis. Nobillis vir dominus Fredericus de Pranbrach filius quondam domini Henrici de Glemona pro se suisque heredibus de sua manu et tenuta dedit vendidit atque iure recti et legalis feudi domini patriarche et Aquilegensis ecclesie investivit magnifico et potenti domino Henrico Goricie et Tirolis comiti pro se suisque heredibus ementi et recipienti ac cui ius suum dare voluerit castrum sive locum de Mimilgaro cum omnibus et singulis ipsi castro de iure spectantibus et pertinentibus et hoc precio et foro ducentarum marcarum denariorum Aquilegensis monete, quod totum a dicto domino comite confessus fuit et contentus habuisse ac integre recepisse renuncians exceptioni non habiti, non recepti, non numerati et soluti precii tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio ad habendum tenendum possidendum dandum donandum vendendum pro anima et corpore iudicandum et quicquid sibi suisque heredibus et cuius suum dare voluerit perpetuo placuerit faciendum iure feudi

c nella paro
n hoc apposi
sopra la linea

semper salvo sine omni contradicione et repeticione ac inbrigamento dicti domini Frederici suorumque heredum aut alicuius alterius persone. Cuius castri rationem eidem domino comiti dedit incontinenti dando plenam licenciam et auctoritatem intrandi et retinendi tenutam dicti castri auctoritate propria, dicens quoque dictus dominus Fredericus dictum castrum nemini fore datum seu modo aliquo aligenatum ante hanc dacionem et vendicionem in dictum dominum comitem factam. Et si valeret plus precio nominato, quod plus esset eidem donavit atque dedit donacionis nomine que dicitur inter vivos promittens quoque dictus dominus Fredericus pro se suisque heredibus ipsi domino comiti pro se suisque heredibus stipulanti dictam vendicionem dacionem donacionem et omnia ac singula suprascripta perpetuo firma rata et grata habere et tenere et numquam per se vel alterum racione aliqua seu causa dicere facere vel venire sub pena dupli dicti castri ut pro tempore plus valuerit, minus quinque solidis Veronensium parvorum, que tociens peti et exigi possit cum effectu, quociens factum fuerit contra predicta, qua soluta vel non omnia et singula suprascripta firma sint et rata et presens instrumentum nichilominus perpetuo obtineat plenum robur. Insuper autem promisit dictus dominus Fredericus refutare dictum castrum et ius suum quod habet in ipso in manibus domini patriarche quandocumque sine fraude per ipsum dominum comitem fuerit requisitus, obligando pro supradictis omnibus atenendis omnia sua bona mobilia et inmobilia presencia et futura. Actum Utini, in burgo inferiori, in domo illorum de Villalta in camera, in qua morabatur dominus comes predictus.

S. Et ego Franciscus Nasuti de Utino imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi

Originale, pergamena

1313. 6 Gennajo. Cividale. — Enrico conte di Gorizia per i fedeli servigi avuti da Ottone di Floriana, lo investe di una Torre presso Cormons fatta da Bernardo di Colloredo e di sei mansi in Meriano.

Nos Henricus Goricie et Tyrolis comes, Aquilegensis, Tridentine ac Brixinensis ecclesiarum advocatus nec non tocius terre Foriiulii capitaneus generalis presentibus profitemur et scire volumus universos horum seriem inspecturis, quod nos pretendentes fidelia servicia, que a Ottone de Floxana habuimus et adhuc habituri sumus, ipsum Ottonem de Floxana de quodam sedimine sito et iacente in monte Cormonis, in quo sedimine per Bernardum de Colloredo quedam turris condam fuerat edificata, cum egressibus et accesibus et aliis quibuscumque iuribus et pertinentiis ad dictum sedimen et turrim spectantibus per nos et heredes nostros ad rectum et legale feudum ipsum Ottonem et heredes suos manu propria investimus, dantes ipsi Ottoni de Floxana et heredibus suis ad custodiam castri que dicitur purchhat mansus sex iacentes et sitos in villa Myriani apud Versiam, quorum unus regebatur per Iohannem, alter regitur medius per Iyan, medius est pustota sive desolatus, tercius regebatur per Hertnicum, quartus regebatur per Dominicum, quintus regitur medius per Dominicum, medius est pustota, sextus vero regebatur per Andream cum cellariis sive campis locatis et desolatis in cimiterio in dicta villa Miryani proppe ecclesiam positis vel constitutis, qui mansi et que cellaria olim domini Ottonis dicti Salch pie memorie fuerunt cum omnibus et singulis atinentiis ad dictos manssus et celaria predicta pertinenciis quesitis et non quesitis, cultis et incultis ac omni iure sicut ipse dominus Otto dictus Salch memorie predicte bona prelibata hactenus tenuit et posedit, reservantes nobis manssum in quo preco Zeryaga residebat, qui memorati do-

mini Ottonis dinoscitur fuisse. In cuius rei evidenciam et maiorem stabilitatem presentem literam nostri pendentis sigilli munimine fecimus roborari. Huius donationis testes sunt dominus Wolricus capellanus, dominus Henricus Fulcin, Keslinus officialis de Goricia, Chunradus filius domini Hermanni de Stayn, Niclinus de Auras, Albertus notarius. Datum et actum in Austria civitate, in domo de portis, anno domini M°CCC°XIII°, indicione XI^a, die VI° intrante mense januarii.
Originale in pergamena, il sigillo manca.

1313 Juni 9 Görz

Graf Heinrich von Görz etc Hauptmann zu Friaul verleiht ~~zwei Huben zu St. Peter~~ seinem Koch Ulrich Trump zwei Huben zu St. Peter bei Görz, die Herdegen von Gerau und Mike Dietzleins Sohn aufgesandt haben. (Orig. Perg. Siegel abgerissen)

1313, 9 Giugno. Gorizia. Enrico conte di Gorizia conferisce al monaco Ulrico Trump due mansi in S Pietro presso Gorizia.

Wir graf Hainrich von Gortz und von Tyrol, vogt der gottesheuser ze Aglay, ze Triend, ze Brixen und gemainer haubtman in Friaul vergehend und tun chunt an disem prieve allen den die in sehent oder horent lesen, die nû sint ~~[illegible]~~ noch chumftich werdent, daz Herdegen von Gerau und Mike Dietzleins sun mit gûtem willen und mit wol verdachtem mût uns auf geben habent zwo huben, die gelegen sint datz Sand Peter under Gortz; diu ainew gelegen ist ze Auzerist, da man ze Sand Peter in daz dorf get, deu andrew leit pei der chirchen enhalb des paches. Die selben zwo huben hab wir verlihen ze rechtem lehen maister Ulreich dem Trûmp unserm choch und allen seinen erben, sunen und tochtern, die er hat oder noch gewinnet mit allen dem recht und daz ze gehort gesucht und ungesucht, gepauen oder ungepaugen swie iz gehaizen ist ze mezen und ze haben, ze wenden und ze cheren nach allem seinem willen. Daz wir daz stat und unverbrochen behalten wellen, des geb wir im disen prief mit unserm hangendem insigel zu ainem urchunde ~~der~~ der warhait. Des sint getzeug her Chærel von Mutterburch, Fritzel und Eckart und Pilgreim von ~~der~~ Eberstain, Haintzel der Amraser*, Hært-

* del castello di Ambras.

weich von Sand Michelspurch, Wolfel Walchuns sun von Gortz und andre piderbe leut. Daz ist datze Gortz geschehen an der Stainprukken, nach Christes geburt tausent jar dreu hundert jar darnach in dem dreizehendem jar an der heiligen marterer tag sand Preims und sand Felitians.

1313. 27 Giugno. Udine. Il patriarca ~~Ottobono~~ Ottobono investe ~~del castello~~ del castello di Arijs rassegnato da Comoretto q. Comoretto di Arijs, il conte Enrico di Gorizia.

In nomine domini amen. Anno eiusdem nativitatis M°CCC°XIII°, indictione undecima, die quarta eunte[2] iunio, in castro Utini in patriarchali pallacio, presentibus dominis fratre Enocho ordinis fratrum eremitanorum, Manfredo canonico Veltensi, Aincilino de Utino, Meliorancia notario domini patriarche, Federico Wurella Utines[1] commorante et aliis. Odolricus de Atenis[2] quondam domini Ianisi procuratorio nomine Camoretti condam Commoretti de Treis resignavit in manus reverendi patris et domini domini O. sancte sedis Aquilegensis patriarche locum castrum et mottam[2] de Treis cum omnibus, que dictus Camorettus ab eo iure feudi, quod hereditat[2] masculos[2] et femina[2] habuerat, exceptis tribus mansis investitis Artwico de Atenis, ita quod de ipsis bonis (videlicet de castro loco et motta de Treis et aliis bonis) investiat Philippum quondam domini Chuncii de Civitate procuratorem magnifici domini domini Heinrici comites[3] Goricie ac Tyrolis. Qui dominus patriarcha recepta resignacione huiusmodi nomine suo et Aquilegensis ecclesie et eorum iuribus semper salvis cum fymbria sue clamidis ipsum Philippum procuratorio nomine dicti domini comitis Henrici de ipsis castro et loco et motta[2] et aliis bonis de Treis prout Camorettus illa habuerat, legittime investivit, recepto ab eodem Philippo prestante iuramentum in animam dicti domini comitis Heinrici fidelitatis, quod fasallus[2] domino suo facere conswevit.[2]

Ego Anthonius filius quondam Francisci de Austria civitate imperiali auctoritate notarius ex commissione michi concessa per reverendum patrem et dominum dominum Bertrandum sancte sedis Aquilegensis patriarcham, prout inveni in nottis condam magistri Anthonii notarii de Civitate fideliter scripsi et publicavi.

Cod. 72 (nuova serie) f. 63'–64.

1/ c. Utinensis. 2/ sic. 3/ Le parole comitis Goricie mancano nel codice.

1314, 20 Marzo. Chiusa. Il Cav. Federico di Pramperch per 200 marche di denari cede i suoi diritti, pertinenze e giurisdizione della Chiusa a Enrico Conte di Gorizia Capitano Generale

1314, III. 20, Chiusa (Klausen).

Friedrich der Pramberger verkauft an Heinrich Grafen zu Görz und Tirol um 200 Mark Aglaier Pfenninge seine Antheil an der Klausen mit allem Zugehör, nebst verschiedenen Rechten.

Anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo indiccione duodecima die duodecimo exeunte Marcio presentibus venerabili viro domino Bertholdo dei gracia abbate monasterij Mosecensej, nobili viro domino Ugone de Duwino domino fratre Adalgerio priore hospitalis sancti spiritus aput Glemonam domino Hanrico notario de Goricia, Nicolao notario dicti domini abbatis, Bonono hosterio de Clusa, Jacobo previt* dicti loci, Indrusio dicto Dent de Clusa, Fuzusio filio condam Barubi de dicto loco, Falcono de Cadubrio comoranti in Clusa testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, nobilis vir dominus Federicus ~~Mokes~~ miles de Pramperjo per se et heredes suos et precio sixi [ve] foro ducentarum marcarum denariorum aquilegensium quod precium confessus contentus et manifestus fuit integre habuisse et recepisse excepcioni non habiti et recepti dicti precii et omni iuris et legum auxilio tam canonico quam civili omnino renuncians perpetualiter iure feudi vendidit, tradidit, contulit adque dedit magnifico et potenti domino domino Hanrico illustri comiti Goricie et Tirolis ac

* prevedo

tocius patriarchatus Aquilegensis capitaneo ge-
nerali pro se et suis heredibus recipienti et sti-
pulanti girictum suum pontasium et galaitum
ac omnia et singula bona redditus et proven-
tus terrae et possessiones quecunque sint et
quocunque nomine censeantur et per quoscun-
que colantur et regantur que et quas ha-
bet et videtur habere seu habere posset in clu-
sa et in eius pertinenciis cum omni iure et ac-
cione usu requisicione servitute, dominio, ho-
nore, commodo et utilitate si ex dictis bonis
vel ad dicta bona modo quocunque spectantibus
et pertinentibus tam de iure quam de facto ad
habendum tenendum, possidendum, dandum, do-
nandum, vendendum, alienandum, obligandum
et quicquid dicto domino comiti de ipsis bonis
vel de eorum parte placuerit perpetuo faciendum
absque omni contradiccione predicti domini Fe-
derici et suorum heredum aut aliarum ~~quarum~~
personarum impedimento promittens dictus do-
minus Federicus per se et heredes suos prefato
domino comiti pro se et suis heredibus stipu-
lanti et recipienti vendiccionem datam et
tradiccionem predictam perpetuo firmam ra-
tam et gratam habere et tenere et observare
et de ipsis bonis litem vel ~~constitu~~questcionem ali-
quam non movere per se vel per alios ~~non~~
nec moventi consentire sed dicta bona in iure
contra quemlibet personam et universitatem
legitime defendere manutenere warantare,
auctorizare ac in solidum disbrigare et dampna

ac expenssas litis reficere in iudicio sive extra et
non contrafacere, dicere vel venire racione aliqua
dolo ingenio sive causa. Et de resignacione et in-
vesticione dictorum bonorum feudalium facere om-
nia et singula que prefato domino comiti et
suis heredibus videbitur et placuerit sub penam
dupli valoris dictorum bonorum ut pro tempore
plus valuerint vel meliorata fuerint minus quin-
que solidis veronensium parvorum in singulis huius
instrumenti capitulis stipulati et permissa, que
tociens peti et exigi valeat cum effectu quociens
committetur in ipsam et ea soluta vel non pre-
sens nichilominus instrumentum in omnibus
et per omnia stabilem obtineat firmitatem.
In quorum bonorum tenutam et corporalem
possesionem ad ponendum ipsum dominum co-
mitem vel alium loco sui secundum modum
predictum Bononus testis predictus ab ipso domi-
no Federico venditore nuncius datus fuit et
hoc sub ypoteca et obligacione omnium bono-
rum dicti domini Federici tam presencium
quam futurorum.

Actum in Clusa in stupa Bononi testis pre-
dicti

*S. N. Ego Nicolaus de Venzono condam Iohan-
nis Carnelli sacri imperii imperii (!) notarius
constitutus interfui hiis omnibus rogatus et
de eorum mandato hanc cartam scripsi.

1314. 19 Aprile Cividale. — Il nobile Federico di Pers promette ad Enrico conte di Gorizia e capitano del Friuli finchè durerà in questa carica cioè per sei anni di servirlo ed obbedirlo e di rinunziare al patr. d'Aquileja il suo castello di Susans perchè ne sia investito il detto Conte di Gorizia.

S. In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo tricentessimo quartodecimo, indictione XII^a, die veneris XVIIII° intrante aprili, presentibus dominis Guillelmo decano, Gylono archidiacono Aquilegensi, Pileo, Bartholameo de Bata, Bernardo de Cuchyla, Paulo Boyaro de Civitate, Vicardo de Petrapelosa, Tholberto de Sacilo, Artuycho de Prambergo, Steppano de Monteregali et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis. Nobilis vir dominus Federicus de Pers de plano consensu et libera voluntate solempni stipulatione promisit et iuravit corporaliter tactis sacris scripturis, quod habebat atque sibi reputabit et tenebit ilustrem et potentem [1] dominum dominum H. comitem Goricie et Tyrolis ac terre Forijulii capitaneum generalem in suum verum dominum et capitaneum et eidem adstabit fideliter, serviet atque hobediet tanquam suo vero domino et capitaneo husque ad terminum dicti sui capitaneatus, videlicet ad sex annos venturos proxime et complectos sub pena et in pena quingentarum marcharum Aquilegensis monete sub tali conditione et pacto, quod si contingerit ipsum dominum Federicum contra predictam promissionem et iuramentum facere vel venire infra terminum supradictum, quod ipsi domino comiti dictam penam dare et solvere teneatur, cuius pene nomine et causa castrum Susani et omnia bona alia dicta domini Federici, ubicumque sint, obligata permaneant et esse inteligantur domino comiti memorato, ita quod ipse dominus comes super eisdem solutionem sibi recipere valeat consequi et habere, hoc etiam adito et firmato, quod si prefatus dominus comes faceret expensas aliquas pro exactione supradicte

1.) nell'originale: potentem

pene sive pro obsidione castri Susani, si dictus dominus Federicus rebellis existeret ad solvendum sive ocassione quacumque alia atque causa hoc totum converti et computari debeat in dampnum et preiudicium dicti domini Federici super ipso castro Susani et alia eius bona in recompensatione expensarum factarum per dominum comitem antedictum et si per predictum dominum Federicum contingeret aliquid auferri vel aliqua in stratis seu regalia et de ipso vel contra ipsum facta fuerit querimonia, nobiles viri domini Rau. magister curie, Grifus de Rotemberch et Vicardus de Petrapelosa aut ex predictis saltim duo per sacramentum et bona fide veritatem inquirere debeant et veritate requisita et ex pecta emendare teneatur redere et satisfacere ablata infra quindecim dies post denominationem sibi factam ad dictum et diffinitionem supradictorum trium nobilium virorum aut duorum ex eisdem tertio locum non habente, si duo tantum ex ipsis concordes existent. Et si dictus dominus Federicus non observaret et atenderet premissa vel aliquod premissorum, predictam penam incurat similiter domino comiti supradicto, ita tamen, quod si ex predictis tribus aliquis medio tempore decederet, alius bonus et communis homo reponatur loco decedentis arbitrio et electione superviventium arbitrorum. Que quidem omnia et singula supradicta, ipse dominus Federicus presente Nicolao

1.) sic · filio suo presente et aprobante sic promisit solempniter in manus domini comitis memorati corporali prestito sacramento omnia et singula supradicta firmiter et inviolabiliter atendere et observare. Insuper prenominatus dominus Federicus voluntate dicti eius filii presentis et consentientis fecit constituit et ordinavit supradictos nobiles viros dominos Rau magistrum curie et Vicardum de Petrapelosa presentes ac

Griffum de Rotemberch absentem tamquam presentem quemlibet eorum presentem taliter, quod conditio hoccupantis potior non existat, dumtamen ea eisdem duo sint concordes, suos certos nuncios actores et procuratores legitimos ad resignandum et reffutandum castrum seu locum Susani in manus domini patriarche Aquilegensis, qui pro tempore fuerit, si cassus ocurerit sive causa, quod deus advertat, tradens et concedens dictis procuratoribus plenam et liberam potestatem et auctoritatem ad predicta omnia complenda et facienda, ita quod ad omnia sufficientes sint et ydonei et adimplere valeant, ut ipse personaliter facere et complere posset. Et iuravit insuper voluntate filii eius supradicti predictos procuratores non revocare aliquo ingenio sive causa, imo omnia et singula ea nunc pro ea tunc per ipsos procuratores facta aprobat, ratificat et confirmat, corporali sibi prestito iuramento et atendere in singulis capitulis tam in perdendo quam in lucrando. cum hoc pacto et condicione, quod si per ipsum dominum Federicum contrafactum fuerit in predictis vel aliquod predictorum, tunc ipsi procuratores ipsum castrum Susani refutare et resignare debeant in manus dicti domini patriarche et resignatione facta supradicta dictus dominus patriarcha illud eidem domino comiti debeat investire, sed si postea prefatus dominus Federicus posset et vellet solvere dictas marchas quingentas eidem domino comiti et dampna passa exactione ipsarum, tunc dictus dominus comes castrum illud et alia eius bona eidem omnino restituere teneatur. Ad firmitatem eciam omnium predictorum dominus Vicardus de Petrapelosa predictus et Aschyinus de Coloredo iuraverunt ad sancta dei evangelia dare operam bona fide, quod dictus dominus Federicus atendet et observabit, ut dictum est superius. Et si per ipsum in aliquo contrafactum fuerit atque ventum, dicto domino comiti dabunt et

auxilium, consilium et iuvamen contra supradictum dominum Federicum. Dominus vero comes superius nominatus tenetur et debet eidem domino Federico facere relaxari filium suum et restitui castrum Susani pactis supradictis firmis et ratis manentibus. De predictis facta sunt duo publica consonantia instrumenta per me Lutufredum de Sacilo notarium infrascriptum, quorum unum sygillari debet pendenti sigilo dicti domini comitis, aliud vero sygilo ipsius domini Federici. Actum in Austria civitate in reffectorio monestarii fratrum predicatorum.

Ego Lutufredus de Sacilo imperiali auctoritate notarius interfui rogatus et scripsi.

Originale, pergamena. Il sigillo manca

1314 6 Maggio. Pola. I Capitani di Pola promettono osservare la Grazia conchiusa in ~~[illegible]~~ Cividale il 22 Aprile 1314 col Conte di Gorizia Capitano generale del patriarcato d'Aquileja, che viene allegata

doc. CX.

(Signum notar.) In Christi nomine. Anno domini mil-
lesimo trecentessimo quarto decimo, indictione duode-
cima, die sexto intrante Madio Pole in pallacio
communis, presentibus nobili milite domino Monflorito
de Cederta, nobilibus viris dominis Bochamaimer de
Ancona potestate civitatis Polensis et Guicardo de Petra-
pilosa et discretis viris dominis Otobono condam domini
Angelli, Dominico condam domini Bartolamei, Careto
domini Alberti et Matheo capitano Polensi. Ibique
in presencia nobilium et potentium virorum dominorum
Sergii et Nasinguerre de Castro Polensi capitaneorum gene-
ralium et perpetuallium eiusdem civitatis per me Leo-
nem notarium infrascriptum lectum fuit et publicatum
infrascriptum instrumentum sive privilegium cum sigil-
lo pendente magnifici et potentis domini domini Henrici
Goricie et Tyrolis comitis et patriarchatus Aquilegensis
capitanei generalis, tenor cuius talis est: In nomine
domini amen. Cum nos Henricus Goricie et Tyrolis comes
patriarchatus Aquilegensis capitaneus generalis ex
variis et multis delationibus plurimorum sugestum
nobis fuerit, quod nobiles viri Sergius et Nasynguerra
de castro Polensi, capitanei civitatis eiusdem non-
nulla contra pacta et promissiones inter nos et pre-
decessores suos habita in preiudicium et derogationem
honoris ac status nostri reactanda duxerint ac eciam
procuranda, super quibus inquisitione diligenti per nos
habita ac excussatione diligenti per eos et legittima
vestra nobis proposita predictos invenerimus totaliter in-
nocentes, imo nostri honoris ac status avidos et se ad
queque nostra beneplacita offerentes, dictos nobiles Sergium
et Nasynguerram et amicos ac fautores dicte terre
ad nostre beniovolencie ac amoris graciam recepimus
sub nostre protectionis presidio amplectentes promi-

tentes et presenti pagine serie spondentes dictos nobiles
Sergium et Nasyngerram ac suos amicos et fautores
civitatis Polensis favere manutenere defendere ac eciam
conservare toto posse contra omnem personam commu-
ne et universitatem excepto contra cognatum nostrum
comitem Ivanum Bebenicum usque ad terminum ca-
pitaneatus nostri predicti videlicet usque ad sex annos
proxime sequentes ac eorum inimicos et rebellos dicte
civitatis in locis terris castris et villis ad nostram et
capitaneatus nostri iurisditionem spectantibus non
receptare defendere nec in aliquo contra predictos nobi-
les prestare auxilium conscilium et favorem, imo si
qui predictorum inimicorum rebellium in nostris terris
et locis reperientur et essent, eos infra mensem licen-
ciabimus et licenciari faciemus de terris et locis
predictis, ita quod de cetero in predictis terris et locis
nostris non habitabunt neque conservabuntur, usque
ad terminum supradictum in pacto et conditione
infrascriptis appositis et per dictos nobiles per scripturam pu-
blicam sive per eorum privilegium aprobatis, quod
dicti Sergius et Nasynguerra iuramento proprio
affirmabunt, nobis in partibus Istrie et Carscis cum
oportunum fuerit et per nos eciam fuerint requisiti
cum omni sua potencia tam equitum quam peditum,
in partibus autem Foriiullii cum omni sua equitum
potencia contra omnem personam commune et univer-
sitatem excepto contra magnifficum dominum du-
cem Veneciarum et commune suum favorem et auxilium totaliter
impertiri. Insuper quod de omnibus litibus et questio-
nibus, quas nos et nostri contra predictos nobiles et
suos vel predicti nobiles contra nos et nostros movere
possent vel intenderent, duo arbitri ad diffinien-
dum predictas lites et questiones amicabiliter et

de iure per nos et dictos nobiles communiter elligantur. In cuius rei testimonium presens publicum instrumentum per Petrum de Orsaria notarium infrascriptum scribi iussimus et nostri sigilli apensione muniri. Actum et datum in civitate Austria in domo Johannis condam Picosii de Aquilegia, sub anno domini millesimo tercentesimo quartodecimo, indictione duodecima, die nono exeunte Aprili, presentibus venerabilibus viris dominis Guigelmo decano et Gilono archidiacono ~~Aquilegensi~~, Aquilegensi, Alberto de Goricia plebano Lucinici, nobilibus viris dominis Haynrico de Goricia, Vicardo de Petrapilosa, Paulo condam domini Boziani de Civitate, Federico condam domini Andreotis de Utino, Bartholomeo filio domini Totis de Murnero testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Petrus de Orsaria imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et de mandato magnifici domini H. Goricie et Tyrolis comitis patriarchatus Aquilegensis capitaneiis generalis supradicti scripsi et in publicam formam redegi.

Quo vero instrumento sive privilegio pernominato[a] ibidem per lecto per ordinem per me notarium infrascriptum supra nominati domini Sergius et Nasynguerra capitanei ibidem in presencia dictorum testium et mei notarii infrascripti iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia super[1] ..... omnia et singula in dicto instrumento sive privilegio expressa et contenta firma habere et ea in totum[2] ..... et observare, prout in ipso plenius continetur mandantes mihi notario infrascripto de hoc facere publicum instrumentum ac eciam, ad maiorem securitatem voluerunt ipsum instrumentum cum eorum sigillis pendentibus esse munitum.

Ego Leo auctoritate incliti domini ~~B.~~ Ottoboni sancte sedis

a.) sic

Aquilegensis patriarche notarius predictis interfui et mandato dictorum dominorum capitaneorum et etiam rogatus scripsi.

Originale

Il sigillo di Sergio pende ancora affisso con nastro di seta rossa e verde, l'altro sigillo manca.

1.) Dopo la parola ~~totum~~ super manca una parola essendo stracciato la pergamena. 2.) Lo stesso dopo la parola totum.

Da perg. orig. nell'Arch. di Stato Vienna.

1317. Mrz 5. Carpentras.

Convenzioni tra il Patriarca d'Aquileja Castone ed il Conte di Gorizia

---

C. In christi nomine amen. Anno eiusdem Millesimo tricentesimo septimo decimo. Indictione XV[a] die quinto intrante Martio.

C. Nobiles viri[*] prudentes viri[**] domini Raynaldus de Laturre[**] Camerarius ecclesie Aquilegensis frater Lambardinus et phebus de Laturre nepotes reuerendi in christo patris et domini Castoni patriarche Aquilegensis cum magnifico et potenti viro domino henrico illustri Comite Goricie pro ipso domino patriarcha super sedandis et remouendis omnibus discordijs et materijs questionum ad tale pactum et concordium deuenerunt videlicet quod ipse dominus patriarcha eidem domino Comiti et suis heredibus super omnibus per ipsum dominum Comitem et suos officiales hucusque receptis et perceptis quomodocunque et qualitercunque de bonis et Juribus et Juribus[***] quibuscunque ad ipsum dominum Patriarcham et Aquilegensem ecclesiam spectantibus et pertinentibus de iure vel de facto finem quetitionem, transactionem et pactum de ulterius non petendo faciet.
Preterea quod idem dominus patriarcha recipiet ipsum dominum Comitem et omnes suos fautores, Coadiutores et Complices libere ac absolute ad graciam suam et Jura et Jurisdictiones ipsius domini Comitis seruabit et manutenebit nec contra illa faciet, nec fieri permittet.

[*] „et" nel transsunto [**] manca nel tr. [***] „Jurisdictionibus" nel transs.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indiccione decima, die vicesimo quinto mensis iunii, presentibus nobilibus viris dominis Iohanne et Gerardo de Cucanea militibus ac discretis viris Arnaldono condam domini Guilelmi [Boargini] de Banso clerico, Raymundo Bernardi de Scallasellis et Hugonoto capitaneo Glemono domicellis domini patriarche infrascripti testibus et aliis. Cum castrum de Coslach et turris que dicitur Cholnitz sita prope dictum castrum cum villis domibus mansis terris cultis et incultis pratis pascuis nemoribus silvis aquis aquarumque decursibus dominio et honore ac omnibus iuribus et iurisdiccionibus ad huiusmodi castrum et turrim pertinentibus et spectantibus quoquomodo dudum ad reverendum in Christo patrem et dominum dominum Bertrandum dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcham et Aquilegensem ecclesiam, ut asserebat idem dominus patriarcha tamquam eius feudum anticum rectum et legale sint legittime devoluta, idem dominus patriarcha diligenter considerans et attendens grata et devota obsequia sibi et dicte ecclesie per nobiles et potentes viros dominos Georium et Rodulfum fratres filios condam domini Hugonis et Hugolinum condam domini Hugeze de Duyno ipsorum consobrinum fideliter impensa temporibus retroactis et que impendere poterunt dante domino in futurum ac volens ipsos propterea favore prosequi gracioso per se suosque successores et nomine Aquilegensis ecclesie castrum et turrim predicta cum omnibus suis iuribus et pertinenciis supradictis dicto domino Georio pro se ac dictis dominis Rodulfo et Hugolino ipsorumque heredibus recipienti in feudum rectum et legale prout antea fuerat, tradidit et concessit ipsumque dominum Georium suo et predicto nomine suscipientem de huiusmodi castro turri iuribus et pertinenciis manu propria investivit, salvo iure Aquilegensis ecclesie et omnium personarum. Dictus vero dominus Georius suo

et nomine quo supra statim eidem domino patriarche prestitit fidelitatis debite iuramentum, quod vassallus domino suo prestare in talibus consuevit et quod nunquam de ipsis castro et turri offendet nec offendi permittet suo posse Aquilegensem ecclesiam seu eius subditos ullo modo, set tam pacis, quam guerre temporibus castrum et turrim huiusmodi aperiet et aperiri faciet libere dicto domino patriarche ac successoribus et gentibus suis. In quorum testimonium prefatus dominus patriarcha mandavit presens publicum instrumentum confici per me notarium infrascriptum et sui sigilli appensione muniri. Actum Civitate Austrie in palacio patriarchali.

S. Ego Gubertinus condam domini Ressonadi de Novate Mediolanensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac prefati domini patriarche officialis et scriba premissis omnibus presens fui et de mandato eiusdem domini hoc instrumentum inde rogatus scripsi et publicavi.

Originale in pergamena, il sigillo pende ad un nastro di sete gialla

1342. 3 Settembre. Cormons. Mattiusso e Giacomo figli di D. Heugl di Cormons per 120 marche di soldi vendono ai Conti di Gorizia la loro terra sul monte di Cormons che tenevano in feudo dai suddetti.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indicione decima, die tercio intrante mense setembris, presentibus nobili milite domino Alberto dicto Geysis, domino Nicolao condam domini Colonis de Wlasperch, Wolrillo de la Turre de Gorizia, Nicolao et Odorico habitatoribus Cormoni, Iohanne Gonzan, Antonio Tuscho de Rabata comoran- te Goricia, Ottone scriba domini comitis Goricie et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Mathuissius et Iacobus fratres filii condam domini Heugyl de Cormono precio et foro centum et viginti marcarum soldorum, quod totum precium ibidem coram dictis testibus et me notario subscripto contenti et confessi fuerunt ha- buisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum fuisse ab illustris magnificis et potentibus dominis et dominis Maynardo et Henrico fratribus comitibus Goricie et Tyrolis renunciantes exceptioni non dati non habiti non recepti non soluti et non numerati sibi dicti precii tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio tam canonico quam civili ac omni alio eorum iure cum quo vel cum quibus a predictis omnibus se aliqualiter possent deffendere vel tueri pro se Meynardo fratre ipsorum licet absente et eorum heredibus dederunt vendiderunt et refuta- verunt ipsis dominis comitibus fratribus antedictis recipientibus pro se suisque heredibus et comitatie s.[1] predicti[2] totam partem terris sitte in monte seu super castrum Cormoni, quam quidem terram dicebant se habuisse in feudum et predecessores sui a pro- genitoribus dictorum dominorum comitum longo tempore iam ellapso et cum omnibus domibus curtis possessionibus pertinenciis acce- sionibus et finibus universis ac omne ius quod habuerunt habent seu in predictis possent habere[2] in perpetuum dederunt et refu- taverunt eisdem ad habendum tenendum possidendum venden-

dum locandum infeudandum et eorum voluntatem integre facien-
dum et quicquid ipsis dominis comitibus fratribus ac eorum here-
dibus vel cui darent tanquam de suo perpetuo deinceps placuerit
peragendum absque omni contraditione dictorum venditorum suorum-
que heredum. Et si dicta bona valerent plus ipso precio, idem fra-
tres venditores pro se et heredes eorum donaverunt ipsis domin[is]
comitibus fratribus et eorum heredibus vel cui darent donationis
nomine que dicitur inter vivos et non causa mortis non valentes
ipsam donationem ulla iniuria ingratitudine contrarietate
sive causa revocare, que quidem bona dicti venditores se ipsorum
emptorum nomine precario constituerunt possidere donec de ipsis
corporalem acceperint possessionem, quam accipiendi sua aucto-
ritate eisdem omnimodam licenciam deinceps contulerunt atque
dederunt, promittentes quoque stipulacione solempni dicti vendi-
tores pro se suisque heredibus ipsis dominis comitibus et suis
heredibus vel cui darent de dictis bonis vel de aliqua parte ipso-
rum litem vel questionem non facere vel movere nec moventi consen-
tire sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et ymmo-
bilium presencium et futurorum ac sub pena dupli valoris dicto-
rum bonorum, secundum quod pro tempore plus valuerint vel
fuerint meliorata minus soldis quinque Veronensium parvu-
lorum, que tociens peti et exigi possit cum effectu, quociens
in eandem fuerit contrafactum, qua soluta vel non presens in-
strumentum et omnia in eodem contenta nichilominus obtineant
perpetuo plenum robur. Actum in villa Cormoni in ecclesia sanc-
ti Adalberti.
S. Ego Petrus dictus Hermacoras de Aquilegia imperiali auctori-
tate notarius ex comissione michi facta per illustrem et poten-
tem dominum et dominum Maynardum comitem Gorizie ac
Tyrolis nichil addens vel minuens, quod sensum variet aut sen-
tenciam muttet, prout inveni in notis et abreviaturis condam
Mathie notarii de Cormono scripsi et exemplavi in formam pu-
blicam reducendo.
Originale in pergamena.
1) sic. 2) La parola habere è apposita sotto il contesto
del documento

1342. 19 Decembre. Udine. Janicollo procuratore dei conti di Gorizia dichiara che il Cav. Ermanno di Carnia aveva rifiutato di accettare la somma offerta dal Conte di Gorizia per il ricupero del diritto di passo alla barca, dell'Isonzo a S. Pietro di Monfalcone.

(S.) Anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo indicione decima, die decimo nono mensis decembris, Utini in platea communis apud logiam, presentibus nobilibus viris dominis Henrico de Carnea, Nicolussio condam domini Federici Urbito Nissio de Ramanzacho et Leonardo Archolo Utinensis communitatis[1] clericis et aliis pluribus. Ianicollus tanquam procurator et procuratorio nomine magnifici et potentis domini domini Meynardi comitis Goricie et Tyrolis pro se, Alberto et Heinrico comitibus dicti comitatus, ut contra[1] publico instrumento scripto manu Vlrici notarii de Goricia sub anno domini millesimo trecentesimo XLII, indicione decima, die XV° intrante mense decembris a me notario infrascripto viso et lecto coram testibus predictis et me notario infrascripto nobili militi domino Hermano de Carnea presentavit in quibusdam saculo et marsupio certam quantitatem pecunie, quam esse asserit sexaginta marchas denariorum Aquilegensis monete pro exigendo pasagium apud sanctum Petrum sub Montefalchanum super Ysoncio rogans, ut dictam pecuniam recipere deberet et dictum pasagium comitibus restituere. Qui dominus Hermanus miles ante dictus dictam pecuniam accipere recusavit dicens se cum dicto domino Meynardo comiti nil habere faciendum.

Et ego Philippus condam domini Albergheti notarii de Vandolis de Bononia Utini habitans imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

Originale in Pergamena. 1.) sic

1343. 4 Novembre. Castione. Beachino di Mimiliano e suo figlio Francesco entrano al servigio del conte di Gorizia colle persone e col loro castello di Castiglione. 1343

Ego Biaquinus de Mimilano et Franciscus Morsachtus eius filius presentibus profitemur universis et singulis presentem paginam inspetturis, quod non coatti bona voluntate ac animo deliberato pro nobis heredibus et succesoribus nostris subiecimus dedimus et tradidimus libere in manus et protettionem illustrorum et magnificum dominorum comitum Meinhardi et Henr(ici) Goricie et Tirolis ac heredum et fratris eorum comitis Alberti cum personis cum castro nostro Castellonum et aliis rebus et bonis nostris quibuscumque, prout bene et libere facere potuimus, promittentes dictis dominis nostris comitibus Meinhardo et Henrico heredibus et fratri eorum antedicto iurando sub sacramento perpetuo fideliter servire contra quamcumque personam ipsis astare, prout servirens domino eorum facere sunt obligati, et dictam promissionem ratam et firmam abere et nunquam contrafacere vel venire ullo modo. Insuper si casus necessitatis occorerit dictum castrum nostrum et alia bona nostra pro remedio animarum nostrarum legare vendere et obligare libere possumus ad nostram voluntatem, requisita prius licentia et voluntate dominorum nostrorum supra dictorum. Ceterum promisimus ullam novitatem seu brigam facere seu inchoare absque dominorum nostrorum supra dittorum licencia et voluntate. Nichillominus teneamur et obligati sumus, si quis contra nos querimoniam haberet vel producturus esset, coram prefatis dominis nostris comittibus Meinhardo et Henr(ico) de obiectas respondere. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus nostrorum amborum sigillorum appensione muniri. Testes sunt presbiter Pernardus plebanus de Castelliono, presbiter Thoma de Goricia, Lenselus de Novocastro, Dettmarus de Brazacho, Nulinus de Radmansdorf et alii quamplures homines fide digni. Actum et datum

Cattelloni, anno dominice incarnacionis[2] millesimo trecentessimo quadragessimo tercio, quarto intrante novembre, undecima indicione.

Originale. I sigilli mancano.

1) sic. 2) segue la parola cancellata: trecentesino.

1344, 14 decembre. Gorizia. I conti Mainardo ed Enrico di Gorizia impegnano a Sbruglio, Engelberto e Zanuto di Cormons sette mansi in Dietendorf nel Carso per danari loro prestati.

1344 Dezember 14 Görz.

Graf Meinhard von Görz-Tirol verpfändet in seinem und seines Bruders Grafen Heinrich Namen dem Sbrull von Cormons für 30 Mark dem Engelbrecht von Cormons für 30 Mark und dem Çanut daselbst für 10 Mark Schillinge je nach ihre Antheiles. 7 Huben zu Dietendorf auf dem Karst.

Zerschnitten, ~~abradgent~~ Siegel abgeschnitten.

Wir, Graf Mainhart ze Gorez und Tirol, vogt der gotsheuser Aglai, Triende und Brichsen verjehen für uns und unser liben brůder graven Heinrich und ~~tůn~~ tůn chunt allen den die disen brief ansehent hörent oder lesent, daz wir geben sülen unsern getrewen von Gremaun, dem Sbrullen dreizzich march, Englbrechten dreizzich march und Çanuten çehen march; des alles wirt sibenczich march schilling darumb wir in iegleichem umb seinen tail versaezt haben in unserm dorfe ze Dietendorf auf dem Charst siben hůben; auf der ainen hůben siczet Stephan, auf der andern Cusman, auf der dritten Stanco, auf der vierden huben siczet Iwan, auf der fünften Mathia auf der sechsten siczet Martin und auf der sibenden hůben siczet der pfaffe, also daz si die selben hůben mit allen rekten inne haben, ~~und sülen wir seu und si erben daran schirmen und vertreten vor aller ansprach nach landesrecht~~ nüczen und niezzen sülen alle die weil und zeit und wir seu der sibenczich march

niht gar und gaenczlich gevert haben. Und sülen wir seu und ir erben das an schirmen und vertreten vor aller ansprach nach landes reht. Und swanne wir unser vorgenander brüder unser erben oder nach chomen seu oder ir erben ermanen mit der vorgeschriben losung sibenczich march schilling sogetaner münz die in unser grafschaft gib und gaeb ist jaerichleich ie vor sand Georien tag oder vierzehen tag hinnach so sint uns die selben hûben ledichleich her wider vervallen mit allen rehten an allen chrieg und widerred. Des ist diser brief urchûnd mit unserm anhangendem insigil versigilt. Geben ze Gorcz da man zalte von Christes geburt dreuczehenhundert jar dar nach in dem vier und vierzigistem jar vierzehen tag in dem manod December.

1345. Gorizia. Francesco dei signori di Villalta promette tenere aperto ai Conti di Gorizia il suo Castello di Urusspergo (presso Cividale) e gli altri suoi beni per dieci anni, servendo agli stessi Conti con quello contro ogni persona eccettuato il Comune di Cividale.

Ego Franciscus quondam Iohannis de Vilaltha universis et singulis hanc litteram inspecturis publice profiteor et facio fore notum, quod ego mea[1] meos heredes una cum castro meo Vrawensperge et cum aliis bonis meis ubicumque positis, aut quod sitis et quocumque nomine censentibus, que habeo vel in futurum acquiream[1], dedi et tradidi in manus et proteccionem magnificorum et potentum dominorum comitum Meynhardi et Heinrici de Goricia, cum quo quidem castro predicto et cum omnibus aliis bonis meis presentibus et futuris prefato michi sacramento et iurando[1] corporaliter ad sancta dei ewangelia per fidem meam et pro me meosque heredes[1] promisi antedictis[1] dominis comitibus personaliter et realiter servire parere obedire et apertum tenere ad libitum eorum et habere et ipsos et omnes suorum servitores, quandocumque voluerint, in dictum castrum sine aliqua contradictione intromittere vel in alia loca vel castra,[2] per me vel meos heredes in posterum fuerint acquisiti[1] hinc ad decem annis[1] proximos et completos et se inmediate et adinvicem consequentes, serviendo in dictis[1] dominis comitibus cum dicto castro et cum omnibus aliis bonis meis presentibus et futuris fideliter et legaliter contra omnem personam de mundo, exceptis hominibus et communium[1] de Austria civitate nullasque eciam novitates lites vel questiones de novo faciendo absque scitu et consilio mandato et voluntate dominorum comitum predictorum. Que omnia et singula predicta promisi antedictis dominis comitibus per sacramentum prestitum firma et rata habere et tenere et inviolabiliter observare hinc ad supradictos decem annos in cuius rei testimonia[1] hanc litteram antedictis comitibus tradidi sigillo quondam antedicti patris mei a tergo sigillatam et datam Goricie anno domini millesimo CCC°XL°V°, XIII[a] indictione.

Codice 72 (nuova serie) f. 51.

[1] sic. [2] manca que.

1346 Novemb 11. Cividale.

Lettera del Comune di Cividale ai Conti di Gorizia chiedendo loro soccorso contro il Patriarca d'Aquileja e gli Udinesi.

Magnificis ac potentibus dominis dominis Meynardo et Henrico Illustribus Comitibus, Goricie et Tirollis nec non Ecclesie aquilegensis aduocadis Philippus de Portis Syndicus et procurator Communitatis* Ciuitatis Austrie Consilium et Commune** dicte terre cum debita reuerentia et recommendacione se ipsos. Cum aquilegensis Ecclesia cuius ueri estis et legitimi aduocadi et protectores mag. ne ruine et oppressioni sit supposita ab illo qui pastor et custos esse debet fidelibus ecclesie factus est nobis hostis cum illis de Utino et suis sequacibus Ideirco ad vos quibus Ecclesia aquilegensis specialiter spectat pro. tectio reffugimus et auxilium requirimus et instanter petimus quatenus ad huiusmodi reparacionem et incum. bentem necessitatem dicte Ecclesie prout ex debito offitij nostri ac aduocadrie tenemini, celeriter succurrere et subuenire dignemini et vellitis offerentes nos et promitten. tes contra predictos vobis tamquam Ecclesie aquilegensis aduocadis obedire seruire ac opitulari contra omnes uestros aduersarios et dicte Ecclesie et contra quoscum. que vobis et uestro officio aduersantes et resistentes Et hec supradicta omnia vobis promittimus sub fide nostra firmiter obseruare vobis omnia supradicta obseruantibus In quorum rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum dicti Communis et mei Philip. pi impressione fecimus roborari. Actum et datum in dicta Ciuitate Austrie Sub Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragessimo sexto, die vndecimo nouem. bris Indictione quartadecima.

* Cois ** Comue

1348 circa. Patti dei Conti Enrico e Mainardo di Gorizia col nob. Francesco q. D. Giovanni di Villalta di alleanza contro il Patriarca di Aquileja e di servizio militare con tre balestre.

Codice mans: 447. fol 30'-31

Universis et singulis presentes litteras inspecturis pateat et sit notum, quod nos Heinricus comes Goricie ac Tyrolis ecclesiarum Aquilegensis Tridentine et Brixinensis advocatus pro nobis et dilecto fratre nostro comiti[a] Meinhardi eiusdem comitatus ex parte una et nobilis vir Franciscus condam domini Iohannis de Vilalta pro se et filiis suis ex parte altera de bono et deliberato animo ad hec infrascripta pacta pervenimus in primis, quod si bona seu possessiones dicti Francisci et filiorum suorum per ipsum dominum Bertrandum patriarcham Aquilegensem ac eius servitores nobiscum querisantibus forent derobate et busta et ronchata et ipsis bonis uti non possent, teneamur ex tunc eidem Francisco suisque filiis de bonis ipsius ecclesie Aquilegensis et servitoribus eius sub nostro dominio constitutis dare et asignare tantum quantum eidem Francisco et filiis suis querisari[a] factum fuerit super bonis eorum, quibus una cum predicto Francisco et filiis suis promittimus eandem[b] bona manutenere defensare bona fide et sine fraude. Item quod si dictus Franciscus aut filii sui in nostra querra cum predicto domino patriarcha habente et faciente per homines eiusdem domini patriarche capti forent, eos tenebimur cum equo bonis captivis si ipsos habebimus relaxare. Item quod si prefatus Franciscus aliquam gentem nostram in castrum Vilalte conduxerit et intromiserit nostro tamen mandato et sibi vel domui sue dampnum aliquod intra fossatum ville de Vilalta fecerint et huiusmodi dampnum per capitaneum gentis nostre eis non fuerit resarcitum, nos ipsis tenebimus[c] satisfacere complective. Item quod si aliqua persona seu persone de servitoribus nostris aliquod bestiamen robare

a.) sic.

a.) ?

b.) sic

c.) sic.

aut rusticos in predictum castrum Vilalte introducerent et menarent, habere debet dictus Franciscus pro viris Castelarie terciam partem eiusdem robarie salvis et exceptis aliis captis qui nostri esse debent. Si vero predicto Francisco et filiis suis per aliquam quantitatem peditum daremus, tercia pars robarie sit et esse debeat ipsorum peditum pro eorum soldo et stipendio de quo si ipsis deficeret, quominus ad solucionem[1] totalem non perveniret, eis tenebimur adimplere. Si vero ipsa tercia pars robarie plus montaret ipso soldo illud cedere debeat dicto Francisco, si autem sepedictus Franciscus predictis peditibus eorum provideret[2] solario habere debet totam animalium robariam. Item quod predictus Franciscus suique filii nobis teneantur cum sex servitoribus servire videlicet cum tribus balisteriis.

Copia.

1.) solucionem era due volte scritto. La prima volta cancellata.

2.) solario era due volte scritto, La prima volta cancellato.

1348 Feb. 5. Avignone. —

~~Bolla~~ Breve di Papa Clemente VI al monastero di Moggio relativo alle differenze di questo col Pievano di S. Pietro di Lubiana.

Clemens episcopus servus servorum dei Dilecto filio
.. Abbati Monasterii sancti Galli de Mocio Aquilegen-
sis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem
Conquestus est nobis Matheus Nicolai plebanus ple-
bis sancti Petri de Laybaco Aquilegensis diocesis
quod licet ipse plebanatum dicte Plebis tunc uacantem
nullique alii de iure debitum fuerit canonice assecutus
et ipsum aliquamdiu possederit sine lite tamen Capi-
taneus et universitas eiusdem loci de laybaco dicte dio-
cesis ipsum quominus dictum plebanatum pacifice
possidere ualeat et fructus percipere ex eodem contra
iusticiam impedire presumeret Ideirco discretioni tue
per apostolica scripta mandamus quatinus partibus
conuocatis audias causam et appellacione remota
debito fine decidas faciens quod decreueris per censuram
ecclesiasticam firmiter obseruari Prouiso ne* aliqua a-
lia singularis persona dicte universitatis* auctoritate pre-
sentium ad iudicium euocetur Testes autem qui fuerint
nominati si se gratia odio uel timore subtraxerint censu-
ra simili appellatione cessante compellas ueritati te-
stimonium perhibere. Datum Auinione Nonis Feb-
ruarii Pontificatus nostri anno sexto.

A. de Adria.

** in rasura.

1348. 30 Marzo. Udine. Il patr. d'Aquileja Bertrando concede un salvocondotto a Simone Purgravio e Capitano di Gorizia per andata e ritorno da Lienz per esso e compagni nel passaggio pel Friuli.

Sancte sedis Aquilegensis dei gracia nos patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis, quod Symonem purgravium et capitaneum Goricie cum eius comitiva tota eundo et transeundo per nostrum districtum Foriiulii versus partes de Luencz ac redeundo simul pariter et singilatim tenore presentium pro nobis ac omnibus nostris officialibus servitoribus et subiectis affidamus et assecuramus in personis pariter atque rebus Datum in castro nostro Utini penultimo marcii indicione prima.

Originale in carta, il sigillo è impresso in dorso

1329. 16 Gennajo. Cividale? Il nob. Francesco di Villalta pei figli suoi e per se promette aiutare ed aprire i suoi Castelli ai Conti di Gorizia per 10 anni.

Notum sit omnibus et singulis presentes litteras inspecturis, quod ego Franciscus condam domini Iohannis de Vilalta pro me et filiis meis et servitoribus promisi ac iuravi corporaliter ad sancta dei ewangelia mangnifico et potenti domino domino Heinrico inclito comiti Goricie et Tyrolis advocato ecclesie Aquilegensis recipienti pro se et fratre suo comite Meinh(ardo) eiusdem comitatus contra omnes eorum inimicos tam presentes quam futuros servire adiuvare ac eis astare nec non eciam eorum utilitates procurare et ubilibet tractare et loca seu castra mea eis et servitoribus eorum aperire et aperta tenere quandocumque ego Franciscus et filii mei per ipsos dominos comites supradictos vel alterum eorum fuerimus requisiti et non inchoare vel facere aliquam gwerram treugam vel pacem seu concordiam aliqualem absque eorum consensu consilio et voluntate vel alterius eorum hinc ad decem annos proximos et completos. Qui dominus comes Heinricus antedictus per fidem suam pro se et dicto fratre suo promisit simili modo me et filios meos ac servitores et bona adiuvare et deffensare contra omnes et singulos inimicos nostros tam presentes quam futuros et non facere aliquam pacem vel treugam sine consensu et scitu meo usque ad expiracionem decem annorum recipiendo me et filios meos servitores ac bona in eandem ligam atque pacta, prout sunt homines et comune Austrie civitatis. Que pacta omnia et singula observentur vicissitudinaliter solum modo in patriarchatu et comitatu Goricie usque ad dictum terminum dictorum decem annorum. Huius rei testes sunt inclitus dominus Fridericus comes de Ortenberg, Nicolaus de Vels, Fridericus purgravius de ~~Goricia~~ Lůncz, Hermachoras de La Turre, Vlricus de Ryfenberch, Simon purgravius de Goricia et alii. In cuius rei testimonium hanc litteram tradidi dominis comitibus supradictis

meo pendente sigillo et proprio munitam. Datum et actum in Civitate Austria sub anno domini millesimo trecentessimo quadragessimo nono indicione secunda, die sextodecimo, mense ianuario

Originale in pergamena, il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

1350. 13 Maggio. Cividale. Francesco di Villalta si costituisce malle=vadore di 100 marche ai Conti Mainardo ed Enrico di Gorizia per Nicolussio q. d. Federico di Villalta che si obbliga a servirli con armi e cavalli per 12 anni ed a tener loro aperto il castello di Villalta.

Ego Franciscus de Vilalta filius olim domini Johannis de eodem loco universis et singulis hanc litteram inspecturis publice profiteor et facio fore notum me fore fideiussorem ac verum et principalem debitorem magnificorum et potentum dominorum Meinhardi et Hainrici comitum Goricie et Tyrolis eorumque heredum et successorum pro centum marcis denariorum novorum Aquilegensis monete pro Nicolussio filio condam domini Federici de Vilalta et eius precibus, ita et hoc pacto, quod idem Nicolussio debeat et tenea[1]tur et puro pacto dictis dominis comitibus vel alteri eorum servire legaliter et fideliter met quartus bene fulcitus equis atque armis hinc a data huius littere ad duodecim annos integros et completos et locum suum sive partem suam de castro Vilalte de die et de nocte ipsis dominis comitibus aut alteri eorum aut ipsorum genti tenere apertum usque ad expirationem dictorum duodecim annorum, quandocumque et quocienscumque idem Nicolussius per predictos dominos comites aut alterum ipsorum aut nuncios et eorum nuncios speciales fuerit requisitus. Quod si predictus Nicolussius predicto modo aliquo non attenderet et non observaret, promitto ego Franciscus per fidem meam nomine sacramenti datam et tamquam verus et principalis debitor omni excepcione iuris et facti remota per me meosque heredes predictis comitibus vel alteri ipsorum aut eorum heredibus ac successoribus ipsorum prefatas centum marcas denariorum novorum dare et solvere in castro Goricie in prumpta pecunia[2] et parata infra quatuordecim dies, aut tale pignus mobile sufficiens assignare et dare dictis dominis comitibus vel alteri ipsorum in Goricia usque ad completam solucionem pecunie memorate aut Goriciam personaliter venire in obstagium et deinde non

recedere quousque dictis dominis comitibus aut cui dixerint ordinandas non fuerint totaliter persolute et promitto adiuvare apponere et astare ipsis dominis comitibus contra ipsum Nicolussium castro rebus et persona toto posse. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta et promitto ego Franciscus per fidem meam et iuramentum meum tactis scripturis iurando corporaliter ad sancta dei ewangelia ipsis dominis comitibus aut alteri ipsorum plene attendere et inviolabiliter observare et nunquam contra predicta aliqualiter opponere dicere vel facere de iure vel de facto cum[3] obligacione et ypotheca omnium bonorum meorum mobilium et inmobilium presencium et futurorum et refectione plenaria omnium dampnorum et expensarum cum interesse quocumque modo et qualitercumque ipsi domini comites aut alter ipsorum illam sive illa incurrerint et reciperint eorum largo dicto super omnibus predictis penitus credendo. In cuius rei testimonium atque robur presentes scribi[4] ~~iussimus~~ iussi meoque proprio et assueto[2] sigillo a tergo in pressione muniri. — Datum in Civitate Austria die XIII mensis maii, anno domini M° CCC° quinquagesimo, indictione tercia.

Codice Nr 72 (nuova serie) f. 115'–116

1) qui manca forsi una parola. 2) sic 3) f. 116. 4) segue cancellato iussimus.

1350. 1 Ottobre. Gorizia. Il procuratore di Castrone de Bardi promette restituire a Mainardo Conte di Gorizia il Castello di Belgrado e la Gastaldia di Flambro se gli verranno resse le 15 mille lire di denari prestate.

~~Codice manos. 447 f 12'–13.~~

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem domini millesimo III^c L, indictione tercia, die primo Octubris presentibus prudentibus et nobilibus viris domino Otone Rasp plebano in Velacho, Iohanne condam Coradi de Utino canonico ecclesie Civitatis, Iohanne plebano in Reu-each capellano infrascripti domini comitis, Federico mi-lite de Vochimarch, Alberto et Henrico scribis de Gori-tia et Paulo notario de Civitate, Wolrico de Gramoglano et Henrico scriba dicti domini comitis testibus et aliis. Cum magnificus et potens dominus dominus Meinhardus comes Goricie et Tirolis, Aquilegiensis, Tridentinus ac Brixinensis advocatus pro se et magnifico domino Henrico comite fratre suo pro quo promisit de rato et grato habendo, precio et foro quindecim milium et quin-gentarum librarum denariorum parvulorum tradidisset et obligasset discreto viro Bertrando condam Alme-rici de Opitergio procuratori et procuratorio nomine nobilis viri domini Castroni filii condam nobilis viri domini Sinibaldi de Bardis de Florencia nunc Utini comorantis pro eodem domino Castrono et eius heredibus et eorum nomine recepti ut de [1.] procuratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto manu Andree condam domini Iohannis de Altedo de Cremona publici imperiali autoritate notarii ac ducalis do-minii Veneciarum scribe ibidem per me notarium in-frascriptum viso ac diligenter examinato sub predic-tis anno et indictione, die quarto decimo mensis Sep-tembris castrum seu locum Belgradi sive gastaldiam de Flambro cum habitanciis forticiciis garitibus villis mansis mansericiis honoribus iuribus, iurisdictionibus omnibus omnibusque fructibus redditibus fictibus et ob-ventionibus universis aquis aquarum decursibus vena

tionibus pratis et palude piscationibus et nemoribus ceterisque iuribus et honoranciis et advocaciis eorundem et ceteris bonis et possessionibus quibuscumque et quocumque nomine censeantur ad dictum castrum Belgradi et gastaldiam Flambri spectantibus. Quare predictus Beltrandus procuratorio nomine antedicto habens infrascripta specialiter in mandatis et ad hic constitutis promisit pro predicto domino Castrono et eius heredibus fide prestita manuali nomine sacramenti in animam dicti domini Castroni constituentis stipulatione solempni domino Meinhardo comiti stipulanti et recipienti pro se et dicto domino comite Henrico fratre suo eorumque heredibus et successoribus, quod quandocumque et quocumque anno in perpetuum dicti domini comites vel alter eorum seu heredes et subcessores ipsorum predicte pecunie quantitatem deponent, Veneciis et si Veneciis secure pro utraque parte deponere[2] nequirent, tunc in Padua, et si non in Padua tunc in Verona, et si non in Verona, tunc in Tergesto, et non in Tergesto tunc in Iustinopoli, ita quod in uno loco predictorum deponatur in quo securus sit pro utraque parte penes ~~partem~~ personam pro utraque parte sufficientem et non suspectam dicte pecunie quantitatem in florenis ducattis boni auri et iusti ponderis nunc usualibus vel in Vintinis novis vel veteribus aut in solidis veteribus Aquilegensibus secundum cursum depponere debent infra festum sancti Martini et natitatem[a] domini nostri Iesus Christi et ea deposita ex nunc prout ea tunc teneantur Castronus predictus et sui heredes aut tamen ab eis habentes ea puro et vero pacto dictum castrum infra spacium XXIIII[or] dierum post depositum inmediate sequencium cum habitanciis et gastaldia de Flambro garitum advocatiam

a.) sic!

et cetera alia predicta bona ipsis dominis comitibus vel alteri ipsorum eorumque heredibus et subcessoribus aut eorum certo nuncio sine aliqua contradictione lite questione seu controversia aut contemptione penitus restituere pro pecunia antedicta habitis omnibus usufructibus dictorum bonorum anni precedentis in quo exsolverent et restituerent; insuper, quod si aliquis de gente predictorum dominorum comitum aut heredum suorum qualiter atque necessaria causa absque dolo et fraude ad dictum castrum declinaverant ipsa gente cognita vel patenti litera de securo introitu habita cum sigillo predictorum dominorum comitum vel alterius ipsorum vel suorum heredum, dictus Castronus et sui heredes aut castrum Belgradi tenens recipere et intromittere teneantur absque fraude[x] et dolo et sine suo dampno videlicet castri et personarum. Ceterum quod si ipse Castronus et sui heredes de predictorum dominorum comitum aut alterius eorum vel heredum ipsorum mandato et consientia[b.)] in predicto castro[c.)] vel curtina Flambri hedifficium fecerit seu aptari, hoc sibi vel suis heredibus predicti domini comites vel sui heredes eum de expensis solvere debeant et teneantur iusta arbitrium duorum bonorum virorum eligendorum videlicet unum pro parte utraque. Set dum. si idem Castronus vel sui heredes vel alter loco eorum pro tempore existentes in loco de Belgrado ab aliquo in bonis iuribus possessionibus honoribus aut castro indebite lederentur, hoc idem ipse Castronus et heredes sui dominis comitibus et[d.)] vel eorum heredibus intimare debeant et de mandato ipsorum vel alterius eorum eandem lesionem indicare debent, et si tunc in eodem castro de Belgrado ipse Castronus vel sui heredes aut tenens castrum ab eis obsiderentur, tunc

[x] fol. 13

b.) sic.

c.) sic.

d.) sic.

predicti domini comites et sui heredes et subcessores eorum eos adiuvare debeant et teneantur absque fraude et dolo toto posse, et si predictus Castronus et sui heredes per quamcumque personam obsiderentur et toto posse se deffenderent sine fraude et dolo et auxilium dictorum dominorum comitum vel heredum ipsorum invocarent et ipsi dictum castrum Belgradi unacum eis deffendere recusarent et ex hoc dictum castrum perderetur quod absit, hoc non debet dicto Castrono et suis heredibus modo aliquo imputari aut in aliquo teneri dictis dominis comitibus et suis heredibus et subcessoribus. Que hec omnia et singula in hoc instrumento contenta videlicet et specialiter de restitutione castri et singulorum predictorum deposito facto et intromissione gentis ut supra continetur prefatus Bertrandus procuratorio nomine antedicto per solempnem stipulationem et fide data manualiter nomine sacramenti in animam dicti Castroni et pro ipso et eius heredibus promisit predicto domino Meinhardo comiti stipulanti et recipienti pro se et dicto domino comite Henrico fratre suo et heredibus eorum et subcessoribus firma rata et grata habere perpetuo et tenere firmiter atendere et penitus observare et nunquam contra predicta vel aliquod predictorum dicere facere vel venire per se vel alios dolo aliquo vel offensa ingratitudine sine causa de iure vel de facto sub obligatione et ipotecha omnium suorum bonorum presentium quoque et futurorum et restitutione plenaria omnium dampnorum et expensarum ac interesse ~~dictarum~~ litis et extra ~~expensarum~~ sub pena dupli eiusdem de quo questio moveretur, qua soluta et non presens instrumentum nichilominus in omnibus suis capitulis pactis et clausulis stabilem semper obtineat firmitatem. Et versa vice idem dominus comes Meinhardus pro se et domino

Henrico comite fratre suo et eorum heredibus promisit per stipulationem solempnem fide data manuali nomine sacramenti dicto Bertrando procuratorio nomine antedicto recipienti nomine dicti Castroni et suorum heredum omnia et singula in hoc instrumento contēta [a] rata firma et grata habere et perpetuo tene [b] atendere et firmiter observare et nunquam contra predicta vel aliquod predictorum dicere facere vel venire per se vel per alios dolo ingenio vel offensa ingratitudine sine causa de iure vel de facto sub obligacione et ipotecha omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presencium et futurorum et restitutione plenaria dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra expensarum et in pena dupli eiusdem de quo questio moveretur et eo soluta et non presens instrumentum in omnibus suis capitulis punctis et clausulis stabilem semper obtineant firmitaten. Pro quorum omnium et singullorum firma observatione et specialiter de restitutione castri et singulorum predictorum deposito facto intromissione gentis ut superius firmiter continetur, prefatus Bertrandus procurator et procuratorio nomine antedicto promisit ut supra, quod nobiles viri dominus Hermannus de Carnea miles, Henricus de Strasoldo, Simon quondam domini [c] Odorlici de Cucanea et Tadeus de Mençano pro se et suos heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum fideiussionem constituent in solidum cum plenaria restitutione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis ac extra sub pena eius, de quo questio moveretur, si dictus Castronus et sui heredes dictis dominis comitibus vel eorum heredibus predicta premissa vel aliquod eorundem adimplere modo aliquo recusaret. Et ad maiorem certitudinem predictorum idem dominus dictus comes et prefatus Bertrandus procuratorio nomine antedicto rogarunt me infrascriptum

(a) sic
(b) sic
(c) g. 1 g. sic.

notarium, ut una cum Paulo notario teste predicto duo eiusdem tenoris de verbo ad verbum faceremus publica instrumenta et predictorum domini comitis et Castroni sigillorum munimine roborari. Actum in castro Goricie. Ego Volricus de Goricia notarius etc.

Copie:

1.) La parola: de è sottoscritta in apposito
2.) Dopo deponere, è cancellata la parola nequibunt.
3.) restitutione plenaria due volte scritto, la prima volta cancellata.
4.) dopo la parola domini vi è cancellato: Hermannus de Castanea.

Da copia nel cod. 447. f. 12. Arch. di Stato. Vienna.

1351 Pace tra i Conti di Gorizia e Nicolò Patriarca d'Aquileja (minuta).

I

1351 s. d.

Friedensschluß zwischen den Grafen von Görz-Tirol ~~einerseits~~ und dem Patriarchen von Aquileia vermittelt durch den Herzog von Österreich.

Auf zwei zusammengenähten Papierstreifen, Concept.

Nos Meinhardus comes Goricie ac Tirolis ecclesiarum Aquilegiensis Tridentine et Brixinensis advocatus pro nobis et dilecto fratre nostro comite Heinrico presencium tenore fatemur et ad universorum noticiam aperte deducimus quod sopita questione inter reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Nicolaum sancte sedis Aquilegiensis patriarcham ex una et nos et dilectum fratrem nostrum comitem Heinricum predictum parte ex altera super omnibus et singulis causis accionibus iuribus litibus controversiis diffi~~cu~~ultatibus specialiter autem super occupacionibus terrarum castrorum locorum villarum et hominum aut rerum ~~sui~~ sive bonorum quorumlibet quam quidem questionem ~~inde~~ idem dominus patriarcha nomine suo et dicte Aquilegensis ecclesie occasione predecessor~~um~~is sui condam domini patriarche ~~Bertholdi~~ Bertrandi contra nos fautores et servitores nostros quoscunque vel nos contra ipsum et dictam ecclesiam suam longis retroactis temporibus habuisse videmur ad invicem per magnificum principem dominum nostrum dominum Albertum ducem Austrie etc. per modum et in vi arbitramenti sive amicabilis compositionis dumtaxat de

Bertrandi:

de voluntate parcium utrarumque iuxta diffinicionem laudum arbitramentum et dictum ipsius domini ducis hiis casibus et sicut hec protulit ordinavit et voluit observari universa et singula infrascripta bona fide et absque ulla fraude attendere et observare promittimus. Inprimis quod terras, castra, loca villas et castaldias per nos occupatas a tempore mote litis per predecessorem suum dominum D. Bertrandum predictum nominatim vero civitatem Austrie, Andrum cum castaldiis illorum; castrum Tricesimum, castrum Fagana et ipsorum castaldias simul cum Mortula Mossa et Agello illorumque castaldia dicte ecclesie Aquilegiensis sicut ad illam spectant integraliter restituemus et restitui ordinabimus dilacione qualibet secus mota. Ad hec quoad castrum Bysarott quoad villam Palaczoli occupatam per Johannem Franciscum de Castello. Et quoad opidum Medune quod detinet Bequinus de Pratta nec non quoad castrum Schorfinberch quod Schorffenbergarii possidere dicuntur qui omnes sub prestitis iuramentis nostris serviciis inheserunt ipsos et alios quoslibet iuramento consimili obligatos ab huiusmodi vinculo et servicio in toto absolvimus et penitus liberamus preterea omnes captivos quos tenemus sine ulla depeccuniacione vel exaccione damus et dimittimus pristine libertati. Econtra vero prefatus domi-

nus p[atriarcha] nos et heredes nostros dimittere debet
atque dimittet liberaliter sicut veros advocatos
advocacia(m) nostra(m) ecclesie sue predicte aquilegien-
sis cum omnibus suis iuribus et attinen-
tiis ad instar progenitorum nostrorum quo-
rumlibet ab antiquo plane gaudere promittens
nos etiam illa et in illa manutenere ac fo-
vere fideliter nec ullo casu ad via(m) super illis
nobis et heredibus nostris impedimentum po-
nere facere vel inferre. Item promisit ca-
strum Choidroib funditus demolire nec non
in possessionem castaldie ac iurium nostrorum
ibidem nos omnino reponere. Castrum vero Swer-
zenburch et Gwarzdangosa si dictus p[atriarcha] per
nos informabitur quod eadem infra limites
nostre iurisdiccionis aut territorii sint con-
structa legi predicte demolicionis equaliter
subiacebunt: Item turrem nostram sitam
in Varm statim restitui efficaciter ordinabit
burgum quoque sive castrum de Argis feudum
nostrum debemus in iure ac mediante iusti-
cia reindicare Item predictus dominus
(patriarcha) pro recuperatione castri nostri
Schonenberch contra illud occupantes no-
bis prebere tenetur et dabit inquantum
ius permittet auxilium cum omni suo pos-
se brachii eciam secularis si quis exstiterit
qualibet sine fraude. Castrum vero in Wippa-
cho inferiori specialiter si a nobis idem domi-
nus patriarcha rehabere voluerit informacione
nostra prehabita quod post receptionem sive

expugnacionem illius predecessor ipsius quemcumque alium occupanten (!) vel tenentem de illo quomodolibet infeodarit, ut sic precium quod dedimus pro empcione illius tenebitur infra annum proximum refundere nosque sibi obligabimur castrum idem restituere integraliter et ex toto. Ceterum castra dirupta per condam dominum Ber. immediatum gwerra durante videlicet Castelpagan, Gysan et Cassenberch rehedificari poterunt contradictione dicti domini N. patriarche vel successorum suorum qualibet non obstante. Insuper idem dominus patriarcha omnes et singulas sentencias a predecessore predicto condam domino Bertrando latas sive prolatas spiritualiter, criminaliter vel civiliter contra quoscunque nobis faventes vel quibuslibet serviciis adherentes prosequi vel exequi quoquomodo non debet nec illis aut quibuscumque processibus obinde secutis factis vel habitis uti non poterit neque in foro spirituali neque civili publice vel oculte sed pro non latis immo sopitis at mortuis et in nullo casu preiudicialibus ubilibet et perpetualiter habebuntur. Sentencias vero interdicti et suspensionis quaslibet relaxabit excomunicatis absolucionis beneficium sine difficultate impendet vel impendi faciet iuxta formam ecclesie debitam et consuetam omnesque tales sibique reconciliatos ad plenum in sui favoris graciam recoliget et assumet sicquod aliqua forefacta hucusque eisdem minime imputentur

ac quod eciam unusquisque illorum et aliorum servitorum nostrorum de iuribus suis gaudere possit et debeat nec non per ipsum dominum patriarcham in illis manuteneatur deffendatur foveatur et plenarie conservetur. Postremo ipse dominus patriarcha cunctis coram se litigantibus sive causantibus qui propter assignatum vel assingnandum locum minus tutum in exercendo iudicia vel prosecutione causarum suarum exceptionem metus rerum vel corporum allegarent sive proponerent locum securum hoc casu tenebitur legittime deputare. Salvis ad ultimum omnibus iuribus et racionibus et munimentis nostris que vel quas super dominio vallis Cadubrii et civitatis Venzone ac eius pertinenciis habere dinoscimur et habemus. In cuius rei testimonium etc.

1351 14 Febbrajo. Gorizia. Mainardo ed Enrico conti di Gorizia riconfermano ai cittadini di Gorizia alcuni statuti dei mercati da tenersi nel giorno di san Bartolomeo, di Sant' Andrea ed in altri. (Uguale a quello edito nell' anno 1307. 25 Maggio).

Nos Meinhardus comes Goricie ac Tyrolis, ecclesiarum Aquilegiensis Tridentine et Brixinensis advocatus scire volumus universis[1] presentem paginam inspecturis[1] tam posteris[1] quam modernis,[1] quod nos sana et diligenti prehabita deliberacione per nos et dilectum fratrem nostrum comitem Heinricum et nostros heredes civibus nostris Goricie presentibus et futuris hanc fecisse gratiam perpetuam et statutum: Primo videlicet quidquid emitur ab ista parte Prewalt de bestiis et omnibus aliis animalibus, que mactari solent, tercia pars debet dimitti et vendi Goritie, relique due partes possunt duci quocumque mercatoris ipsorum animalium placuerit voluntati. Item quidquid emitur de bestiis prescriptis ex illa parte Prewalt, totum debet duci in fori[1] Goricie et ibi vendi et mactari. Item carnes casseum sal et res huiusmodi alibi, quam Goricia vendi non debeant, nisi in foro publico secundum consuetudinem Aquilegie actenus observatam. Vinum autem tam in villa quam in foro vendi potest, dummodo nobis de dacio persolvatur. Item quod in nundinis, hoc est in quolibet generali foro sicut est in festo sancti Bartholomei, Andree et huiusmodi festivitatibus proclamandis, quilibet possit vendere et emere a media die precedente usque ad mediam diem proximam subsequentem secundum ius Aquilegie conservatum. Item quod cives Goricie habeant perpetuo ius salis in foro Goricie secundum antiquam consuetudinem, cum quo pontes domum communis et portas fori et eciam murum fori teneantur et debeant quandocumque opus fuerit, reficere et aptare. Item quilibet qui vendit vinum Goricie quacumque mensura ipsum vendat, ipsam implere et conservare secundum morem[2] Aquilegie eandem et consuetudinem teneantur. Item quod omnes domus tam Christianorum quam Iudeorum faciant vigilias et circuitiones, prout Aquilegie per omnes fieri generaliter consuevit. Ipsi quoque cives Goricie et omnes vendentes

iuata Aquilegie consuetudinem nobis dacium dare teneantur nosque et heredes nostri ipsis civibus de Goricia promittimus et tenemur in steurisⁱ equis asinis et exaccionibus quibuscumque nullam inferre neque facere al, quam gravitatem, hoc tamen dumtaxat excepto quod si gwerra[2] fuerit generalis, nobis ipsorum merces et victualia prout eciam Aquilegie consweuit[1] ducere tenebuntur. Promittimus insuper, quod nullius conipa sit exempta, sed omnes generaliter tam divitum quam pauperum in solvendo dacium sint communes, et ipsos cives Goricie secundum ius Aquilegie in omnibus et per omnia conservare pariter et fovere. Et ut predicta rata perpetuo per nos et nostros heredes permaneant atque firma, hoc patens privilegium eisdem nostris civibus de Goricia dari iussimus ipsumque nostri pendentis sigilli munimine roborari in presencia testium infrascriptorum, videlicet domini Fridrici purgravii de Luncz, Nycolai de Cormon, Petri de Eberstain, Ulrici dicti Keuhel de Gramoglano, Alberti, Heinrici, Nycolaij hospitis, Ulrici condam Lappi, Friderici de Wippaco et aliis fidedignis. Actum et datum in castro nostro Goricie anno domini MCCC° quinquagesimo primo, die quartadecima mensis februarii indictione quarta.

Codice 72 (nuova serie) f. 78.

1) sic. 2) nel codice manca et.

1351. 18 Marzo. Lienz. Procura di Enrico conte di Gorizia in ~~[illegible]~~ fratello Meinardo per trattare col patriarca d'Aquileja Nicolò di Lussemburgo.

13.5

Marzo 1.

Wir Hein(rich) graff ze ~~x~~ Görtz und ze Tyrol vogt der gotsheuser ze Agley, ze Trienden und ze Brixen veriehen mit disem offen brief, daz wir unserm liebem prûder graf Meinhard daselbz vallen gewalt geben haben und geben ze teydingen mit dem erenwirdigen herren und vatter in gott hern Niklawen patriarchen des stůls ze Agley und alle teyding, die er mit dem vorgenanten herren und patriarchen teydinget, die lůben wir stet ze haben, ze enden und ze volfůrn. Mit urchůnd ditzs priefs versigelt mit unserm insigel. Geben ze Lůntz, do man zalt nach Christes gepürde dreuzehenhundert jar und ainz und fümfzich jar, des nachsten vreytags vor unserer vrauwen tag annunciationis.

Originale, in carta. Il sigillo è impresso in dorso.

c. 282

1351. 30 Aprile. Budweis. — Il Patriarca d'Aquileja promette osservare i giudizii e tregue ordinate fra i Duchi d'Austria dopo dall'Imp. Carlo IV per il castello di Chiusa e Muta, anche se il Capitolo d'Aquileja non ratificherà quel trattato.

Budweis 1351 April 20.

Patriarch Nicolaus von Aquileia verspricht die Ratification seines Capitels zu dem mit Albrecht von Österreich geschlossenem Waffenstillstand und Frieden diesem Herzoge und seinen Söhnen binnen vier Monaten vorzulegen und falls sie nicht zu erlangen wäre doch an den Friedensbestimmungen festzuhalten.

Mit wohl erhaltenem Secret Siegel

Nos Nicolaus dei gracia sancte sedis Aquilegiensis patriarcha recognoscimus et tenore presentium profitemur quod super treugis et placitis per serenissimum principem et dominum ac fratrem nostrum carissimum dominum Karolum dei gracia Romanorum regem semper augustum et Bohemie regem inter illustrem principem dominum Albertum Austrie Styrie et Karinthie ducem ex una et nos parte ex altera ordinatis dicto domino Alberto duci, filiis suis Rodulfo, Friderico et Alberto et heredibus eorum promisimus bona fide, et presentibus promittimus procurare et ordinare infra quatuor menses a data presencium litteras nostri capituli Aquilegiensis videlicet quod ipsum capitulum Aquilegiense dictas treugas et placita de castro nostro Cluse et muta ibidem rata habeat et firma et quod contra easdem treugas et placita ˣ non veniat quoquo modo. Quod si dictum capitulum nobis hoc annuere recusaret nichilominus predictas treugas et placita erga prefatos dominum Albertum ducem Austrie filios suos Rodulfum, Fridericum et Albertum nec non heredes ipsorum volu-

mus et debemus inviolabiliter observare quemadmodum in litteris dicti domini et patris nostri domini Karoli Romanorum et Bohemie regis et nostris super sepedictis treugis et placitis datis et editis est expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum in Budwais die ultimo mensis Aprilis. Anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta.

1351. 1 Maggio. Budwais. Il patriarca di Aquileja Nicolò dà in pegno a Mainardo ed ad Enrico conti di Gorizia, il castello di Tolmino.

Nos Nicolaus dei gracia sancte sedis Aquileiensis patriarcha notum facimus universis, quod nos viris spectabilibus dominis Meinhardo et Heinrico fratribus comitibus Gorizie et Tyrolis in quatuor milibus marcharum et quingentis marchis monete Aquilegensis ex causa veri debiti racionabiliter obligamur, de quibus eisdem sicut expedit satisfacere cupientes ipsis comitibus et ipsorum heredibus castrum Tulmini cum omnibus redditibus pensionibus fructibus obvencionibus et omnibus et singulis pertinenciis suis quibuscumque specialibus appellantur vocabulis nomine veri et iusti pignoris presentibus obligamus ad habendum tenendum et utifruendum redditibus fructibus proventibus et obvencionibus seu percipiendis quibuslibet in sorte principalis summe non decuciendis defalcandis, donec nos aut successores nostri Aquilegienses patriarche prefatis comitibus heredibus et successoribus ipsorum dictam quantitatem quatuor milia marcharum et quingentas marchas monete Aquilegensis predicte in terra Foroiulii currentis in parata et numerata pecunia solverimus et dederimus integraliter et ex toto. Promittimus eciam bona fide sine dolo litteras ratihabicionis et consensus nostri Aquilegensis capittuli ordinare et procurare desuper infra menses quatuor a data presencium continuo computandos; sique ad premissa assensum fortassis prebere rennuerent, tamen oblegacionem[1] huiusmodi eo non obstante ratam firmam et inviolabilem observare volumus in predictorum comitum et heredum suorum personas sub omnibus condicionibus antedictis presencium sub nostro[2] sigillo[2] testimonio litterarum. Datum in Budways anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, die prima maii indictione quarta.

Codice n. 72 (nuova serie) f. 93.

1) sic.

[illegible] 2 Giugno. Gorizia. Enrico Conte di Gorizia promette mantenere l'ipoteca ~~del~~ castello di Belgrado e ~~della~~ Gastaldia di Flambro ~~fatta~~ da suo fratello Mainardo a Castrone dei Bardi.

~~Codice mass. 447. fol. 13'.~~

Nos Henricus comes Goritie et Tirolis, ecclesiarum Aquilegensis, Tridentine et Brixinensis advocatus universis et singulis[1.)] presentem paginam inspecturis cupimus fore notum, quod cum dilectus noster frater comes Meinhardus Goricie et Tirolis castrum Belgradi et gastaldiam Flambrum cum omnibus iuribus ad dictum castrum et ad dictam gastaldiam spectantibus et pertinentibus pro precio et foro quindecim millium et quingentarum librarum denariorum parvorum Veronensium tradidisset et obligasset discreto viro Bertrando condam Aymerici de Opitergio procuratori et procuratorio[2.)] nobilis viri Castroni condam nobilis viri Sinibaldi de Florentia pro eodem Castrono et eius heredibus eorum nomine recipienti prout in procuratorio huiusmodi constat publico instrumento, quem obligationem et traditionem per dilectum fratrem nostrum predictum comitem Meinhardum factam supradicto Castrono et eius heredibus prout etiam in instrumento publico scripto manu Volrici condam Nicolai de Goricia publici ac imperiali auctoritate notarii plenius continetur, promittimus ratam et gratam habere et firmam tenere et omnia in hoc instrumento contenta atendere et firmiter observare et[3.)] contra predicta non facere vel venire de iure vel de facto dolo ingenio sive causa. In cuius rei testimonium presentes literas fieri iussimus nostri sigilli appensione muniri. Datum Goricie, anno domini millesimo III^c LI°, die[4.)] secundo mensis Iunii, quarta indictione.

~~Copia~~.

1.) dopo singulis è cancellato: presentibus.

2.) Dopo procuratorio manca la parola: nomine.

3.) Dopo et è cancellato: non

4.) Avanti die è cancellato: ind.

Copiato dal Cod. 447. f. 13 Arch. di Stato. Vienna.

1314. 24 Settembre. Rodolfo di Duino promette servire fedelmente con tutti i suoi beni e persona Mainardo ed Alberto conti di Gorizia

Codice mass. 447. fol 7-7'.

Ich Rüdolf von Dywein vergich fur mich und fur
mein erben mit disem offen brief, daz ich mich mit
leib und mit gůt als von recht meinen genedigen her=
ren graf Meinhard und graf Heinrich von Görtz und
Tyrol und ir paider erben ze undertenigem dienst ver=
punten und gesworn han, daz ich und mein erben von
in und von iren erben ewichleich mit getrewem dienst
nimmer schaid und ungehorsam pin, als von recht mei=
nen herren und han in zů mir darumb ze purgen ver=
satzt mein erber leut Welkan den Suppan und den
pleban und auch den Chwaletz und alles camaun ze
Chestaw und Nedel, den Suppan und Crazzon Wedo=
pia den schepher ze Velprentz und daz camaun da=
selbs, die in darumb ir prief geben habent und in
mit iren trewen verhaizzen habent an aides stat, wer
daz ich an meinen vorgenant herren immer prech oder
an iren erben, des gott enwell, oder mich mit dienst an
chainen sachen von in zůg, so sullen die vorgenant zwai
camaun mir noch meinen erben fürbaz nimmermer ge=
wertig sein und sullen dienen fürbaz den vorgenant
meinen herren von Görtz und iren erben mit meinem gů=
ten willen und in all der weis, als si mir und meinen vor=
dern gedient habent und sol seu daran nicht irren mit
worten noch mit werchen, und ob daz wer, des gott en=
well, ob mein anerben nicht wer, daz seu mit aller mei=
ner hab niemand wartend sein, wenn meinen vorgenant
herren und iren erben in aller der weis, als si mir ge=
dient habent, die ich liezz si stünd oder wer ledich,
die sol in vervallen und ledich sein, denne auf Wen.
mein lieben vraw und můter geweist ist, daz sol ir
dienen genzleich, daz ist datz Nerein ein dorf, datze
Stälnitz ein dorf und ze Durnpach ein dorf und

Prelosach acht hûben und datz Aychholtz siben hûben, ze Postenach ein hûb und ze Wetsch ein hûb. Auch sullen mein genedig herren und ŭ erben, ob mein lieb swester nach meinem tod umberaten beliben, beratten und bestatten von meiner hab daz seu sein nach iren genaden frûm und ere haben. Und wer, daz die vorgenant mein herren oder ŭ erben icht pŭrg leut oder gût, daz ich oder mein vordern versatzt hieten in ŭ gewalt pringen maechten, da sullen seu nicht anders auf haben, den den satz, da ez denselben umb gestanden hat. Und wanne ich oder mein erben die vorgenant mein herren oder ŭ erben mit demselbem gût ermanten, da ez umb stet, daz seu damit inne habent, so sullent seu uns ez dar umb ze lösen geben an allen widerred. Wer auch ob ich oder mein erben umb gült vor meinen vorgenant herren bechlagt wurden, wes wŭ in langen stûden, da sullen wir ein recht umb leiden vor im, wes wŭ aber an laugen wern, daz sull wŭ richten, wann ez die oftgenanten mein herren mit uns schaffent. Tet wir des nicht, stûnd mir oder meinen erben chain chrieg davon auf, des sint mir und meinen erben di 2.) vorgenant mein herren noch ŭ erben x nicht gepunden zu ze legen noch ze helfen. Ich sol auch noch mein erben chainen chrieg an heben an der vorgenant meiner herren und irer erben rat und willen, daz sol ich und ob mich oder mein erben jemand mit chrieg angriffe, daz sol ich oder mein erben nicht anden, ich pring ez oder mein 3.) erben eer an die oftgenant mein herren oder ŭ erben. So söllen die vorgenant mein herren und ŭ erben mich und mein erben genedichleich bedenchen und sol ich und mein erben in getreuleichen dienen mit leib und mit gût, als hie vorgeschriben stet ze behalten aller der gelüb

x fol 7'

de und recht die mein vordern iren vordern getan
habent, daz die damit geperzert sein und nicht abge-
nomen. Und daz in daz allez stet und unverbrochen[3.)]
behalten beleib, des gib ich in Rüdolff von Dyvein
disen meinen offen brief mit meinem angedruchtem
insigel versigelten zu einem urchund der warheit, der
geben ist ze Chestauwe, do nach Christes gepürd ergan-
gen wern tausent dreuhundert jar dar nach in dem
ain und fümftzigistem jare, des nachsten sambz-
tags vor sand Michels tag.

Copia dal Cod. 417 fol. 7. Arch. di Stato. Vienna.

1.) Dopo Suppan è cancellato: und Crazzon Wedopia den
schepher zu Velprentz und daz camaun daselbs.
Vdi sottoscritto in apposita.
3.) dopo unverbrochen la parola beleiben cancellata.

1352. Aug. 19. Gorizia.

Esame di testimoni sui tentativi fatti per dare con tradimento il castello di Cormons al Patriarca d'Aquileja.

Anno domini Milesimo Tricentesimo quinquagesimo secundo Indictione quinta presentibus Volrico Reukel Jacomezo de Vippulsano Riezendorffer Nichlino de Serenberg Pinezline Gastaldioni domini Comitis Goriciensis Hermano Camerario dicti domini Comitis Dominico fanodorffer servitore domini Symonis Vinchiani Se warczmano coridam filippi de Goriezia henselino servitore domini Rasopi, Rapoto francisco dicto meza et Leonardo Civibus de Goricia testibus et aliis. Volricus filius Engelprechti de Cormone coram dictis testibus et me Notario infrascripto Interrogatus quid sciret de prodicione Castri de Cormone que fieri debebat per aliquos de dicto Castro ut dicebatur confessus fuit et dixit sponte et non coactus quod Dettricus de Werenstein dixit sibi quod dominus Chennech miles et Meissalchus domini Patriarche tractaverunt cum eo quod ipse Dettricus procurare deberet quod ipse dominus patriarcha habere posset per aliquem modum Castrum de Cormono que omnia dictus Dettricus naravit fratri suo Georio et sic predictus Georius et Dettricus fuerunt concordes. Postea vero predictus Georius venit ad ipsum Volricum dicens sibi quod ipsi fratres erant concordes in tali facto Qui Volricus Respondens dixit heu michi quid fecit nobis dominus noster quod nos debemus tradere suum Castrum tali modo Et tunc dictus Georius dixit sibi sile frater quia nobis promisserunt Mille Marchas et exinde habebimus honorem et utilitatem Et po.

stea ipse Volricus dixit dicto Georio ego contentor in hoc et facere debemus Iterum predictus Georius venit ad patrem ipsius Wlrici et dixit sibi predicta, que omnia predictus pater suus dixit fideliter dicti Wlrici Et finaliter Detricus et fratres sui fuerunt unanimes et concordes cum Engelprechto Patre dicti Volrici et ipse Engelprechtus una cum dicto Wolrico et alio fratre suo filiis suis omnes simul hinc inde ad dandum et tradendum dictum Castrum de Cormono prefato domino Patriarche simul et in vicem fuerunt concordes Tuncque dixit etiam dictus Volricus quod predictus Detricus de Verenstain pro predictis complendis iam acceperat in se florenos octo centum et quando completum esset negotium huiusmodi sive predictus tractatus dicti Castri residuum pecunie promisse debebat dari et solui, Dixit etiam predictus Wolricus quod ipse Vlricus quod ipse Detricus dixit sibi quod unam domum meliorem que esset in Castro de Cormono debebat recipere et illam domum dare prefato Engelprechto et filiis suis Et in eodem Castro ipse Detricus debebat esse capitaneus. Interrogatus quo tempore dictum Castrum debebat tradi et dari Respondit quod tradi et dari debebat ipsum Castrum de Cormono tempore quo dictus patriarcha equitauit Sacilum Similiter dixit quia hoc omne fieri non potuit dictus Detricus misit unam literam ultimum dicto domino Patriarche per famulum suum Wluigum et tunc habita litera dictus dominus Patriarcha equitauit Sacilum Actum ante forum Goricie in Curia domini Meinhardi Inchliti Comitis Goricie et Tyrolis die decimo nono mense Augusto

S.N. Ego Johanes de Goricia Imperiali auctoritate publicus publicus Notarius interfui his omnibus et Rogatus scripsi.

1352. 17 Ottobre. Fiume. Bortolomeo conte di Veglia promette assegnare ad Anna figlia di Mainardo conte di Gorizia sposa di Stefano figlio del predetto conte Bortolomeo 4000 marche di denari aquilejesi, delle quali 1500 per morgengabio in tanti beni in Istria, Carso, Friuli o Schiavonia. Doc. CLXXV

Nos Bartholomeus comes Vegle Modrussie, Vinodolli et Caczke ad noticiam universorum volumus devenire, quod magnificus et potens vir dominus Meynhardus comes Goricie et Tyrolis amiciciam et parentelam contraxit nobiscum, videlicet quod filiam suam puellam nomine de[1] (Anna) dedit et tradidit filio nostro karissimo comiti Stephano in legittimam et conthoralem uxorem, tali condicione et pacto, quod nos comes Bartholomeus prefatus prenominate domine seu puelle dare promittimus et tenemur quatuor milia marcharum denariorum novorum Aquilegensis monete, ex quibus quatuor milibus marcarum ipsa domina habere debet mille quingentas marcas denariorum novorum predicte monete pro eius morgengab, cum quibus confirmato matrimonio dicta domina libere et expedite omnem suam voluntatem facere possit et dare seu[2] dimittere cui voluerit tam pro anima quam pro corpore sicut moris est dominarum et nos comes Bartholomeus prefatum tenemur et debemur a festo sancti Martini nunc proximo venturo infra duos annos imediate sequentes antedictas mille quingentas marchas denariorum novorum predicte monete ponere et investire in Istria super Carsis in Foroiulii vel in marchia Sclavonica cum consilio ipsius domini comitis Meinhardi, tali modo quod quidquid emptum fuerit pro quantitate predicta sive possessiones sive mansi sive castrum, illud esse debeat in manibus nostri predicti comitis Bartholomei et nos illud possidere et gaudere debeamus et capitaneum sive castellanum ibi ponere, qui cum predictis bonis vel castro nobis respondeat et obediat, donec dictus filius noster comes Stephanus iacuerit et matrimonium conservaverit cum puella seu domina supradicta uxore sua, sed ille qui per nos pro tempore capitaneus sive castellanus fuerit constitutus, iurare debeat domino comiti Meinhardo pro dicto loco et nomine filie sue predicte, ut statim completo matrimonio et consu-

nato inter predictos filium nostrum et filiam suam eisdem et non nobis de cetero debeat obedire et respondere, tali quidem modo quod dicta domina possit gaudere et possidere ac usufructuare dicta bona empta et pertinencia ad morgengab, sicut est consuetudo[2] aliarum dominarum omni impedimento et contradictione remotis, prout superius expressum est. Et si hoc infra predictos duos annos non faceremus, quandocumque ipse dominus comes Meinhardus post dictum terminum nos requireret, tunc nos sibi nomine ipsius domine filie sue predicte hoc, prout superius est expressum adinplere teneamur. Pro quibus attendendis et firmiter observandis prenominato comite[2] Meinhardo nos comes Bartholomeus posuimus fideiussores magnificum virum amicum nostrum dilectissimum dominum comitem Paulum de Crup et nobilem ~~virum~~ militem cognatum nostrum karissimum dominum Ulricum de Liechtenstain tali condicione, quod si nos comes Bartholomeus non attenderimus predicta, tunc predicti fideiussores unusquisque ipsorum promisit per fidem suam nomine sacramenti, quandocumque per ipsum dominum comitem Meinhardum fuerint requisiti, mittere unum militem cum sex equis pro quolibet in hosteriam in Laubacum, quem per ipsum ipsis fuerit deputatus et nunquam recedere nisi predicta[2] eidem domino comite Meinhardo nomine filie sue predicte (per nos comitem Bartholomeum fuerint adinpleta[2]) ~~hoc prout superius est expressum adinplere teneamur. Pro quibus attendendis et firmiter observandis prenominato comite Meinhardo nos comes Bartholomeus posuimus fideiussorem magnificum virum amicum nostrum dilectissimum dominum comitem~~. Et nos predicti fideiussores predicta omnia et singula per fidem nostram prout superius est expressum complere et adtendere promittimus. Si vero unus de predictis fideiussoribus medio tempore decederet, quod absit, tunc nos comes Bartholomeus predictus eidem domino comiti Meinhardo nomine prefate filie sue alium sufficientem fideiussorem infra quindecim dies pro huiusmodi fideiussione dare et ponere debemus, residuas vero duo milia et quingentas marchas denariorum novorum Aquilegensis monete prefata domina filia predicti domini comitis Meinhardi et nostra nurus futura pro contradotibus debet habere, tali condicione et pacto, si prenominatus comes Stephanus filius noster, quod deus

avertat, de hoc seculo migraretur prius uxore sua predicta, tunc ipsa domina dictam quantitatem videlicet duo milia et quingentas marchas Aquilegienses habere et tenere debeat ad vitam suam, post mortem vero eius prefata pecunia libere revertatur ad comitem Bartholomeum vel eius heredes. Si vero dicta domina prius marito suo absque heredibus morietur quod absit, tunc sepedicta pecunia videlicet duo milia et quingente marce de contradotibus ad nos prefatum dominum comitem Bartholomeum et nostros heredes libere revertatur, et quandocumque predicta domina coniungetur cum filio nostro predicto sive quandocumque ipse filius noster iacuerit cum predicta uxore sua, ante hoc quindecim diebus nos comes Bartholomeus eidem comiti domino Meinhardo loco et nomine filie sue et nurus nostre predicte assignare debeamus in provincia nostra de castris villis et possessionibus nostris ad bonam sufficienciam pro predictis contradotibus, videlicet pro duobus milibus et quingentis marchis monete predicte, promittentes itaque nos comes Bartholomeus per nos et nostros heredes eandem dominam et nurum nostram in predictis contradotibus non gravare offendere vel angarifare, set potius ipsa defendere et manutenere contra quosque.[1] Que omnia et singula suprascripta nos comes Bartholomeus prefatus per nos heredes et successores nostros promittimus rata et firma habere[3] inviolabiliter observare et non contrafacere vel venire in aliquo ingenio sive causa fide nostra mediante et sub obligacione refectionis omnium dampnorum, que hac de causa eidem dominus comes Meynhardus perciperet. In cuius rei certitudinem presentes patentes litteras fieri fecimus monitas[2] et roboratas appressione sigillorum nostri et fideiussorum superscriptorum. Data in terra Fluminis anno domini millesimo CCC quinquagesimo secundo, indictione quinta, die decimo septimo mensis octobris.

Codice 72 (nuova serie) f.64'-65.

1 segue uno spazio vacuo di 1'5 cm. 2 sic. 3 f.65.

1353. 1 Agosto. Ulrico Kernperger rinunzia a Mainardo conte di Gorizia la sua casa e beni in Cormons ed altre ville.

Ich Ulrich Kernperger vergich mit disem offem brieff für mich mein würtin und all mein erben und tün chünt, daz mir mein genediger her graf Meinhard von Görcz für sich seinen 1.) prüder graf Heinrich und für ir erben von sundern genaden geben und verlihen hat zu meinem lebem daz haus ze Cremaun, daz etwenne Engelbrechts gewesen ist, mit dem stall praiden und garten, die da pei gelegen sint, und hat mir darzu ze pürchut geben sex march gelts Friauler gült nach hofrecht ze raiten, die gelegen sint in dem dorfe ze Phisenal ein hub ze sand Andre ein hub ze Cremelach drei huben, ze sand Andre ein hub, ze sand Johans ein hub, ze Morcelgan zwo huben, ze Miriach ein hub, ze Gaselichk ein hub, ze Cremann ein hub und fumf underseczen und drei wisen ze Montaun, die auch Engelbrecht gewesen sint mit allen den rechten und in aller der weis, als der prief sprichet, den mir mein vorgenant herrn darumb geben hat. Und wanne mein nicht en ist, so sullen mein würtin noch dehain mein vreund oder erben nach dem vorgeschriben haus und purchut noch nach ir dhainein furbaz, dhain ansprach oder vordrung haben in dhainerlai weis sunderleich sol ez danne nach meinem tod ledichleich mit aller pezzrung mein vorgenant herren und ir erben an gevallen. Dar über zu einem urchund der warhait gib ich in disen prief versigelten mit meinem anhangendem insigel. Dez sint gezeugen her Ott der Kaspp, her Hans sein chapplan, Hainrich und Albert ze Görcz, Niklas Ebstayner, Ulrich Reuhel, Hainrice sein schreiber und ander erber leut genüch, der geben ist nach Christes gepürde dreuzehen hundert jar in dem dreu und fumfzigisten jar, an sand Peters tag ad vincula, indiction VI.

Originale, in pergamena. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

La parola seinen è scritta sopra un luogo rastiato.

1353. 11 Agosto. Alberto Duca d'Austria dà in pegno a Zilio di Firenze il dazio della Muta di Venzone (Peüscheldorf).

Cod. 15 f. 5–5'

Muta in Peüscheldorf.

Wir Albrecht etc. tün kund etc., daz wir unserm getrewn Gyligen von Florencz gelten sullen[1] acht taüsent guldin, di er uns berait gelihen hat, und seczen dafür im und seinen erben unser maut ze Peuscheldorf abzeniessen von unsrer vraümtag ze der schiedung, der in dem nechsten L IIII[or] jar schierst chümt, fümf gancze jar nach einander mit allen nüczen und rechten, als si ander unser amptleüt vor habent ingehabt, und swenn diselben fümf[2] jar aüz sind, so sol uns die vorgenant maut von im und von seinen erben wider ledig[3] sein. Wir sullen in ouch diselben maut schiermen vor gewalt und vor unrecht. Dazü wellen wir und gebieten unsern getrewn Jacoben Anthonii und seinen gesellen unsern purgern ze Peüscheldorf, daz si dem egenannten Gyligen und seinen erben wartend sein mit den nüczen, di von der obgenanten maut ze Peuscheldorf gevallent, die zwai jar, als si die von uns bestonden habent, und in di summ raihen und geben, als unser brief sait, den si von uns habent, an all irrung. Des geben wir disen brif etc. Datum dominica post Laurencii, anno domini M CCC[mo] L[mo] tercio.

1) segue cancellato: d. 2) segue cancellato st. 3) f. 5'

1354. Manfredo di Prata si fa mallevadore ai conti di Gorizia per Guecello di Colgonaco, che questo ritornerà alle carceri in Gorizia non pagando un debito di 50 marche

Ego Manfredus de Prata universis et singulis hanc litteram inspecturis publice confiteor et facio fore notum me fore fideiussorem et verum principalem debitorem esse magniffficorum dominorum Meynardi et Heinrici comitum Goricie eorum heredum et successorum pro quinquaginta marcis soldorum monete pro Guecello de Colnogacho et precibus eius regtiandi et reddeundi ad carceres predictorum dominorum comitum in dicto castro Goritie et se dictis dominis comitibus aut alteri eorum vel ipsorum capitaneo seu rectori. in dicto castro Goricie hinc ad proximum festum sancti Bertholomei nunc venturum personaliter comparere et presentare omni occasione remota iuris vel facti et eorum carceres intrare et quandocumque vel quotienscumque idem Guecellus per ipsos dominos comites vel alterum eorum aut eorum capitaneum seu rectorem nuntium specialem vel litteras ipsorum antedictum terminum seu ad eundem vel infra ipsum terminum fuerit requisitus, deinde ad octo dies ipsos carceres antedictos utique intrare teneatur et debeat excepta morte dumtaxat aut aquarum undationibus, propter quarum ad dictos carceres venire non posset impedimentum aut infirmitate valida aperte et aparenti maxime occupatus esset, verum tamen defulsis et declinatis aquis predictis et melioratus a predicta infirmitate adire, quod posseat intrare competenter teneatur et debeat reverti ad dictos carceres absque aliqua requisitione semper sub intellectis bona fide sine fraude in singulis suis capitulis nullo alio impedimento denique obstante, quam morte silicet subsecuta fide predictus penitus absolvatur et de ipso carcere predicto penitus non recedere dolo ingenio fraude vel causa absque licentia speciali, verbo et mandato dictorum dominorum comitum aut alterius ipsorum aut eorum capitani seu rectoris. Quod si predicta idem Guecellus non attenderet vel non observaret, promitto ego Manfredus antedictus per fidem meam nomine sacramenti, ut verus et principalis debitor

per me meosque heredes predictis dominis comitibus vel alteri eorum aut eorum heredibus et successoribus vel cui ius suum dederint et commiserint predictas quinquaginta marchas dare et solvere in dicto castro Goricie in prompta aut numerata peccunia infra quindecim dies, alioquin omne dampnum et expensas quod et quas dicti domini comites eorumque heredes et successores abinde receperint vel invenerint quocumque modo vel qualitercumque promitto ego Manfredus antedictus fide data eisdem dominis comittibus ipsorumque heredibus absque omni lite et questione ac contradictione satisfacere et resarcire cum obligatione omnium bonorum meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum. Et predicta omnia et singula promitto per fidem meam nomine supra atendere et firmiter observare et nunquam contra predicta vel aliquod predictorum contravenire vel facere dolo ingenio fraude vel causa de iure vel facto. In cuius rei testimonium omnium predictorum presentes fieri iussi et cum meo proprio sigillo roborari sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, inditione septima.

Originale in carta. Il sigello appresso sotto il contesto.

1354. 3 Febraio. Gorizia – Mainardo conte di Gorizia investe Giovanni Fliegendörper di alcuni mansi in Cormons e altre ville.

Wir Meinhard graff ze Görcz und ze Tyrol bechennen mit disem brief, daz wir für uns und für unsern lieben prüder graf Hainrich unserm getreuwen dienner Hansen dem Fliegendörper verlihen haben in dem dorf ze Cremaun ein hůb, die Markutsch pauwet, und ein hůb daselbs, die Swan pauwet, und ein hůb daselbs die Pidruzz pauwet, und ein hůb, die Grinzz pauwet, item aber daselb zwo hůben, die Math. der Wertsch und Musse pauwent, item ze Pratschan ein hůb, die Steffan pauwet und ein hůb die Florian pauwet, des zwo march gelts sint, nach hofrecht, ze raiten Friauler gült mit allem [1.] dem und darzů gehört, wie daz genant ist, insemleicher weis, daz uns und unsern erben der vorgenant Hans und sein erben darumb dienen süllen mit einem stuchk und mit wapen, wanne wir des bedürfen und auch als lang, und er und sein erben daz verdienen mügen in der weis, als vorgeschriben ist und als wir im sein günnen wellen. Mit urchünd dizs priefs, geben ze Görz, do man zalte nach Christes gepürd dreuzehenhundert jar und in dem vir und fumfzigistem jar, des nachsten mentags vor sand Dorothen tag.

Originale, in pergamena. Il sigillo del conte Meinardo pende ad una striscia di pergamena.

1.) La parola allem è scritta due volte nel documento

1354.
Maggio 25.

In nomine domini amen, anno nativitatis eiusdem millesi-
mo trecentesimo quinquagesimo quarto, indicione septima,
die vigesimo quinto mensis May, in castro Goricie, in camera
domini comitis Meynardi infrascripti, presentibus Tançil
Jud et Antonio de Rabata de Goricia, Thoma filio dicti
Tançil Jud, Conrado et Peterlino fratribus et filiis dicti
condam domini Alberti dicti loci, Rolando eciam dicti loci,
Uricio condam Jacobi de Wipaco Goricie comorante,
Biachino de Soffinbergo, Uricio de Gramoglano, Henrico
scriba domini comitis infrascripti, Mertilo familiari
ipsius domini comitis et aliis. Infrascripta sunt pacta,
inita, habita et firmata inter magnificum et potentem
dominum dominum Meynardum inclitum comitem Goricie
et Tyrolis exparte una et nobilem virum dominum Riçar-
dum condam domini Johannis Francisci de Castello exparte
altera. Primo quidem ipse dominus Riçardus corporaliter
iuravit ad sancta dei ewagnelia [1] sibi a me notario infra-
scripto dato debito sacramento eidem domino comiti Mey-
nardo pro se et domino comite Henrico fratre suo et eorum
heredibus stipulanti et recipienti eis perpetualiter contra
quoscunque homines et personas fideliter et legaliter servire
et mandatis eorum et ipsorum cuiuslibet parere et in
omnibus et per omnia firmiter obedire, et nunquam contra
eos vel eorum alterum aut ipsorum heredes dolo ingenio
sive fraude dicere facere vel venire excepto tamen et excluso
domino comite Bartolomeo et eius filiis et heredibus, comite
Vegle Modrusse Umodoli atque Gacche contra quem nulla-
tenus debeat [2] venire vel facere sic et taliter, quod si casu
aliquo interveniente accideret, quod werra vel discordia
oriretur et eveniret inter predictos dominos comites Gori-
cie ex parte una et ipsum dominum comitem Bartolomeum
ex parte altera, quod ipse dominus Riçardus neutri
eorum teneatur vel debeat servire; item servire eisdem

1354. 25 Maggio Gorizia – Il nob. Rizzardo di Castello promette servire con due armati a cavallo il Conte Mainardo di Gorizia e fratello contro ognuno eccetto il Conte Bartolomeo di Veglia.

1.) sic

2. "debeat" è scritto due volte.

dominis comitibus continue cum duobus armigeris equitibus ipso domino Ricardo personaliter incluso cum uno socio in dicto servicio in Foro Iulii silicet Carstis et Istria quando et quocienscumque per eosdem dominos comites vel per eorum alterum aut per ipsorum specialem nuncium fuerit licite requisitus, ita et taliter, quod si status et condicio ipsius domini Ricardi ad melius perseveraret et prospere sibi sucederet, quod tunc secundum statum et posse suum teneatur et debeat servire dominis comitibus prenotatis. Item quod supra nominati numquam facere pacem tractatum vel concordiam aliquam per se vel per interpositas personas vel personam cum domino patriarcha Aquilegensi vel suis complicibus seu sequacibus aut servitoribus vel subiectis vel cum aliquo inimico ipsorum dominorum comitum absque licencia et expresso consensu dominorum comitum predictorum vel alicuius eorum. Preterea si dicti domini comites vel eorum alteri inhirent vel facerent tractatum aliquem cum domino patriarcha predicto occasione pacis vel concordie fiendarum in quibus pace vel concordia idem dominus Riçardus includi non posset casu aliquo interveniente, quod ex tunc ipse dominus Riçardus liber et absolutus sit et esse debeat penitus a promissionibus supradictis. Item si predicti domini comites ipsum dominum Riçardum pro servitore amplius habere post ponerent sive nolent, ex tunc ipso facto idem dominus Riçardus a dictis promissionibus sit et esse debeat liberaliter absolutus promittens iam dictus dominus Riçardus quo supra nomine ipsi domino comiti Maynardo, quo eciam supra nomine stipulanti omnia et singula supradicta firma rata atque grata habere tenere et observare et non contrafacere, dicere vel venire racione aliqua vel occasione, dolo, ingenio sive fraude per se vel per alios sive per interpositam personam sub pena privationis bonorum suorum propriorum et feudalium ac quorum

libet iurium suorum, que nosceretur habere a dominis comitibus supradictis cum reffeccione dampnorum expensarum et infecione litis et expensarum et obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, que pena soluta vel non tamen omnia et singula in hoc instrumento contenta obtineant plenum robur. In quorum omnium testimonium et ad preces et instanciam ipsius domini Ricardi Nicolaus de Portis de Civitate, Worlicus de Castellerio et Dominicus de Rosacio eorum sigilla pendentia huic instrumento publico posuerunt et ipse idem dominus Ricardus similiter suum sigillum apposuit pendens in testimonium predictorum.

S. Ego Nicolaus Puxinus de Glemona imperiali auctoritate notarius predictis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Originale in pergamena. I tre sigilli pendono a tre striscie di pergamena.

N 354. Junj 27. Udine.

Rimostranza del patriarca d'Aquileja Nicolò all'imperatore Carlo IV contro il Conte di Gorizia.

Genädiger Lieber herr, die vrid zwischen mir und der Grafen von Gortz, owie doch si ez nicht wol beha-
lten haben, het ich dingen, daz die gelengt wirden der Lengung ich gäntzlich hoft und dingt darumbe
daz ich ze ewrer vreüdenricher chunft möcht
als ich gepunden pin ew ze eren und ze dinst pey
gesten. Und ob geschicht als ich an zweifel gelaub
daz ich ze disen zeiten müz chriegen, waiz ich nicht
waz ich tün sol, wan ich ze dem vergangen naech-
sten chrieg han verzert als daz ich han gehabt
und han auch chainen dingen noch trost von euren
trewen und zülegeren und gehilffen von disen Landen
von der grozzen chrieg wegen in Lamparten, und auch
selb han ich der hab nicht, damit ich die chirchen ze
Agley beschütten und bevriden müg, sich ich und
verdem, mir chom dann ze hilf eür genad und
gewaltig hant, daz mein chirch ewichleich verdor-
ben sey, und ich in der lesten schand und smech
beleib. Und swie doch vil tading und red gehabt
sein umb lenger vrid von dem edeln mann von ste-
renberch und auch von andern edeln erbern Läu-
ten, wolten die vorgenanten grafen jeen müt noch
sin ze chainen güten sachen nie genaigen noch
zü vrid noch ze glimphen und ament und kaufleut
pöz ze pöz und habent in den vriden, sich der mei-
nen hab und güt under-wnden und under windent
sich tägleich und daz noch pöser ist, ist ainer mei-
ner posten purger ~~von weiden~~ [+] von weiden geriten ploz mit ainem

[+] Udine

schiltchnecht von Civitad, habent in des grafen diner angerant und habent in erslagen, des tod nicht alain weiden mit grozzem jamer chlagt. Doch sprich als vriaul groz chlag dor umb tut und treibt, ander wider wertiger sache treibent si vil die ich verlazz, daz die red icht ze lanch werd. Daz han ich als über lazzen gen, swie doch daz ich von den meinen vil mürmürung und red dar umb gehebt hab und han daz als e und lieber gelitten dann ich chain ungelimphig sach oder dinch in den vriden wolt an greiffen, oder tun, der dar umb ge straft werden. Und wizzet genadiger lieber mein herr daz mir vast verwizzen wiet offenleich und auch andern, den euren des hailigen reichs helffern und getrewen die euree begerten chunft wartend sind, wie mug wir dingen gehaben chunges chunft, oder trost, oder hilff, wann der chunich nicht ze hilf chumt seinem prüder dem patriarchen den er waiz bechumert mit grozzer trubsal und chriegen, und wolt got daz die red und auch die märe berurten und erhorten, eur chunchleich oren und daz eur wirdig maiestat und höch gericht an ze sehen, die vraiz und den gepresten und chumer den unser egenantt chirich, leit, da wird daz hoch gepurn geader eures leibs umb betrubt und eur über edel mut und chöm ze hilf unverzogenleich mir und meiner oft genanten chirchen als not wer. Auch wand ich, der hertzog von Österreich wold sich umb die red an nemen, und daz ich mit scham red da han ich in umb gepeten und der hat nicht gutz getan und wolt got het er nicht daz wider wertig getan daz er den genanten grafen gunst

vnd hilff tåt, Ez ist auch nicht ze wundern ob die genanten grafen ir gewalt vnd chraft an mir tunt vnd an meiner chirchen, so si ez turen getun, wider ainen Römischen chung, so si sein laut vnd purger sahent, vnd werlerch. des trösten si nicht gesprechen, vnd wil gesweigen; ze tun heten si nicht gunst vnd hilff von anderswa. Vnd dar vmb wan mein trost vnd ding under hant ewrer maiestat lig, noch an. ders nieman hab der helff, lauff ich ze den fuzzen ewrer wirdichait, als ze ainem besundern vrid vnd genaden-haus vnd pit diemutichlerch daz über die sach eur höch die augen eurs mutes auf tu vnd ob mir nicht, so tut ez doch dem edeln gelid des hailigen reichs der chirchen ze Agley vnd chömt snell ze hilff ewrer hant getat vnd verlat die nicht, die mut hat ewrn chunglichen steigen vnd wegen nach ze volgen, doch mit zehen pherden ob ich mit sogetaner wird nicht genarn mag, als die chirch pillerch tåt, geschriben ze weiden auf der vest des xxvij tags Junij

Chunchlicher höch diemutig hant tat
Nycolaus patriarch von agley.

1354 Junij 27. Udine

Nicolò Patriarca d'Aquileja chiede soccorso all'Imp. Carlo IV. nella guerra contro i Conti di Gorizia.

Gloriosissime domine mi. Usque modo Treugas
inter me et Comites Goricie quamvis per ipsos
male observate fuerint credidi prorogandas Quam
prorogationem graciis appetebam ut in vestro jo-
cundo et desiderato adventu* possem obtenere,
cum honoris mei decentia vestre assistere maie-
stati. Sed si contingat sicut indubie credo et jam
est parata in foribus me gwerram habere ignoro
penitus quid agam, quia tum in gwerra preteri-
ta consumpserim omnia que habebam et non
sperem a vestris fidelibus istarum partium prop-
ter gwerras graves in-minentes in partibus lom-
bardie habere subsidium nec ad defensionem Eccle-
sie nostre aquilegensis michi suppetant facculta-
tes video nisi clementia vestra manum sue appo-
nat clemencie ipsam Ecclesiam irreparabili sub-
iacere discrimini et me et meos in extrema con-
fusione et miseria constitutos. Et quamvis
plures tractatus de Treugarum huiusmodi pro-
rogatione, tam per nobilem de Sterenberch per
istas partes transeuntem quam alios nobiles
se interponentes habiti sint, nunquam ipsi comi-
tes ad aliquod rationabile voluerint animos
inclinare Sed in sua perseuerantes sed mala
malis cumulantes, bona et possessiones meorum
fidelium treugis pendentibus intromiserunt et Cot-
tidie intromittunt et quod amplius et deterius

* Tra quei due voci trovasi una ~~[illegible]~~ rasura o poss'

est unus ex melioribus Civibus meis Utinensibus
cum uno suo scutifero et inermis invasus per eo-
eundem Comitum servitores extunc interfectus. de
cuius nece ingens mesticia et dolor non solum in Dic-
ta terra utinensi verum etiam per totam patriam
fori Julij est exortus et multa alia commissa sunt
et committuntur que ex verborum nunc prolixita-
te demitto Que quidem non admiracione et murmu-
ratione meorum subditorum et fidelium conniven-
tibus pertransivi oculis potius volens ista tolle-
rare pro nunc quam quod per me aliquid contra
treugas faciam sic possum rationabiliter comprehendi
Et certe mi Domine michi improperatur manifeste et
publice et similiter aliis aliis vestris et sacri Im-
perij fidelibus adventum optatum expectantibus
quomodo habere possimus spem regij adventus et
subsidii quando dominus Imperator domino patriar-
che fratri suo quem evidenter scit in tantis
guerrarum anxietatibus constitutum. Utinam
Rumores huiusmodi aures attingerent vestre re-
gie maiestatis et dignaretur regia celsitudo in-
spirare quantis subiaceat periculis dicta nostra
Ecclesia quia profecto commoverentur vestre visce-
ra pietatis et eidem de celeri prout necesse est sub-
sidio provideret. Ceterum credebam dominum Du-
cem austrie velle super huiusmodi discordiis se
ingerere et quod cum rubore loquor per me petitus
tot requisitus Sed revera nichil penitus boni
operatus est et utinam non fecerit contrarium
et dictis comitibus non prestet auxilium et favo-
rem Non minus mirandum est si dicti Comites su-
as vires exercent contra me et dictam ecclesiam

tum presumant facere contra regem eius cives et subditos captivando. Et vere ista non attemptassent dicere nec dum facere nisi spem haberent favoris et auxilii aliunde. Et idcirco tum in vestre maiestatis et virtutis dextera tota spes mea consistat. nec est qui adiuvet nisi ipsa ad pedes celsitudinis vestre recurro velud ad singul. hoc refugium supplicans humiliter et deposcens quatenus super hijs vestra clementia oculos mentis apperiat et si non michi saltim dicte Ecclesie predicti sacri Imperij menbrum nobile et magnificum sceleri pietate succurrat. factureque sue non inmemor eam non deserat que vestigia regia sequi intendit ubilibet eciam tum se equis si incedere non poterit iuxta sue decenciam dignitatis. Scriptum in castro Utini die xxiii mensis Junii.

Regie maiestatis factura humilis
Nycolaus Patriarcha Aquilegensis.

1354. 22 Luglio Udine. — Patti delle tregue tra il Patriarca d'Aquileja e di Conti di Gorizia.

1354 Juli 22.

Waffenstillstand zwischen dem Patriarchen Nicolaus von Aquileia und den Grafen Meinhard und Heinrich von Görz-Tirol, abgeschlossen bis zum Feste des heil. Georg (1355 April 24.) mit wohlerhaltenem Siegl.

In Christi nomine amen. Pateat omnibus evidenter presentes litteras inspecturis quod nos Nicolaus dei gratia sancte sedis aquilegiensis patriarcha pro nobis ac nostris omnibus coadiutoribus, subditis, familiaribus et complicibus fecimus et recepimus et presentibus facimus et recipimus treugas rectas et legales bona fide sine fraude et dolo cum magnifico et potente domino Maynardo comite Goricie et Tirolis recipiente et promittente vice et nomine magnifici domini Henrici comitis fratris sui ac cum omnibus coadiutoribus subditis familiaribus et complicibus suis abhinc usque ad festum beati Georii de mense Aprilis proximi nunc venturi duraturas cum pactis et condicionibus infrascriptis. Primo quod dicti treuge bone firme et legales sint et sine fraude vel dolo predictis dominis Meynardo et Henrico eius fratri comitibus eorumque coadiutoribus servitoribus subditis et complicibus. Item quod durantibus dictis treugis dicti domini comites eorumque coadiutores, familiares, subditi et complices tam clerici quam secula-

res gaudeant et gaudere debeant eorum bonis possessionibus et rebus omnibus propriis, que vel quas tenebant et possidebant ante guerram preteritam factam et ortam inter nos patriarcham et comites predictos, pacifice et quiete usque ad completum terminum dictarum treugarum. Item quod durantibus treugis omnes carceratos per nos et nostros occasione dicte guerre in partibus ~~per~~ Foriiulii Istrie et Carstis captos cum idonea satisfactione promittimus facere libere relaxari. Promittimus eciam quod vie et strate per totum nostrum dominium et districtum erunt libere expedite ac secure dictis dominis comitibus subditis familiaribus et mercatoribus eorundem. Item ut dicte treuge inviolabiliter observentur exnunc ad petitionem et requisitionem dictorum dominorum comitum eligimus et creamus viros nobiles fideles nostros Gerardum militem de Cucania, Henricum de Strasoldo, atque Nicolusium orbiti de Utino quibus precipimus et mandamus quatenus audientiam dare debeant dictis dominis comitibus vel alteri eorum eorumque nunciis subditis et familiaribus in eo videlicet quod si per gentes nostras vel aliquem ipsorum aliquid fieret contra presentes treugas quod dicti tales electi sive duo aut unus ex ipsis debeant nobis statim et incontinenti intimare et declarare prout fuerit eis relatum. Et auditis relacionibus et probationibus factis promittimus

omnem emendam fiendam fieri facere infra quindecim dies post relacionem predictam. Et si integre non probarentur ea que relata essent tunc promittamus mittere dictos electos aut duos vel unum ipsorum ad castrum Menzani qui debeant vel debeat ibi esse ad inquirendum super delicto denunciato et audire denuntiatorem et probationes suas. Quibus auditis promittimus omnem emendam fiendam ~~fieri~~ facere fieri in termino supradicto. Et si contingeret quod ~~prater~~ propter aliquem casum omnes suprascripti electi in supradicto loco de de Menzano esse non possent quod duo vel unus ex ipsis habeant vel habeat arbitrium audiendi et recipiendi probationes prout omnes simul facere possent. Et si contingeret quod absit, quod unus ex ipsis aut plures morerentur tunc secundum peticionem dictorum dominorum comitum vel alterius ipsorum promittimus alios seu alium creare. Item si casus occurreret quod absit quod nos infra terminum dictarum treugarum vellemus occasionem guerre facere contra dictos dominos comites promittimus notificare eis vel ipsorum alteri aut eorum capitaneo Goricie per unum mensem antequam novitatem aliquam faciamus Et a die qua eisdem [~~aut~~ vel]* alteri ipsorum aut capitaneo eorum per nos notificatum fuerit promittimus per totum dictum tempus unius mensis non offendere dictos dominos comites vel territoria loca seu castra ipsorum

* Lücke im Pergament

vi vel potentia vel alio quovis modo quo dicte treuge possint dici aliqualiter rupte seu fracte. Quas quidem treugas per nos et nostros omnes coadiutores subditos et familiares sine fraude et dolo bona fide promittimus observare. In quorum omnium et testimonium presentes literas iussimus fieri nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Datum in castro nostro Utini die vicesimo secundo mensis Julii, anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto. Indictione septima.

1356. Maj. 24. Cividale

Il Comune di Cividale dichiara la garanzia al Conte Mainardo di Gorizia, per il rilascio di beni in Flambro sequestrati ad alcuni di Cividale.

Universis et Singulis presentes literas inspecturis notum fore volumus et publice profitemur Nos Franciscus de Ciuitate Austria Castaldio n. prouisores Consilium et Comune Ciuitatis Austrie, quod cum per Magnificum et potentem dominum dominum Meynardum Illustrem Goritie et Tirolis Comitem certa bona in Flambri inferiori essent et detinerentur, intromissa que sunt Nicolai condam Guilelmi et heredis condam Canni:+ Stephani bendreti de Ciuitate Austria, et cum per Literas eiusdem domini Comitis sint disstromissa tali conditione, quod si tempore aliquo dicta bona reperirentur obligata alicui persone quocumque nomine censeatur uel quodvis aliquid haberetur per quemcunque in illis propter quam obligationem uel ius habitum in eisdem prefatis dominum Comitem contingeret uel oporteret aut suos heredes aliqua dampna pati uel pateretur ob inde promitimus et stamus per nos nostrosque successores et heredes ipsum dominum Comitem et eius heredes relevare et conseruare indempniter, obligantes pro predictis antedictis et obseruandis omnia et singula nostra et dicti Comitis bona presentia et futura In quorum omnium rey testimonium presentes literas fieri fecimus et Sigillo nostri Communis Jussimus Sigilari Sub anno domini Millesimo Trecentesimo quinquagessimo Sexto Indictione nona die XXIIIJ. May.

\+ Cam

1267 Giugno. Strassoldo. Divisione di servi e beni tra Mainardo Conte di Gorizia e D. Francesco di Strassoldo.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis pa- CCC.
teat evidenter, quod cum ilustris magniffицus et potens CXC
dominus dominus Meinhardus comes Goricie et Tirolis
nec non ecclesiarum Aquilegensis Tridentine et Brisi-
nensis advocatus ex parte una et ego Franciscus con-
dam Gabrielis de Strasoldo ex parte altera haberemus
inter nos dividere Tuleum dictum Cassatum et Henricum
fratres et filios condam Martini de Castiglone prope Stra-
soldum communes homines nostros et servitores de mas-
nata et prefatus Tuleus cum omnibus possessionibus vide-
licet uno manso cum decima in Reyffenberch, item in sancto
Andrea uno manso prope Goriciam, item in villa de Go-
loschan prope Montem falconum manso uno, item in
Morteglano manso medio, item in villa Chasotis man-
sus medius, item in villa Puçoli tria staria bladi, item
prope villam Cirvignan starium uno cum dimidio
bladi, item in Aquilegia medium starium frumenti,
item prope villam de Cortnera medietatem lignorum
cuiusdam nemoris hinc ad annos tres quod apelatur
sterp, item medium starium de blado in Puzul et aliis
bonis mobilibus et immobilibus parte sue hereditatis
tangentibus evenerit in sortem predicti comitis, et
predictus Henricus cum omnibus possessionibus videlicet
in villa de Castiglono manso uno cum pratis et ne-
moribus ibidem, item in villa Morteglano manso me-
dio, item in villa Chasotis manso medio, item prope
villam Cirvignan uno cum dimidio stario bladi,
item in Corte vera medietatem lignorum cuiusdam nemoris ad
annos tres deinde vero totum nemus predicto [1.)] Enrico,
item silvas et prata prope Strasoldum, item in Aqui-
legia medium starium frumenti et alliis bonis mo- (a.s.) sic
bilibus et immobilibus partem sue hereditatis tangentibus
evenerit in sortem partes mei Francisci. Ego de sorte

[illegible]

partis mee predicte contentus pro me et heredibus meis facio predicto domino comiti et Tuleo de Cussuta et eorum heredibus tam de persona ipsius Tulei et natis ab eo descedentibus quam possessionibus et bonis prefatis partem sue hereditatis tangentibus et in posterum ab eo aquirendis finem remissionem quietationem et pactum de ulterius non petendo promittens pro me et meis heredibus prefatas divisionem et pactum firma et rata habere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa harum testimonio literarum meo sigillo munitarum. Data in Strasoldo anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, die septimo mensis Iunii, indictione nona.

Originale, Il sigillo pende ancora.

1.) Le parole: predicto Henrico dimenticate dallo scrittore sono apposite alla fine del documento.

Da perg. orig. Arch. di Stato, Vienna.

1357, Gennaio 20.

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo quin-
quagesimo septimo, indictione decima, die vigesimo men-
sis Januarii, presentibus nobilibus viris dominis ~~Sentli~~ Sette-
nella milite filio nobilis militis domini Gerardi de Chuta-
nea, ~~Ofmuncussio~~ Duringuspio de Mets, Guigelmo filio domini Co-
radelle de Sancto Daniele, Pertholdo de Atems, Simone
purcraffio Goricie, Francisco condam domini Simonis de
Castillerio, Archillotto condam domini Johannis de Var-
mo, Johanne condam Franciscutti de Varmo testibus et
aliis pluribus. Comparuit providus vir Marcus notarius
condam domini Antonii Turlonis de Veneciis nunc in Belgra-
do comorans coram illustri magniffico et potente domino
domino Meynhardo ~~de Bardis~~ comite Goricie et Tirolis dicens
et aserens ex parte nobilis viri domini Castroni de Bardis,
quod quando placuit dare et consignare locum Belgradi
in manibus predicti Castroni et ipsum cum omnibus iuribus
dicto loco spectantibus consignastis, de quo excelentissi-
me dominationi vestre notifficat Castronus predictus,
quod illi de Sancto Daniele sive illi qui tenent locum de
Warmo habent et fecerunt pontem unum super Varmum
prope turrem castri dicti loci de Warmo, quam illi de
Sancto Daniele iure feudi a vobis tenent, ut dicitur, per
quem pontem transitur flumen 1) predictum, qui est multum
notivus comugne et pascuis loci vestri de Belgrado, qui
de iure ibidem esse et stare non debet, quod cum totum
territorium, quod est ultra aquam predictam de Varmo per-
tineat loco de Belgrado, ita quod vobis placeat Canutto
qui de Sancto Daniele qui ibidem erat, dicere et comittere,
quatenus pontem predictum non teneant et quod molestiam
aliquam in dicto teritorio non inferant ultra aquam pre-
dictam. Qui quidem Canutus de Sancto Daniele respondens
dixit et confesus fuit, quod pontem predictum non fecerant
nec edifficaverant, sed quando intraverunt in tenutam et

1357. 20 gennaio. Castelletto. Canutto di S. Daniele dichiara al procuratore di Castrone de Bardi che teneva allora il castello di Belgrado che il ponte presso Castrone del castello di Varmo non fu fatto dai signori di S. Daniele, e che tutto ciò consta oltre il detto ponte appartiene ai conti di Gorizia.

possessionem loci predicti de Varmo pontem predictum edifficatum invenerunt confitens ibidem et in presentia dictorum testium, quod quidquid erat ultra aquam predictam de Varmo, habebant et cognoscebant a predicto domino comite et domo de Goricia et sicud[1.)] illi de Varmo ab ipso domino comite hactenus habuerunt. Quibus quidem sic peractis rogatus fui, ut de confessione predicta publicum conficere deberem instrumentum. Actum in Castellutto in domo communis loci predicti

1.) sic!

S. Et ego Stephanus condam domini Iohannis de Varmo imperiali auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus hec publice scripssi.

Originale, in pergamena.

1357. Febraio 28.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem domini millesimo trecen-
tesimo quinquagesimo [1.] septimo, indictione X^a, die ultimo
Februarii, in civitate Triesti [2.] in domo habitacionis, Rigo [2.] sic!
Hosterii, que condam fuit Fidrici de Bolsano, presentibus
discretis viris dominis Bartholomeo Gremoni vice domino,
Rizardo Corvo, Natale a de Petro condam domini Francisci,
Hectore de Canciano, Bonafe Grasso et Andrea Pacis notario
testibus de Triesto et aliis pluribus fide dignis. Nobilis vir
dominus Phibusinus de la Ture in sua propria libertate
eistens [3.] de certa scientia non per circumvencionem aliquam [3.] sic!
vel per errorem, set sponte et motu proprio pro se suoque [4.] he-
redes [5.] contentus fuit, convenit et solempniter promisit discreto [4.] [5.] sic
...[6.] onio de Rabata Goricie commoranti vice et nomine man-
gnifici et potenti [7.] domini domini Meynhardi incliti comitis [7.] sic
Goricie et T[irolis ...] [8.] recipien ... [9.] ti conventiones et pac-
ta nominanda et declaranda atendere complere et firmiter
obser[vare ...] [10.] ntonio ... [11.] pro eodem domino comite et
suis heredibus stipulanti et hoc ideo, quot cum predictus
dominus comes ipsum dominum P[hibusinu]m [12.] in sua cap-
tivitate actenus habuerit et detinuerit occasione culpe, qua
difamatus fuerat erga ipsum videlicet [quod] [13.] castrum Ca-
steluti ad manus eatraneas tradere voluiset, quod castrum
et locum Casteluti dictus dominus Phibisinus exprese con-
fitebatur et confesus [14.] est fuise [15.] et esse feudi [16.] dicti do-
mini comitis, quam culpam ipse dominus comes ut diceba-
tur pepercit et remisit eidem domino Phibusino bonis in-
frascriptis resinguatis in manibus et potestate dicti do-
mini comitis remanentibus, ipsum dominum Phibisinum li-
berum relaxavit et ei suam donavit graciam, ut similiter
dicebatur. Quo circa ipse idem dominus Phibisinus per se
et heredes suos contentus fuit convenit et solempniter
promisit ut predicitur predicto Antonio de Rabata vice
et nomine ipsius domini comitis et suorum heredum reci-
pienti et stipulanti eadem pacta firmiter observare.

sic (14.) sic (15.) sic (16.)

1357. 28 febbrajo. Trieste. Patti coi quali il nob. Febusino della Torre ottiene dal conte di Gorizia il perdono e la libertà (per la sua carcerazione) per aver tentato dare il castel suo di Castelletto ad estranei.

Primo quidem resingnavit et dedit dictus dominus Phibusinus per se et heredes suos predicto Antonio de Rabata ut ac et nomine dicti domini comitis et suorum heredum recipienti et stipulanti libere totam et omnem partem suam quam habuit in castro Casteluti et in burgo seu terra ibidem tempore, quo dictus dominus Phibisinus extitit captivatus cum omnibus et singulis pertinenciis eorum predictis castro et burgo seu terre quocumque modo spectantibus et pertinentibus. Item resingnavit et dedit libere per se et heredes suos prefato Antonio de Rabata quo supra nomine stipulanti omnia et singula bona mansos decimas reditus et proventus quoscumque, que habebat vel habere poterat tunc temporis dicte captivitatis quocumque nomine censantur[12] in patria Foroiulii tam propria quam feudalia, que a quocumque dominio habuiset et cuiuscumque condicionis existant. Et super hoc promisit procurare pro posse suo et sibi dare operam efficacem, quod predictus dominus comes vel alter cui commiserit investigatur de bonis feudalibus supradictis que feudalia fuerint a dominis a quibus ipsa feudalia bona habere videbitur. Item promisit per se et heredes suos predicto Antonio ut supra stipulanti, quod occasione dicte captivitatis nunquam aliqua tractabit vel faciet nec eciam tractari faciet per se vel per alios aliqua, que in ipsius domini comitis et suorum heredum ac afinium vel servitorum et fidelium suorum vertantur vel verti possint dampnum vel detrimentum obprobrium vel gravamen. Insuper promisit idem dominus Phibisinus a die hodierna usque ad sex septimanas proxime et inmediate futuras tunc statim exire patriam Foroiulii et in posterum in dictam patriam non intrare absque ipsius domini comitis expresso consensu licencia vel mandato. Que quidem omnia et singula supradicta

12.) sic

predictus dominus Phibisinus iuravit corporaliter ad sancta
dey ewangelia tactis scripturis sibi dato sacramento
predicta omnia et singula et infra scripta attendere et
plenius observare et non contra facere dicere vel venire
racione aliqua vel ocasione de iure vel de facto, dolo, in-
genio sive fraude sub pena persone sue et bonorum
suorum omnium obligacione presencium et futurorum
pacto expresso adito, quod si predictus idem dominus
Phibisinus contra veniret, dictus dominus comes vel alter
cui conmiserit, ubique locorum et terrarum et coram quo-
cumque dominio ipsum valeat realiter et personaliter con-
venire ac si eum sub suo dominio conveniret, super quibus
omnibus supradictis predictus dominus Phibisinus dedit
suam bonam voluntatem pariter et consensum. Preterea
voluit et contentus fuit, quod si reperiatur ipsum dominum
comitem aut dominum comitem Henricum fratrem suum
fore eidem domino Phibisino in debitis aliquibus obligatos,
ex nunc prout ex tunc esse debere penitus ipsa debita sive
credita cassa et vana de cetero et nulius valoris. Item
promisit suo sacramento, quod quandocumque et ubicum-
que extra dominium dicti domini comitis per ipsum domi-
num comitem vel per alium aut alios quibus commiserit[12.)]
fuerit requisitus, quod facta requisicione infra octo dies
pacta superius contenta per instrumentum publicum re-
novabit et faciet renovari et scribi.

S. Et ego Conradus filius condam magistri Conradi Marschalchi de Ratispona Civi-
tate Austrie commorans imperialis auctoritate notarius publicus constitutus hiis omnibus
interfui et rogatus scripsi.

Originale, in pergamena.

1.) Dopo la parola quinquagesimo è cancellato septi.
6.) La pergamena è rotta in lunghezza di due centimetri.
8.) La pergamena è rotta in lunghezza di cinque centimetri.
9.) La pergamena è rotta in lunghezza di tre centimetri.
10.) La pergamena è rotta in lunghezza di cinque centimetri.
11.) La pergamena è rotta in lunghezza di due centimetri.

12.) La pergamena è rotta in lunghezza di due centimetri
13.) La pergamena è rotta in lunghezza di un centimetro

1357 24 Novembre. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia investe Piromat di Belgrado di beni feudali in Vermegliano, S. Martino, Gorz, Blauzzo, la Sota Rivis, Selaunicco e Belgrado.

1357 November 24, Görz

Piromat aus Belgrato trägt seinen gesammten Besitz den Grafen von Görz zu Lehen auf und verspricht ihnen hiefür jährlich einen Star Hafer zu leisten.

Anno domini millesimo trecentessimo quinquagesimo septimo XXIIII die mensis Novembris presentibus domino Perchtoldo de Emberberch, domino Friderico purgrafio de Lůnez, domino Marchwardo de Novo Castro militibus, Rolando castaldione de Goricia, Hainrico scriba domini comitis et me, notario infrascripto Piromat de Belgrado in presentia magnifici et potentis domini comitis Mainhardi Goricie et Tirolis constitutus de sua bona voluntate et motu proprio non rogatus non coactus sed bona deliberatione habita et animo premeditato dedit tradidit et assignavit pro se et omnibus suis heredibus aut successoribus predicto magnifico domino comiti Mainhardo et fratri suo comiti Hainrico et ipsorum heredibus omnia sua bona infrascripta, que se iure proprii possidere dicebat resingnans eadem dicto domino comiti Mainhardo recipienti pro se et fratri suo predicto et heredibus ipsorum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis quesitis et non quesitis cultis vel incultis quocunque nomine censeantur libere et absolute in manus suas renuntians per se suosque heredes omni iure aut proprietate, quod vel quam in hiis habere potuit aut videbatur quocum-

que modo promittens per se suosque heredes hanc resignacionem ratam et firmam tenere nec contravenire in aliqua parte de iure vel de facto quovismodo sub pena dupli eius, de quo questio ageretur, stipulatione solempni promissa cum reffectione dampnorum et expensarum ac interesse litis † et extra; sub obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, qua pena soluta vel non omnia tamen in hoc instrumento contenta obtineant plenum robur. Bona vero sunt hec: in Varmadel mansus unus desolatus, item in Sancto Martino mansus unus, quem regit Kakusin; item in Gurisch mansus unus quem Liebistricza regit; item in Blaguts mansus duo, quos Georg de Lotsch et Mimsin de Gradisk regunt; item mansus unus (in) Larosa, quem Mini de Larosa regit; item in Ruvis mansus unus, quem Lieri Filipp regit, super quem dictus comes habet advocaciam antiquam; item in Sclavonik mansi duo, quos Paul et Selapan regunt, qui eciam ab antiquo feuda sunt a dicto comite; item ibidem mansus unus quem Siwan Bolas et Gaspar regunt; item in Belgrado campi undecim et quoddam nemus cum palude seu prato, quod prefatus Liromat dicit se emisse a Jacobo de Flaspergo cum voluntate et consensu predicti domini comitis; item unum sedimen in Belgrado cuius hereditas dicto Liromat pertinet de quo pater suus infeodatus extitit

† offenbar fehlen hier einige Worte.

a dominio Goricie(nsi). Quorum omnium resing-
nacionem facta, ut prescriptum est in manus
dicti domini comitis, idem Piromat supplica-
vit predicto domino comiti quatenus ipse dingna-
retur sibi et suis heredibus prefata bona cum
suis pertinenciis in feudum conferre. Itaque
dominus comes suis precibus inclinatus pre-
fata bona cum ~~suis pertinenciis in feudum~~
omnibus suis iuribus et pertinentiis in
rectum et legale feodum pro se et fratre suo
comite Hainrico et ipsorum heredibus con-
tulit dicto Piromat recipienti pro se et suis
heredibus ad habendum tenendum possidendum
dandum alienandum salvo iure feudi prestito
sibi sacramento omagii fidelitatis ut moris
est; talibus tamen pactis additis quod dictus
Piromat et sui heredes dicto domino comiti
et suis heredibus dare et solvere teneantur
annuatim in singnum prefate infeodacio-
nis unum starinum avene; remanentibus
tamen censu et usufructibus dictorum bonorum
in sua solita consuetudine et quantitate. In-
super si reperiretur quod dictus dominus comes
aliquod ius habuisset in predictis bonis qua-
lecumque de eodem suo iure ipse et sui here-
des gaudere ac frui debent plenimodo omnino
obstante presenti infeodacione facta vel mu-
tacione dictorum bonorum de proprio in feu-
dum, salvis etiam iuribus quarumlibet per-
sonarum, si qua possent in posterum reperiri.
Actum et datum Goricie ut supra



N Ego Hainricus de Ortenburch Romani
nperii notarius publicus et iudex ordinarius
iis interfui et rogatus scripsi.

57 12 Decembre Pordenone. Il Cav. Rodolfo Tempesta vicecapitano di Pordenone assolve gli abitanti della Villa di S. Avocato dell'uccisione di Morando di S. Quirino e di Francesco di Cordenons, perchè non commessa per malizia

1357. dicembre 12.

[...]um propter mortem olim Morandi de sancto Quirino [e]t Francisci de Medio de Curianaonis tempore questionis [p]ascuorum illatam, de qua homines de villa sancti Focati seu eorum aliqui culpabantur et adversus eos in [c]omuni per capitaneum Portusnaonis vel eius officiales procederetur, tunc temporis nobilis miles dominus Rodulfus Tampesta vicecapitaneus Portusnaonis deliberato, quod predictum homicidium non fuit in fraude et studio malignitatis peractum et etiam quod a multis peccatum in[...]ultum est, habita deliberatione et consilio predictos de sancto Focato in comuni et diviso, generaliter et singulariter omnes quicumque sint et quocumque vocentur nomine ad honorem domini ducis et statum contrate pacificum a predicti criminis pena absolvit et precise liberos esse voluit eos et eorum quemque masculum et feminam presentium per tenorem, ita quod non obstante crimine et excessu secure per dominium Portusnaonis et ducatus vadant, veniant et morentur. In cuius rei testimonium sigillum suum impressit. Huius rei testes sunt discreti viri dominus Antonius potestas Portusnaonis, Thomas Benedicti, Iohannes ser Gucii, Nicolaus ser Guillelmi, Conglutinus de dicto Portunaonis et Dominicus notarius. Datum in Portunaonis, die XII decembre, anno m° CCCLVII°

Originale in carta. Il sigillo impresso sotto la linea del dato.

[illegible]

1358. 15 Settembre. Prata.
I Conti di Prata promettono obbedienza a Mainardo Conte di Gorizia Avvocato della Chiesa d'Aquileja, sede vacante.

1358 Sept. 15. Prata.

Huldigungs- und Gehorsambrief mehrerer Mitglieder der Familie Prata auf Meinhard Grafen zu Görz-Tirol, als Vogt der Kirche zu Aquileia. (Papier mit drei stark beschädigten grünen aufgedrückten Wachssiegeln.)

Debita recommendacione premissa tenore presencium solum si et inquantum tenemur aquillegiensi ecclesie iuramus sub vobis et dominacioni vestre tamquam sub domino et advocato aquillegiensis ecclesie predicte vacante sede atque promitimus huna vobiscum esse ad adiuvandum vos protegere deffendere et manutenere in iuribus dicte vestre advocacionis prout actenus predecessores nostri predecessoribus vestris facere consueverunt in honorem et statum aquillegensis ecclesie predicte et patrie forojullii et hoc usque ad adventum futuri patriarche solum. Insuper ad maiorem firmitatem mandavimus Nicolao Garidilino burgensi nostro in Prata quatenus sub forma antedicta nostro nomine iuret et promittat in manibus dominacionis vestre et supra animas nostras quod atendemus et observabimus promissionem antedictam vobis factam et quod a dominacione vestra recipiat litteras vestras promissionis quod tamquam advocatus predictus aquillegiensem ecclesiam et nos conservabitis et deffendetis contra quoscumque ledere nos volentes indebite. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus et ad maiorem cautellam sigillis nostrum Guecelli

Nicolusii et Ricardi affinium de Prata fecimus sigillari. Datum Prate die XV Septembris XI. indiccionis, millesimi trecentessimi quinquaesimi octavi anni.

Guecellettus Artichus Guecellus Nicolusius Gerardus et Ricardus	}	affines et servitores vestri de Prato

strarum continentiam litterarum, quas nostri sigilli appensione communiri iussimus in testimonium premissorum. Datum in nostra patriarchali Civitate Austria, die vigesimo tercio mensis marcii, anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione terciadecima.

Originale, in pergamena, il sigillo manca.

1360. 23 Marzo. Cividale. Il patriarca Lodovico autorizza i Conti di Cilly a farsi avere o colle buone o colla forza, i possessi della Chiesa di Aquileja passati in altre mani.

Ludovicus dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcha magnificis viris Vlrico et Hermanno fratribus spectabilibus comitibus Cilie filiis et fidelibus nostris carissimis salutem et dilectionem sinceram. Attendentes grata et multiplicia servicia, que recolende memorie Fridericus comes Cilie genitor vester devotionis celo exhibuit nostre ecclesie Aquilegensi, dum ageret in humanis, et tenentes indubie vos clare paterna imitaturos vestigia decrevimus personas vestras, ut ad predicta vestra ferventius animetur devotio, favoribus prosequi gratiosis. Ecce quod nos omnia bona possessiones et redditus consistentia et consistentes in partibus Carniole et Marchie ad nos et nostram ecclesiam immediate spectantes dudum per bone memorie Bertrandum patriarcham predecessorem nostrum concessa ad tempus nobilibus de Rentemberch et que ipsi nobiles tenuerunt vigore concessionis huiusmodi, vobis et vestrum utrique ad vitam vestram dumtaxat et utriusque vestrum tenore presentium concedimus et largimur, ita quod altero vestrum sublato de medio, qui superstes fuerit, bona huiusmodi teneat et percipiat, donec sibi fuerit vita comes, post cuius obitum predicta bona absque difficultate qualibet ad nos et successores nostros ac patriarchalem mensam expedite et libere revertantur et super hiis, ne imposterum posset per aliquos contradici, a vobis et vestrum utroque habere volumus super restitutione bonorum huiusmodi vestras patentes litteras reversales. Mandamus itaque universis et singulis dictorum bonorum seu possessionum habitatoribus laboratoribus et colonis, quatenus de fructibus, proventibus redditibus et iuribus eorundem vobis et vestrum utrique integre et plene persolvant et respondeant iuxta presentium no-

et sic prefatus Henricus in nostris manibus fidelitatis debite et vasallagii prestitit iuramentum, quod fidelis vasallus suo domino prestare tenetur et fieri in talibus consuevit, harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum. Datum Utini in castro nostro patriarchali, die septimo decembris, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indictione X II°.

Originale, in pergamena, il sigillo pende in nastro di tela ~~bianca~~ gialla

1359. 4 Decembre. Udine? Il Patriarca Lodovico investe il cav. Enrico di Montpareis dei feudi che teneva dalla Chiesa di Aquileja

Nos Ludovicus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha tenore presentium notum fore volumus universis, quod in nostra constitutus presentia egregius miles dilectus fidelis noster Henricus de Mompa-ris nobis supplicavit et nos cum instantia requisivit, ut ipsum de feudis antiquis iustis et legalibus, que progenitores sui habuerunt et ipse habet a sancta Aquilegensi ecclesia investire benignius digna-remur. Cuius iustis precibus annuentes eundem Henricum tanquam nobilem et fidelem vasallum nostrum et dicte ecclesie genu flexo [1] coram nobis fideliter acceptantem de dictis feudis eo iure, quo eius progenitores ab antiquo habuerunt a supradicta ecclesia, investi-vimus per anulum, quem in manibus tenebamus, salvo iure nostro predicteque nostre ecclesie et omnium personarum; insuper nos attendentes grata et studiosa servicia, que idem Henricus de Mom-paris supradicte ecclesie et nostris predecessoribus fideliter exhi-buit et nobis exhibebit dante domino in futurum, eidem Henrico tantum usque ad vitam suam dumtaxat tenore presentium concedimus omnia bona, que fuerant condam Laurencii de Gue-tenstayn, ad nos et nostram ecclesiam per eius obitum, qui de-cessit sine legittimis heredibus, rationabiliter devoluta et ipsum Henricum iure recti et legalis feudi investivimus de eisdem, ita quod eo decedente bona eadem ad nostram predictam ecclesiam libere devolvantur. Ceterum cum venerabilis frater Vlricus abbas monasterii sancti Pauli vallis Lauentinensis memorato Henrico concesserit certa bona seu decimas suo et monasterii sui nomine, que seu quas idem abbas in nostra provintia Windisgratz se et monasterium suum predictum asserit a nobis et dicta ecclesia feudali nomine obtinere et de huiusmodi bonis seu decimis inve-stiverit, nos premissorum servitiorum intuitu concessioni huius-modi nostrum prestamus assensum pariter et consensum

[1] sic

et omnium personarum; quibus peractis prefatus dominus Fridericus in manibus prefati domini patriarche fidelitatis debite iuramentum prestitit, quod fidelis vasallus suo domino prestare tenetur et debet et prout fieri talibus consuevit. In cuius rei testimonium idem dominus patriarcha per me subscriptum notarium canzellarium suum scribi et publicari mandavit atque sui sigilli appensione muniri. Actum Utini, in castro patriarchali, in camera prefati domini patriarche.

S. Ego Paulus condam magistri Iohannis de Mutina publicus imperialis aule sacre notarius et predicti domini patriarche canzellarius et scriba predictis interfui et rogatus scripsi.

1.) sic.

Originale, in pergamena, il sigillo del patriarca pende ad un nastro giallo.

1359 Dic. ?

1359. 2 Decembre, Udine. Il patriarca Lodovico investe Federico q. d. Corrado di Ovenstain dei feudi che teneva dalla Chiesa di Aquileja.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indictione duodecima, die secundo mensis decembris, presentibus reverendo et venerabilibus patribus ac nobilibus viris dominis Bartholomeo episcopo Caprulano infrascripti domini patriarche vicario in pontificalibus generali, Florramondo abbate in Arnolstayn, Thoma abbate Somaquensi, Walterpertoldo milite de Spegemberch, Guezello de Surcillis, Nicolusio de Vilalta, Rizardo de Castello, Bertoldo de Muncio et aliis pluribus. Constitutus in presentia reverendissimi in Christo patris et domini domini Ludowici dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche nobilis et potens vir dominus Fridericus filius condam domini Conradi de Ouenstayn vasallus ipsius domini patriarche et sancte Aquilegensis ecclesie tanquam maior domus supplicavit eidem domino patriarche humiliter, quatenus eundem dominum Fridericum suo et domini Conradi fratris sui nomine investire de feudis dignaretur, que predictus condam eius pater habuit et ipsi fratres habuerunt et habent in feudum a domino patriarcha et Aquilegensi ecclesia supradictis, cuius ipse dominus patriarcha supplicationibus inclinatus et sperans predictos dominos Fridericum et Conradum fratres utiles et fideles suos et dicte ecclesie esse vasallos prefatum dominum Fridericum nomine quo supra recipientem et genibus flexis humili acceptatem de antiquis feudis rectis et legalibus que progenitores ipsorum habuerunt et habent iuste et racionabiliter ab ecclesia memorata et de quibus ~~feu~~ feudis per patriarchas suos predecessores constat eosdem dominos de Ouenstayn fuisse legittime investitos per fimbriam sue clamidis seu cappe presentialiter investivit salvo iure eiusdem domini patriarche et predicte ecclesie Aquilegensis

intimationis huiusmodi proxime subsequen-
tibus firmiter duraturas. Quas quidem treu-
gas promittimus pro nobis et dicta ecclesia
eiusque fidelibus amicis coadiutoribus et
subditis ~~modo~~ supradictis modo predicto in-
violabiliter observare et contra eas per nos
vel alios nullatenus facere vel venire. In
cuius rei testimonium presentes fieri iussi-
mus nostri sigilli impressione munitas.
Datum Civitate Austrie die tertio mensis Iu-
nii, anno Dominice nativitatis millesimo
trecentesimo quinquagesimo nono indictione
duodecima.

1359, 3 Giugno. Cividale.
Il Vicedomino del patriarcato d'Aquileja proroga la tregua col Conte Mainardo di Gorizia fino alla denunzia da farsi dal Patriarca del loro termine.

1359 Juni 3, Cividale

Neuerliche Verlängerung des Waffenstillstandes zwischen dem Patriarchen von Aquileia und dem Grafen von Görz auf unbestimmte Zeit.

Papier, das aufgedrückte grüne Siegel ist abgefallen.

Nos Odoricus condam domini Osvalchi de Strasoldo aquilegensis ecclesie vicedominus notum fore volumus universis, quod treugas habitas inter magnificum et potentem dominum dominum Meinhardum Goricie et Tirolis comitem eiusque amicos fideles coadiutores servitores et subditos et inter venerabilem virum dominum Manzolum decanum aquilegiensis ecclesie et ipsius ecclesie fideles amicos coadiutores servitores et subditos usque ad quindecim dies post festum sancti Georgii proxime transactum et postmodum prorogatos usque ad festum pentecostes proxime nunc venturum tenore presentium cum dictis domino comite eiusque amicis fidelibus coadiutoribus servitoribus et subditis sub eisdem statu pactis et forma prorogavimus et facimus pro nobis, aquilegiensi ecclesia et omnibus ipsius ecclesie fidelibus amicis coadiutoribus servitoribus et subditis antedictis quousque dominus noster patriarcha seu .. eius vicarius aut nos intimabimus dicto domino comiti vel inclite domine Catherine eius uxori aut eius capitaneo in Goricia quod secum nolimus habere ulterius treugas et octo diebus post diem

1359. 16 Aprile Linze. Rodolfo arciduca d'Austria dà in pegno il dazio della Muta di Venzone a Kolo di Seldenhofen per 792 fiorini.

Cod. 15 pag. 158

Peuscheldorff

Wir Rudolf von gots etc. tun kunt, daz wir unserm getrewn lieben Koln von Seldenhofen gelten sullen und schuldig sein fumf tusent DCC und XCII guldin von des diensts wegen, den er uns nu getan hat under die von Friawl und ouche von der kost wegen, die er in demselben unserm dienst ze Peuscheldorff und ze Portenaw hat gehabt, darzů sein wir ym schuldig XVIII hundert guldin von unsers lieben herrn und vatter selig herczog Albrechten wegen fur dieselben guldem allesand haben wir ym und sinen erben gesaczt und seczen unser mautt ze Peuscheldorff also, daz si die mit allen den nuczen und rechten, alz die von alter herkomen ist, dafůr innhaben und niezzen sullen in pfandes weis an abslag, als lang uncz daz wir und unser pruder Friderich, Albrecht und Leupolt herczogen oder unser erben sin der vorgenannten guldin aller genczlich berichten und gewern. Mit urkunt dicz briefs, datum Lyncze, feria tertia ante diem cene domini, anno LIX°.

usque ad adventum futuri patriarche dicentes predicti nuncii, quod nullum alium dominum habere intendebant maiorem ipso domino comite. Qui quidem nuncii proferebant eidem domino[2] comiti dare libras mille parvulorum pro quolibet mense, videlicet ad presens libras mille et de residuo vero tempore citra, quod dominus patriarcha decessit securitatem bonam facere per subditos dicte Aquilegensis ecclesie et si casus accederet quod x necesse esset habere gentes aliquas pro defensione patrie Foriulii, quod tunc dominus comes eosdem recuperare debebat ad expensam Aquilegensis ecclesie.

x fol 25

Stephanus notarius de Castilutto scripsit.

~~Copia.~~

1.) Dopo domino Al cancellato.
2.) domino sottoscritto in apposito.

Copia dal Cod. 447. f. 24. Arch. d' Stato. Venezia.

~~Codice manosc.~~ 447 f 24'–25.

1359. 13 Febbrajo. Cormons. Mainardo Conte di Gorizia è riconosciuto Capitano Generale del Friuli dalle Comunità di Udine e di Cividale; e dal vicedomino e nobili friulani.

Anno domini M° CCC° LIX°, indictione XII, die XIII mensis Februarii, actum in cortina de Cromono in ecclesia sancti Johannis, presentibus venerabilibus in Christo patribus domino abbati monasterii Rosacensis, domino Gwidone abbati monasterii Mosacensis, strennuis millitibus dominis Perchtoldo truchsacz de Emerbach, domino Friderico purcgravio de Lüncz, domino Egolfo de Wipacho, domino Fridrico Deuplacher, nobilibus et honestis viris dominis Hainaco de Strasoldo, Udorico eius filio, domino Rudolfo de Duyno, Stephano quondam Vergilii de Civitate Austria, Nycolusso de dicto loco, Paulino scriptore, Galidesio et Leonhardo quondam Artrosini?[1] hiis de Utino testibus et aliis. Accedentes Artrosinus de Civitate una cum Galidesio predicto pro communitatibus Civitatis et Utini et Nycolussius de Atens pro parte nobilis viri domini Friderici Boiani tunc vice domini ac pro parte nobilium Foriiulii ad hoc specialiter deputati ad presencia magnifici et potentis domini domini Meinhardi comitis Goricie ac Tyrolis Aquilegensis ecclesie advocati exposuerunt dicentes videlicet Artrosinus predictus ex parte omnium predictorum, quod dominus vice dominus predictus ac eius consilium per predictos nobiles ac communitates Foriulii eodem domino vice domino datum eosdem ad predictum dominum comitem transmiserant volentes prefatum dominum comitem Goricie eorum capitaneum generalem et advocatum dicte Aquilegensis ecclesie sicut de iure ipsum habere tenebantur et debebant usque ad adventum futuri patriarche vel eius vicarii. Qui quidem iurare et obedire volebant predicto domino comiti Goricie cum hoc, ~~hoc~~ quod predictus dominus comes predictos subiectos Aquilegensis ecclesie defendere teneatur et debeat

1) rectius Andreotti

1360 Juni 6. Latisana

Il Comune di Latisana dichiara che rilascierà la terra ai Conti di Gorizia quando questi l'avranno ricuperata dai Sig.ri di Colloredo ai quali l'avevano venduta con patto di ricupera.

Nos Gilius Gastaldio, Judices, Consilium et Comune terre Portuslatisane, notum facimus, uniuersis et singulis presentem literam inspecturis, quod cum per Magnificos et potentes dominos nostros, dominos Meynardum et Henricum Comites Goritie et Tyrolis, Ecclesiarum Aquilegensis, Tridentinensis ac Brixinensis, Aduocatos, uenditio facta fuerit de terra Portuslatisana, cum iuribus eorum, que habent et possident ad presens, pro certo pretio, prout in literis eorundem dominorum Comitum euidentius continetur, Nobilibus viris dominis Francisco, Henrico et Cligoio fratribus, de Coloreto et dicti fratres per suas literas promiserint restituere predictam terram cum suis iuribus, eisdem dominis Comitibus quandocumque et quo tempore ipsi darent et soluerent predictis dominis de Coloreto pecuniam pro qua dicta terra eis extitit obligata, prout in literis ipsorum dominorum de Coloreto similiter continetur; Nos ut supra contenti sumus et promittimus ex certa scientia et deliberatione habita diligenti, quod quandocumque et quo tempore predicti domini Comites uel ipsorum alter aut eorum heredes, dabunt et soluent predictis dominis de Coloreto pecuniam pro qua ut predicitur dicta terra extitit obligata in venetiis, uel in Ciuitate Austrie uel in Spignembergo aut in Castro Coloreti, quod Nos una cum dictis dominis de Coloreto nostro posse et omni dolo ac fraude remotis, dabimus et restituemus dictam terram dominis Comitibus supradictis, libere et expedite dilatione qualibet pretermissa, quod si facere neglexerimus, dolo et fraude ut superius est expressum remotis promittimus, omne dampnum

et expensas per nos et successores nostros reficere, dictis do-
minis nostris, in quod uel quas incurrerent uel substinerent
predicte retentionis occasione, cum obligatione omnium no-
strorum bonorum, presentium et futurorum. In cuius rei te-
stimonium presentem literam fieri iussimus et sigilli nostri
Communis Portuslatisanensis munimine roborari. Datum in
Portulatisana, Anno domini Millesimo Trecentesimo Se-
xagesimo, Indictione tertia decima, die autem sexto mensis
Junij.

1360. 9 Giugno. Cividale. –
Il Comune accorda per dieci giorni salvacondotto al Meinardo conte di Gorizia per venire e stare con seguito in Cividale.

1360 Juni 9. Cividale.

Geleitschein der Stadt Cividale für Meinhard Grafen zu Görz-Tirol und sein Gefolge zur Hin- und Rückreise im Gebiete der Stadt auf 10 Tage ausgestellt.

Papier, mit wenigen Resten eines grünen aufgedrückten Wachssiegels.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Rainerius de Senis gastaldio... provisores conseilium et commune Civitatis Austrie per nos nostrosque amicos, cives et habitatores magnificum et potentem dominum dominum Meinardum illustrem Goricie et Tirolis comitem, cum eius comitiva veniendo ad civitatem predictam stando et reddeundo per dies decem proximos in bonis pariter et personis affidamus libere et assecuramus dolo tamen et fraude remotis. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus et sigilli nostri communis munimine roborari datum Civitate Austria die nono ~~[illegible]~~ mensis Iullii sub millesimo trecentesimo sexagesimo indictione terciadecima.

1361. 27 Giugno (Gorizia). Valcone della Torre confessa di aver ricevuto in feudo alcuni beni dai Conti di Gorizia.

Ich Walchůn von dem Türn ze Görtz vergich mit disem offem brief
und tün chunt allen den, die in ansehent, hörent oder lesent, die nu
sint oder noch chümftig werdent, daz ich angesehen und bechant
han die genad und furdrung, die mir die hochgeboren mein genêdig
herren graff Meinhard und graff Heinrich von Görcz und von
Tyrol fürderleich erzaiget haben und auch chůmftichleichen erzaigen
mügen und darumb so han ich in und iren erben für mich und
für mein erben mit verdahtem müt willichleich recht und red-
leich zü den zeiten, do ich ez wol getün mochte, auf geben all die erb-
schaft, die mich von vatter und von müter, von průder oder von
swester oder von andern meinen vreunden angeerbet oder gevallen
hat, es sey aigen oder lehen, leut oder güt, wie so daz genant oder
genaizzen sey oder wa daz gelegen ist und waz dazů gehört nichts
auz ze nemen, und süllent mein egenant herren und ir erben oder
wem si irew recht schůffen oder geben die vorgenant lehen und aigen
leut und güt haben, nützen und niezzen und ewichleich besiczen
und allen iren frumen damit nach irem willen schaffen in
semleicher weis, waz ich oder mein vorgenant herren derselben
lehen oder aigen leut oder gut in mein oder si in ir gewalt mit
dem rechten oder mit minne oder in, welher weis daz werpringen
mochten, dazselb halbez, waz des wer, sol ich haben, nüczen und
niezzen unz an meinen tod, daz ander halbez sullen mein e-
genant herren ledichleich haben in der weis, als vorgeschriben ist,
und nach meinem tod, so sol derselb mein tayl, der mich angevallen,
wêr ob ich anerben, die von meinem leib chemen verfür, des got
enwelle, und waz ich yezü inne han, wie daz genant ist, oder wa

daz gelegen sei, mein vorgenant herren und ir erben ledichlich angevallen an allen andrer meiner erben widerred. Mit urchund ditzs priefs versigelt mit meinem anhangenden insigel, darunder ich vorgenant Walchün mich verpinde und veraäigg pey meinen triuwen für mich und für mein erben allez daz stet ze haben, als hie an disem prief verfangen ist. Daz ist geschehen do man zalt nach Christes gepürd dreuzehenhundert jar und in dem ain und sexzigistem jare des nächsten suntags vor sand Ulreichs tag.

Originale in pergamena, il sigillo di Walchuno pende ad una striscia di pergamena.

x) ~~Le parole: and – triu~~

1361. Juli. 10. Vienna.

Rudolfo Duca d'Austria garantisce a Federico di Aufenstain qualunque fosse per avere dal patriarca d'Aquileja.

Wir Rudolff von gots genaden hertzog ze Österreich ze Steyr vnd ze kernden Tun kunt Daz wir vnserm lieben getrewen friderich von Aufenstain vnserm houbt man in kernden empholhen vnd gantzen gewalt geben haben Daz er vns wider den Patriarchen von Aglay vnd sein helffer aufbringen sol Leut vnd Gut Als vil er mag vnd swas er des auzbringet da wellen vnd sullen wir vnser Bruder vnd Erben in vnd sein Erben von brin gen an allen irn schaden das versprechen wir in mit vn sern trewn stete ze haben ane geverde. Mit vrkunt ditz briefs Geben ze Wienne an Samztag vor sant Mar gareten tage Nach kristes geburt Drewtzehenhundert iar darnach in dem ain vnd Sechtzigistem Jare.

(m. pr.) + hoc est verum +.

1362. 22 Maggio. Castelleutto. Mainardo Conte di Gorizia ricava a mutuo da Francesco, Glizojo ed Enrico di Colloredo fratelli, 60 marche di soldi per riedificare la Torre di Latisana da pagarsi quando dispegnerà il luogo di Latisana dalle loro mani. 1363

Maggio 22

Meynardus comes Goricie et Tyrollis universis et singulis profitemur et facimus fore notum, quod per nos et nostros heredes nobilibus viris Francisco Glucoyo et Henricho fratribus de Coloreto et eorum heredibus dare et solvere debemus et tenemur sexaginta marchas solidorum, cum qua peccunia turrim nostram in terra nostra Portuslatisana rehedificare et erigere nobis promiserunt et debeant bona fide sine fraude. Quam quidem peccuniam per nos et nostros heredes predictis fratribus et eorum heredibus dare et solvere teneamur et debeamus quandocumque dictam terram Portuslatisanam nos aut nostri heredes ab ipsis exigere vel expignorare vellemus, harum testimonio litterarum iussimus nostri sigillo appensione muniri. Datum in castro nostro Castellutti, die vigesimo secundo maii, anno domini millesimo tricentessimo sexagessimo tercio, indicione prima

Originale, cancellato, il sigillo manca.

1363 - 8

1363. 8 Febbrajo. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia investe il nobile Febo q. Gio. Furlano della Torre, di metà del castello di Castelluto ove stà il palazzo e metà del borgo del castello.

Anno domini millesimo tricentessimo sexagesimo tercio, indictione prima, die octavo februarii, in castro Goritie super puyolo camire infrascripti domini comitis, presentibus nobilibus viris dominis Worlicho de Rayfinbergo, Henglino eius nepote, Francisco de Castelerio, Iachilquondam domini Henrici de Lauant, Henrico scriba subscripti domini comitis, Steffano de Dorimbergo et Matheo quondam magistri Tracii de Goricia et aliis quam pluribus fide dignis. Magnificus et potens dominus dominus Maynardus inclitus comes Goritie et Tirollis propter plura grata servitia habita et recepta a nobili viro domino Phebo quondam domini Iohannis Furlani de la Turre de Mediolano et que ab eo sperat et debet habere in futurum predictus vero dominus comes deliberato animo pro se suisque heredibus prefatum dominum Phebum suosque heredes ab ipso legittime inposterum procreatos de medio castro Castelluti, in quo palacium situm est, et medio castello dicti loci cum omnibus suis pertinentiis tam bonis quam hominibus quocumque nomine censeantur, que olim quondam pater suus predictus tenuit et posedit, cum fimbria tunice sue iure feudi legittime investivit ad habendum tenendum usufructuandum et perpetuo posidendum, tali quidem pacto habito, quod predictus dominus Phebus suique heredes ut supra prefato domino comiti suisque heredibus perpetualiter contra quemcumque hominem et personam servire debeant et teneantur legaliter et fideliter cum bonis et persona pariter, promittens prelibatus dominus Phebus per se suosque heredes prefatos castrum et castellum [illegible] et apertum tenere dando introitum et exitum eidem domino comiti suisque heredibus, servitoribus et subditis, quandocumque et quocumque ab eodem domino comite suisque heredibus

servitoribus et subditis fuerit requisitus ac etiam stare, parere et fideliter obedire omnibus et singulis dicti domini comitis mandatis suorumque heredum, promittens idem ~~dictus~~ dominus Chebus et iurans corporaliter ad sancta dei evangelia extunc predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare et si contrafecerit, quod absit, tam ex nunc prout ex tunc predicta omnia et singula, videlicet castrum Castellut, bona et homines cum omnibus eorum pertinentiis sint et esse debeant devoluta eidem domino comiti vel suis heredibus sine impedimento et contradictione dicti domini Chebi suorumque heredum vel alterius cuiuscumque persone, obligans ad hoc personam suam necnon omnia et singula alia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura, preterea supradicti nobiles viri dominus Vorlicus de Rayfimbergo et Franciscus de Castelerio testes eorum sigilla presenti instrumento appenderunt ad instantiam et peticionem dicti domini Chebi, quia sigillo suo carebat, tamen dictis dominis Francisco et Vorlico ac eorum heredibus sine dampno.

Ego Mathias quondam Nicolai Cucini de Goritia notarii imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

S. Et ego Fridericus quondam domini Colussii de Atimis publicus imperiali auctoritate notarius et ad presens Goritie cancellarius suprascriptum instrumentum de verbo ad verbum prout apparet publicatum in membrano manu suprascripti quondam ser Mathiæ roboratum duobus pendentibus sigillis fideliter accopiavi et exemplavi nichil addendo vel minuendo, quod sensum mutet aut intellectum variet, cuius quidem notarii note extant in cancelloria Goritie, in quibus reperii etiam dictum instrumentum incohatum sub millesimo indictione et presentibus ac die ut supra

Copia del principio del secolo decimosesto, in carta. L'altro pezzo dello stesso giorno non è, che una traduzione dello stesso documento in lingua Tedesca del secolo decimo quinto.

1363. 19 Marzo. Gorizia. —
Mainardo conte di Gorizia dà l'investitura del castello di Floraval e borgo ai nobili Anzio e suo figlio Candido di Ragogna.

1363 März 19 Görz.

Notariatsinstrument, wonach Anzius de Ragonia und Candidus dessen Sohn, dem Grafen Mainhart zu Görz-Tirol ihr Schloss Floraval sammt dem dazu gehörigen Ortschaften und Gebiete aufgeben und sodann für sich und ihre Erben damit belehnt werden.

Orig. mit zwei hängenden wohlerhaltenen rothen Wachssiegeln.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo sexagesimo tercio mensis Marcii die decimo nono, prime indictionis presentibus nobilibus viris Wlricho de Rajfinbergo, Johanne capellano domini comitis Goricie Riçardo plebano, Selchan., Johanne Jadeo Corado condam domini Alberti, Rolando de Goricia, Henrico scriba et Riçardo de Latere et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. Nobiles viri Ançius de Ragonia et Candidus eius filius prehabita deliberatione ac spontanea voluntati pro se suisque heredibus ad manus magnifici et potentis domini Maynardi comitis Goricie et Thyrolis, libere dederunt, tradiderunt et assignaverunt castrum ipsorum Ançii et Candidi de Ragonia nuncupatum Floraval situm prope Madrusium cum burgo dicti castri nec non cum territorio intra forratum prout dictum castrum iure proprii tenuerunt et possederunt. Et propter plura et grata servicia alias predicto domino comiti exhibuerunt et inposterum domino annuente exhibere debent, digna,

tus fuit ipsis et filiis et filiabus ab ipsis procre-
atos et procreandos predictum castrum cum bur-
go et territorio predictis legitime iure feudi
investire. Tali quidem pacto et condicione
quod prenominati Ançius et Candidus et eorum
heredes predicto domino comiti et suis heredibus
ac omnibus suis servitoribus et subditis cum
prefato castro Floraval perpetualiter contra
quascunque personas neminem excipiendum
servire teneantur et debeant nec non dictum
castrum dicto domino comiti suisque heredi-
bus servitoribus et subditis aperire et apertum
tenere dando introitum et exitum absque ulla
contradictione seu dilacione quandocunque
et quocienscunque a prefato domino comite vel
suis heredibus seu servitoribus fuerint requi-
siti omni dollo fraude remotis. Que omnia
et singula in presenti instrumento contenta
promiserunt prenominati Ançius et Candidus
per se suosque heredes iurantes corporaliter ad
sancta dei evangelia sub obligatione omnium
suorum bonorum mobilium et inmobilium
presencium et futurorum attendere et invio-
labiliter observare nec contra predicta seu aliquid
predictorum dicere facere vel venire dollo in-
genio sive causa. Et si contingeret quod absit
quod ipsi Ançius et Candidus vel heredes eorum
ut supra predicta omnia et singula in presenti
instrumento contenta non attenderent et invio-
labiliter non observarent exnunc prout extunc
predictum castrum cum burgo et territorio pre-

dictis contradictione ipsorum vel eorum heredum ut supra qualibet non obstante, sint et esse debeant eidem domino comiti et suis heredibus libere devoluta. Actum Goricie in brolio fratrum minorum. Et ad maiorem cautellam predictus Anzius sigillum suum proprium iussit appensione muniri. Et quia dictus Candidus suo carebat sigillo, ad instanciam et peticionem dicti Candidi nobilis vir Nicolaus de Mansacho suum presentibus aposuit sigillum tamen sibi Nicolao et suis heredibus sine dampno.

S. N. Ego Egydius de Venecia condam domini Bonmartini de persona imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere, scripsi.

1363 Dec. 15. Gorizia
(Decembre)

Il Capitolo di Cividale fa quietanza alla Contessa di Gorizia della Decima di Tolmino.

Universis et singulis presentem paginam inspecturis sit notum et publice manifestum quod Nos Guido Johannes de Regio decanus .. Canonici et Capitulum ecclesie sancte Marie de Ciuitate austria finem et remissionem et absolutionem Illustrissime domine domine Caterine Goritie ac Tirolis Comitisse recipienti pro se ac uice et nomine Magnifici et potentis domini domini Meynardi incliti Goritie ac Tirolis Comittis et offitialium suorum de Tulmino nomine et occasione decime nostre de Tulmino factam per dominos Paganum et Bartholomeum concanonicos et confratres ac Sindicos et procuratores nostros prout scriptum est manu Mathie notarii de Goritia sub Millesimo Trecentesimo Sexagesimo tercio Indictione prima die quartodecimo mensis decembris in hunc modum videlicet In Castro Goritie in magna stupa superiori presentibus nobilibus uiris dominis Francisco de Castilerio et Bernardo de Gramoglano Jangillo iudice de Goritia Thomasio eius filio Petirlino condam domini Alberti Wosalcho et Thomado fratribus filiis condam domini Henrici Ruptelbo de Mossa Totto stationario et Johanne dicto Viczdum testibus de Goritia et habitatoribus ibidem et alijs ad hec uocatis specialiter et rogatis . venerabiles uiri domini Paganus et Bartholomeus Canonici ecclesie sancte Marie Ciuitatensis tam quam Sindici et procuratores venerabilium uirorum dominorum decani Canonicorum et Capituli Ciuitatensis ecclesie supradicte ut de dicto procuratorio patet publico instrumento scripto manu Nicolai notarii condam Francisci de Ciuitate predicta sub eisdem anno et Indictione die

uero nono dicti mensis decembris eorum proprio nomine ac procuratorio et Sindicario nomine predictorum venerabili, um uirorum dominorum decani Canonicorum et Capituli Ciuitatensis fecerunt per se eorumque successores Magnifice et potenti domine domine Caterine goritie ac Tirolis co, mitisse recipienti pro se ac uice et nomine Magnifici et poten, tis domini domini Meynardi incliti Comitis dicti Comitta, tus eorumque offitialium perpetuam finem et remissionem liberationem, absolutionem quietationem et pactum de ulte, rius non petendo de omnibus et singulis que ipsi uel eorum alter petere uel requirere possent eisdem uel alieni ipsorum usque ad hunc presentem diem nomine et occasione exac, tionis decime dicti Capituli de Tulmino tam spiritualiter quam temporaliter ac de omnibus et singulis dependentibus ab eisdem promittentes per se et quo supra nomine ei, dem domine Comitisse, pro se suisque heredibus et quo Supra nomine stippullanti predictam finem et remmissio nem ac omnia et singula in hoc instrumento contenta firma rata et grata habere tenere et plenius obseruare et non contrafacere, dicere uel uenire ratione aliqua uel occa, sione de iure uel de facto Sub pena dupli petitionis seu eius de quo questio moueretur minus quinque solidis ueronen, sium paruulorum qua soluta uel non presens instru, mentum semper obtineat plenum robur totiens exi, genda quotiens contrafactum fuerit stippullatione promissa cum reffectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra et obligatione omnium bonorum dictorum dominorum decani Canonicorum et Capituli Ciuita, tensis mobilium et immobilium presentium et futurorum Insuper renuntiauerunt exceptioni non facte dicte finis et remissionis tempore huius contractus omnique alij

eorum iuri tam Canonico quam Ciuili quo se deffendere pos-
sent modo aliquo uel tueri tenore presentium affirmamus
et approbamus per nos et nostros successores. In cuius rei
testimonium presentes literas fieri iussimus et Capituli
nostri Sigilli appensione muniri Sub anno domini Mil-
lesimo Trecentesimo Sexagesimo tertio Indictione prima
die quintodecimo mensis decembris.

Gisi CCX

1364. 17 Marzo. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia investe il nobile Guglielmo di Ragogna di tre marche di rendita ad uso di corte su ~~sei~~ sei masi in Galleriano, quattro in Madrisio di Fagagna e uno in Tomba coll'obbligo di servirlo colla persona ed un famiglio con cavalli ed armi in Friuli, nel Carso e nell'Istria. Nel caso che i detti masi e redditi fossero richiesti dal Conte predetto ed eredi suoi, siano valutati ogni marca di rendita per 25 marche di soldi coi quali comperare con altre terre il detto Guglielmo.

..os Meinhardus comes Goricie etc. ecclesiarum etc. universis et singulis pre-
..ntes litteras inspecturis facimus fore notum, quod per nos et nostros
..eredes dedimus ac libere investivimus nobilem virum Gwilielmum de Ra-
..gonia fidelem nostrum recipientem pro se et suis heredibus de tribus marcharum
..dditos ad usum curie rectos per infrascriptos massarios. primo in villa
de Galariano mansos sex rectos per Dominicum, Paulum, Petrum, Iocum,
..eri et Bertrandum; item in villa de Madris de Fagano mansos quatuor
..ctos per Bertall, Francescum, Culussium, Tomam et Fridricum; item in villa
..dci Tamba mansum unum rectum per Danielem cum omnibus et singulis iuri-
..bus ad dictos mansos spectantibus quocumque nomine censeantur, talibus
..uidem pactis et condicionibus, quod nobis et nostris heredibus prefatus
Gwiliel mus et sui heredes perpetuis temporibus cum persona propria et cum
..no honesto familiari honorabiliter fulciti equis et armis servire debeant
..et teneantur in Forojulii, Charstis et Istrie fideliter et legaliter contra quos-
..cumque homines et personas, quandocumque et quocienscumque per nos
vel nostros heredes aut nostros capitaneos fuerint requisiti, nec etiam
..prefatos redditos et mansos vendere seu alienare modo aliquo minime valeant
..sque nostro vel heredum nostrorum consensu et voluntate. Quandocumque
..cro nos vel nostri heredes prefatum Gwilielmum vel suos heredes requi-
..mus infra quindecim diebus ante festum sancti Georii vel infra quinde-
..cim diebus ~~ante festum~~ post dictum festum pro qualibet marca dictarum
..um marcharum redditunm vigintiquinque marcas solidorum quo-
..cumque anno hoc fuit, extunc nobis et nostris heredibus pretactus Gwi-
..lelmus et sui heredes predictos redditos et mansos libere restituere et
..tunc cum eadem pecunia cum nostro vel heredum nostrorum consilio
et voluntate cum certa caucione alios redditos emere debeant et teneantur,
..m quibus prout superius est expressum nobis et nostris heredibus ad

serviendum astricti esse debeant et obligati. Quandocumque autem nobis et nostris heredibus[3] predictus Gwilielmus vel sui heredes predicta servicia non facerent, ex tunc prefati redditos[1] et mansos[1] contradictione prescripti Gwiliel-[2]mi vel suorum heredum qualibet non obstante nobis et nostris heredibus sint et esse debeant libere devoluti et deinceps de serviciis prescriptis non erunt obligati. In cuius rei testimonium presens privilegium fieri iussimus et nostro[1] sigillo[1] proprio appensione muniri. Actum Goricie anno domini millesimo CCC° sexagesimo quarto, die decimoseptimo marcii.

Codice 721 (nuova serie) f. 79 – 79'.

1/ sic. 2/ f. 79'. 3/ manca nel codice.

Nos
pres
et
usc
pie
ad
ma
et
Tre
unu
Mov
ma
pa
Fr
cum
ra
et
nos
per
pa
ha
nos
et
jol
ven

13

1364. 28 Marzo. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia investe i nobili Francesco ed Ermacora di Strassoldo di 5 marche di rendita ad usum curie, in mansi in Talmassons, Villa Orba, Calvenzano e Mortegliano, per le quali devono al detto Conte tener aperto il loro castello di Strassoldo e servirli in guerra.

Nos Meinhardus comes etc. ecclesiarum etc. universis et singulis presentes litteras inspecturis facimus fore notum, quod per nos et heredes nostros dedimus ac libere investivimus nobiles viros Franciscum et Hermachoram fratres de Strazzoldo fideles nostros recipientes pro se et eorum heredibus de quinque marcarum redditibus ad usum curie rectos per infrascriptos massarios, primo in villa Talmasono mansos quatuor rectos per Rossum, Nicolaum, Zanninum et Schium; item in villa de Orba mansos quatuor rectos per Moraschum, Andream, Venerium et Dominicum, item in Caluenczano mansum unum, item in Mortaliano mansos duos rectos per Canciarum et Martinum cum omnibus et singulis iuribus ad dictis[1] redditibus[1] et mansis[1] spectantibus quocumque nomine censeantur, talibus quidem pactis et condicionibus, quod nobis et nostris heredibus prefati Franciscus et Hermachora et eorum heredes temporibus perpetuis cum eorum personis propriis et cum duobus honestis familiaribus honorabiliter fulciti equis et armis in Foroiulii, Charstis et Istrie fideliter et legaliter contra quoscumque homines et personas servire et mandatis nostris obedire debeant et teneantur, quandocumque et quocienscumque per nos heredes aut capitaneos nostros fuerint requisiti, necnon ipsorum partem dicti castri de Strazzoldo nobis et nostris heredibus familiaribus aut servitoribus apertum tenere, dando et prebendo ad omnem nostram requisicionem die noctuque liberum introitum et exitum fideliter et absque fraude contra quoscumque tamen ipsorum consorcium de Strazzoldo in ipso castro sine dampno, nec eciam prefatos redditos et mansos vendere seu alienare modo aliquo minime valeant absque nostro et

heredum nostrorum consensu et voluntate. Quandocumque vero nos vel nostri heredes prefatos Franciscum et Hermachoram vel ipsorum heredes requiremus vel requiri faceremus infra quindecim diebus ante festum sancti Georii vel infra quindecim diebus post dictum festum pro qualibet marca dictarum quinque marcarum redditum cum viginti quinque marcis solidorum quocumque anno hoc fuerit, ex tunc nobis et nostris heredibus prefati Franciscus et Hermachora et ipsorum heredes predictos redditos et mansos libere restituere et tunc cum eadem pecunia cum nostro vel heredum nostrorum consilio et voluntate cum certa caucione alios redditos emere debeant et teneantur, cum quibus prout superius est expressum nobis et nostris heredibus ad serviendum astricti esse debeant et obligati. Quandocumque autem nobis et nostris heredibus predicti Franciscus et Hermachora et eorum heredes predicta servitia non facerent, ex tunc antedicti[1] redditos[1] et mansi contradictione prescriptorum Francisci et Hermachore vel eorum heredum qualibet non obstante nobis et nostris heredibus sint et esse debeant libere devoluti et deinceps de serviciis prescriptis non erunt obligati. In cuius rei ~~memoriam~~ testimonium presens privilegium fieri iussimus et nostro[1] sigillo[1] proprio[1] appensione muniri. Actum Goricie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die vigesimo octavo mensis marcii

Codice Nr 42, nuova serie) f. 80.

1) sic.

1364. 28 Marzo. Gorizia. I nobili Francesco ed Ermacora di Strassoldo confermano i patti fatti con Mainardo conte di Gorizia coll'atto dello stesso anno e giorno.

Ego Franciscus et ego Hermachora fratres de Strazzoldo universis et singulis presentes litteras inspecturis publice profitemur et facimus fore notum, quod magnificus et potens dominus dominus Meinhardus comes Goricie ac Tyrolis pro se et suis heredibus nobis et nostris heredibus[1] dedit ac libere investivit redditos quinque marcarum ad usum curie rectos per infrascriptos massarios, primo in villa Talmasono mansos quatuor rectos per Rossum, Nicolaum, Zaninum et Schium, item in villa de Orba mansos quatuor rectos per Morascum, Andream, Venerium et Dominicum, item in Calvenczano mansum unum, item in Mortaliano mansos duos rectos per Canciaaum et Martinum cum omnibus et singulis iuribus ad dictos redditos et mansos spectantibus quocumque nomine censeantur, talibus quidem pactis et condicionibus quod nos Franciscus et Hermachora antedicti et nostri heredes predicto domino comiti et suis heredibus temporibus perpetuis cum nostris personis propriis et cum duobus honestis familiaribus honorabiliter fulciti equis et armis in Foroiulii, Charstis et Ystrie[2] fideliter et legaliter contra quoscumque homines et personas servire et mandatis ipsius obedire debeamus et teneamur quandocumque et quocienscumque per prefatos dominum comitem heredes aut capitaneos suos fuerimus requisiti, necnon partem dicti castri de Strazzoldo eidem domino comiti et suis heredibus ac familiaribus apertum tenere, dando et prebendo ad omnem suam requisicionem die noctuque liberum introitum et exitum fideliter et absque fraude contra quoscumque tamen nostrorum consorcio de Strazzoldo in ipso castro sine dampno, nec eciam nos Franciscus et Hermachora iam dicti et nostri heredes prefatos redditos et mansos vendere seu alienare minime valeamus absque prefati domini comitis

et ipsius heredum consensu et voluntate; quandocumque vero prefatus dominus comes vel eius heredes nos Franciscum[3] et Hermachoram suprascriptos vel nostros heredes requisierit vel requisierint infra quindecim diebus ante festum sancti Georii vel infra quindecim diebus post dictum festum pro qualibet marca dictarum quinque marcarum redditituum cum viginti quinque marcis solidorum quocumque anno hoc fuerit, extunc nos Franciscus et Hermachora prenotati vel nostri heredes predictos redditos et mansos ipsi domino comiti et suis heredibus libere restituere necnon cum eadem pecunia cum consensu et voluntate prenominati domini comitis vel suorum heredum cum certa cautione alios redditos emere debeamus et tenearum, cum quibus prout superius expressum est, eidem domino comiti et suis heredibus astricti esse volumus ad serviendum et obligati. Quandocumque autem nos Franciscus et Hermachora sepedicti vel nostri heredes predicta servicia prefato domino comiti vel suis heredibus non faceremus, extunc predicti redditus et mansos nostra et nostrorum heredum contradictione qualibet non obstante prescripto domino comiti et suis heredibus sint et esse debeant libere devoluti et deinceps de serviciis prescriptis non erimus obligati, promittentes omnia et singula suprascripta per manum et fidem nomine sacramenti attendere complere et inviolabiliter observare et ullomodo contra predicta vel aliquod predictorum dicere facere vel venire sub obligacione omnium nostrorum bonorum presencium et futurorum. In cuius rei testimonium presens privilegium fieri fecimus et sigillo mei Francisci predicti necnon sigillo nobilis viri Francisci de Castilerio comiti[2] nostri karissimi, qui ad instanciam et petitionem mei Hermachore prescripti presentibus apposuit tamen sibi et suis heredibus sine dampno, fecimus communiri. Actum Goricie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die XXVIII° mensis martii.

Codice Nr 72 (nuova serie) f 80–80'.
1/ folgt gotilgt del. 2/ sic. 3/ f 80'.

1364. 7 Aprile. Bari. Il capitolo della real Chiesa di S. Nicolò di Bari attesta che Stefano di Gorizia ha così compiuto il pellegrinaggio fatto per la Contessa di Gorizia.

1364, aprile 7.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis capitulum regalis ecclesie sancti Nicolay de Baro salutem in domino sempiternam. Universitati vestre tenore presentium notum facimus et testamur, quod die septimo mensis aprilis anni secunde indicionis Bari constitutus in nostri presencia Stephanus di Goricia de dyocesi patriarchatus asseruit coram nobis sibi fuisse iniunctum ex parte comitisse de Goricia, ut deberet limina mirifici confessoris beatissimi Nicolai de Baro personaliter visitare, quod dei gracia nobis videntibus devotissime adimplevit limina supradicti confessoris mirifici sepius visitando. In cuius rei testimonium et predicti Stephani de Goricia visitatoris presencium de visitacione ipsa certitudinem et cautelam has nostras presentes patentes litteras sibi exinde fieri fecimus, sigillo nostri capituli communitas. Scripta Bari in predicta ecclesia anno domini millesimo CCC° LXIIII°, die mense et indicione superius annotatis.

Originale, in pergamena, il sigillo del capitolo pende.

Nos
mu
vir
com
inv
pres
octo
ipse
nos
dem
nom
dom
Co
Se
do
O
qu

1364. 5 Maggio. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia concede per un anno a Benvenuto di Flagogna l'avvocazia di Aquileja per 8 marche di soldi.

Nos Meinhardus comes Goricie etc. ecclesiarum etc. presentibus profitemur etc., quod per nos et heredes nostros dedimus et contulimus discreto viro Beneuenudo de Flagonia recipienti pro se et suis heredibus aut cui commiserit advocaciam nostram in Aquilegia cum omnibus et singulis iuribus ad ipsam advocaciam pertinentibus a die penultima mensis presentis ad unum annum integrum et completum pro marcis solidorum octo, de quibus nobis ab eodem exstitit plenarie persolutum, ita quod ipse et sui heredes de dicta advocatia gaudere et frui debeant nomine nostro pleno iure tempore predicto; ipsi quoque nos in nostris iuribus eiusdem advocacie fideliter tenentur conservare et de pertinenciis suis penitus non obmittere bona fide harum testimonio litterarum. Datum Goricie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die quinto mensis maii.

Codice 721 (nuova serie) f. 83.
Segue nel codice: Predictam advocatiam habet Vlricus de Strazzoldo a die quinta mensis maii ad unum annum M°CCC°LX quinto.
Predictam advocaciam habet Johannes Fliegendorff de Goricia a die quinta mensis maii ad unum annum M°CCC°LX° sexto.

1364. 5 Giugno. Aquileja. Febusino della Torre e Gotofredo della Torre dichiarano di essere neutrali per Castellutto in caso di guerra tra il patriarca di Aquileja ed i Conti di Gorizia, servendo a questo solo tra il Tagliamento e l'Isonzo

Nos Phebusinus et Gotofredus de la Turre universis et singulis presentes literas inspecturis publice profitemur et facimus fore notum, cum inter magnifficum dominum Meynardum inclitum comitem Goricie ac Tyrolis et nos propter novitates quasdam preteritas materia discordie et disscesionis fuerit exorta, volens igitur prefatus dominus comes ob reverenciam et ad peticionem reverendissimi in Christo patris et domini domini Ludovici dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarche domini nostri carissimi nos ad suam graciam recoligere et se in hac parte voluntati ipsius domini patriarche conformare, nos iuxta tenorem suarum literarum ad graciam suam tamquam suos fideles et dillectos dignanter recepit, ita et taliter quod omnia et singula, que temporibus retrohactis facta sunt vel gesta fuerint, usque ad presentem diem sint remissa anichillata et integraliter sopita; insuper maturo consilio et animo bene premeditato prefatus dominus comes per se suosque heredes recipientibus pro nobis et nostris heredibus de parte nostra castri Casteluti et burgi dicti loci ad rectum et legale feudum de novo investivit cum omnibus bonis ad dictas nostras partes pertinentibus, que de iure habebamus eo tempore, quo dictas partes possidebamus ad habendum tenendum usufructuandum ac perpetuo possidendum, tali eciam pacto inter nos et prefatum dominum comitem habito et expresso, videlicet quod nos prefati Phebusinus et Gotofredus et nostri heredes nobilem virum Phebum de la Turre ~~et~~ nec suos heredes in parte sua, quam habet in castro et burgo dicti loci de Castilutto nec eciam in aliis suis bonis et iuribus agravare vel impedire non debeamus, quia prefatus dominus comes prenotatum Phebum de dicta sua parte dictorum castri et burgi debito tempore investivit; item promittimus, quod prefatus dominus comes et sui heredes per nos nostrosque heredes de dicta nostra parte non offen-

dantur sub pena feudi prescripti, et si casus contingeret, quod prefatus dominus noster dominus patriarcha Aquilegensis, qui ad presens est, haberet vel habere vellet aliquas novitates seu guerras cum prefato domino comite vel suis heredibus, extunc nos predicti Chebusinus et Gotofredus et nostri heredes supersedere debeamus et non dare de dicto loco Castelluti auxilium alicui parcium; nos quoque prefati Chebusinus et Gotofredus

pro nobis et nostris heredibus antedicto domino comiti iuravimus et iuramentum fidelitatis fecimus, prout in talibus est consuetum, hoc addito et habito inter nos prenotatos Chebusinum et Gotofredum et prefatum dominum comitem Meynhardum, quod nos ipsi et nostri heredes eidem domino comiti Meynhardo et suis heredibus, ut vassalli domino suo, solum in Foroiulio et tantummodo inter Tulmentum et Isuncium teneamur racione dicti feudi servire, que omnia et singula in presenti privilegio contenta promittimus, nos prefati Chebusinus et Gotofredus per nos et nostros heredes per fidem nostram nomine sacramenti attendere et inviolabiliter observare et non contra predicta vel aliquod predictorum dicere facere vel venire dolo ingenio sive causa. In cuius rei testimonium presentes literas fieri iussimus et nostrorum predictorum Chebusini et Gotofredi sigillorum appensione muniri, presentibus venerabilibus viris dominis Matheo de la Turre, abbate Beliniensi et Oricevallo domini patriarche suprascripti in spiritualibus vicario generali ac sapiente viro domino Ottone de Castelino ipsius domini patriarche in temporalibus vicario generali nec non nobilibus viris dominis Biachino de Porciliis, Odorlico et Ricardo fratribus de Strasoldo et aliis quampluribus testibus fidedignis. Actum Aquilegie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die quinto iunii, indicione secunda.

Originale in pergamena. I sigilli di Chebusino e Gotofredo de la Turre pendono a due striscie di pergamena.

1362. 6 Giugno. Aquileja. I nobili Febusino e Gotofredo della Torre sono ammessi in grazia di Mainardo conte di Gorizia che loro garantisce i loro possessi e li investe di Castellutto coll'obbligo del servizio militare tra il Tagliamento e l'Isonzo.

Nos Meinhardus comes etc. ecclesiarum etc. presentibus profitemur et facimus fore notum, cum inter nos et nobiles viros Thebusinum et Gotofredum de la Turre propter novitates quasdam preteritas materia discordie et dissensionis fuerit exorta, volentes igitur ob reverenciam amorem et amiciciam reverendissimi in Christo patris et domini domini Ludowici dei gracia sancte sedis Aquilegiensis patriarche prefatos nobiles ad gratiam nostram recolligere et nos in hac parte voluntati ipsius domini patriarche conformare, predictos nobiles tenore presencium ad nostram gratiam recipimus et recolligimus tamquam nostros fideles et dilectos, ita et taliter quod omnia et singula que temporibus retroactis facta sunt vel gesta fuerint usque ad presentem diem integraliter sint remissa anichlata[1] et sepita[1]. Insuper maturo consilio et animo bene premeditato per nos et nostros heredes prefatos nobiles Thebusium et Gotofredum recipientibus[1] pro se et eorum heredibus de parte ipsorum castri Castilluti et burgi dicti loci ad rectum et legale feudum de novo investivimus cum omnibus bonis ad dictas eorum partes pertinentibus, que de iure[2] habeant eo tempore, quo dictas eorum partes possidebant, ad habendum tenendum usufructuandum ac perpetuo possidendum, tali eciam pacto inter nos prefatum comitem Meinhardum et predictos nobiles habito et expresso, videlicet quod ipsi et eorum heredes nobilem virum Thebum de la Turre nobis sincere dilectum nec suos heredes in parte sua quam habet in castro et burgo dicti loci de Castillutto nec eciam in aliis suis iuribus et bonis aggravare et impedire non debent, quia nos dictum Thebum de dicta sua parte dictorum castri et burgi investivimus debito tempore, item quod nos et nostri heredes

per prefatos Chebusium et Gotofredum et eorum heredes de dicta eorum parte non offendamur sub pena feudi prescripti; et si casus contingeret, quod dominus Ludowicus de la Turre, qui ad presens est patriarcha Aquilegie haberet vel habere vellet aliquas novitates seu gwerras nobiscum vel nostris heredibus quod absit, quod tunc predicti Chebusinus et Gotofredus et eorum heredes supersedere debeant et non dare de dicto loco Castilluti auxilium alicui parcium, dicti quoque Chebusinus et Gotofredus pro se et eorum heredibus nobis comiti Meinhardo antedicto fidelitatis iuramentum prestiterunt prout in talibus prestari est consuetum,[1] hoc addito et habito inter nos prefatum comitem Meinhardum et dictos Chebusinum et Gotofredum, quod ipsi et eorum heredes nobis et nostris heredibus ut vassalli domino suo solum in Foroiulii et tamen modo inter Tulmentum et Ysuncium teneantur racione dicti feudi servire. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostri singilli[1] appensione communivi, presentibus magnifico viro domino comite Paulo de Truppa necnon nobilibus viris nostris fidelibus domino Hugone de Dwyno, domino Alberto de Gesiezz militibus, domino Johanne Capellano nostro, Francisko de Castillerio, Chunrado purgrafio de Luncz, Heinrico scriptore nostro et aliis quampluribus testibus fidedignis. Actum et datum in Aquilegia sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die sexto iunii indictione secunda.

Codice Nr 72 (nuova serie) f. 58.

1 sic. 2 segue cancellato habeant.

1364. 6 Giugno: Aquileja. Febusino e Gotofredo della Torre promettono d'astenersi da ogni inimicizia con Febo della Torre per Cassellutto e di servire in guerra il Conte di Gorizia tra il Tagliamento e l'Isonzo.

Nos Phebusinus et Gotofredus de la Turre universis et singulis presentes litteras inspecturis publice profitemur et facimus fore notum, cum inter magnificum dominum Meinhardum inclitum comitem Goricie et Tyrolis et nos propter novitates quadam preteritas materia discordie et dissensionis fuerit exorta, volens igitur prefatus dominus comes ob reverenciam et ad petitionem reverendissimi in Christo patris et domini domini Ludowici dei gratia sancte sedis Aquilegiensis patriarche domini nostri karissimi nos ad suam graciam recolligere et se in hac parte voluntati ipsius domini patriache conformare, nos iuxta tenorem suarum litterarum ad graciam suam tanquam suos fideles et dilectos dignanter recepit, ita et taliter quod omnia et singula que temporibus retroactis facta sunt vel gesta fuerint usque ad presentem diem sint remissa, anichlata et integraliter sopita. Insuper maturo consilio et animo bene premiditato prefatos dominus comes per se suosque heredes recipientibus pro nobis et nostris heredibus de parte nostra castri Castelluti et burgi dicti loci ad rectum et legale feudum de novo investivit cum omnibus bonis ad dictas nostras partes pertinentibus que de iure habebamus eo tempore, quo dictas partes possidebamus, ad habendum tenendum usufructandum ac perpetuo possidendum, tali etiam pacto inter nos et prefatum dominum comitem habito et expresso, videlicet quod nos prefati Phebusinus et Gotofredus et nostri heredes nobilem virum Phebum de la Turre nec suos heredes in parte sua quam habet in castro et burgo dicti loci de Castilutto nec eciam in aliis suis bonis et iuribus agravare vel inpedire non debeamus, quia prefatus dominus comes prenotatum Phebum de dicta sua parte dictorum castri et burgi debito tempore investivit. Item pro-

mittimus, quod prefatus dominus comes et sui heredes per nos nostrosque heredes de dicta nostra parte non offendantur sub pena feudi prescripti, et si casus contingerit, quod prefatus dominus noster dominus patriarcha Aquilegensis, qui ad presens est patriarcha, haberet vel habere vellet aliquas novitates seu gwerras cum prefato domino comite vel suis heredibus, ex tunc nos predicti Chebusinus et Gotofredus et nostri heredes supersedere debeamus et non dare de dicto loco Castillatti auxilium alicui [2] partium. Nos quoque prefati Chebusinus et Gotofredus pro nobis et nostris heredibus antedicto domino comiti iuravimus et iuramentum fidelitatis fecimus, prout in talibus est consuetum [1], hoc addito et habito inter nos prenotatos Chebusinum et Gotofredum et prefatum dominum comitem Meinhardum, quod nos ipsi et nostri heredes eidem domino comiti Meinhardo et suis heredibus ut vasalli domino suo solum in Foroiulii et tamen modo inter Tulmentum et Ysoncium teneamur racione dicti feudi servire. Que omnia et singula in presenti privilegio contenta promittimus nos prefati Chebusinus et Gotofredus per nos et nostros heredes per fidem nostram nomine sacramenti attendere et inviolabiliter observare et non contra predicta vel aliquod predictorum dicere facere vel venire, dolo ingenio sive causa. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et nostrorum predictorum Chebusini et Gotofredi sigillorum appensione communiri, presentibus nobilibus viris domino Hugone de Duyno milite, Beaquino de Cucillis, Vlrico et Riczhardo fratribus de Strazzoldo, Iohanne, Gwilielino notariis de Aquileia et aliis quam pluribus testibus fide dignis. Datum in Aquileia anno domini millesimo CC° sexagesimo quarto die sexto iunii, indictione secunda.

Codice Nr 72 (nuova serie) f. 88'.

1/ sic. 2/ segue cancellato persone.

1364. 6 Giugno. Aquileja. Mainardo conte di Gorizia rinunzia per se ed eredi al salario di mille lire al mese a lui dovuto vacando la sede patriarcale di Aquileja (~~come Avvocato~~ come e Capitano Generale del patriarcato).

os Meinhardus comes Goricie etc. ecclesiarum etc. presentibus profite-
mur, quod per nos nostrosque heredes de solucione pecunie detente
mpore vacacionis proxime preterite per mortem olim reverendissimi
Christo patris et domini domini Nicolay patriarche Aquilegiensis
delicet libras parvulorum mille pro quolibet mense, necnon de solucione
ecunie tempore vacacionum futurarum sedis Aquilegie videlicet pro
uolibet mense libras parvulorum mille de bonis patriarchatus persol-
endas omnia bona ad capitulum Aquilegie pertinencia tenore presencium
acimus exempta, ita et taliter, quod nec nos vel nostri heredes pecu-
iam prenominatam detentam et tempore vacacionum futurarum per-
solvendam ut prescriptum est de bonis dicti capituli Aquilegie exigere
ec recipere debeamus, hoc addito quod capitulum Aquilegie prefatum
os nostrosque heredes exigentes et recipientes pecuniam detentam[1]
in futurum de bonis patriarchatus persolvendam ut suprascriptum est
per se vel per alios modo aliquo non inpediant, set pocius favorabiliter pro-
moveant bona fide sine fraude. In cuius rei testimonium presentes litteras
eri fecimus et nostri sigilli appensione communiri. Datum in Aquilegia
anno domini millesimo CCC°sexagesimo quarto, die sexto iunii, indictione
secunda.

Codice 72 (nuova serie) f 88'-89.

[1] f. 89.

(1364)? 3 Ottobre. Vienna. Rodolfo duca d'Austria comanda ai capitani, balivi, castellani ed altri officiali del patriarcato di Aquileja di essere obbedienti a Mainardo conte di Gorizia.

Altra simile ai Podestà, consigli e Comunità del patriarcato.

Rudolfus dei gracia dux Austrie, Styrie et Karinthie, dominus[1] Corniole,
Marchie ac Portusnaonis nobilibus ac strenuis viris.. capitaneis balivis
castellanis et aliis officialibus patriarchatus Aquilegie, quibus presentes
exhibite fuerint, salutem cum plenitudine omnis boni. Dilectionem vestram
de qua plenam fiduciam obtinemus rogandam duximus affectu quo possu-
mus ampliori, quatenus vobis nobilem virum comitem Meinhardum de Gori-
cia avunculum nostrum Karissimum habentes propensius commendatum
sibi ut antecessoribus suis in iuribus ad eum pretextu advocacie dicti pa-
triarchatus spectantibus velitis nostri intuitu adeo sincere ac fideliter obe-
dire, ut proinde nos in vestris et vestrorum agendis experiamini ultroneos
et benivolos senciatis. Datum Wienne tercia die octobris.
Rudolfus dei gratia dux Austrie Styrie et Karinthie, dominus Corniole,
Marchie et Portusnaonis prudentibus et discretis potestatibus consiliis nec-
non communitati omnium civitatum patriarchatus Aquilegie nobis sincere
dilectis salutem cum plenitudine omnis boni. Prudenciam vestram de
qua plurimum confidimus rogandam duximus affectu quo possumus
ampliori, quatenus vobis nobilem virum comitem Meinhardum de Goricia
avunculum nostrum Karissimum habentes propensius commendatum
sibi, ut antecessoribus suis in iuribus ad eum pretextu advocacie dicti
patriarchatus spectantibus velitis nostri contemplacione amoris adeo
sincere ac fideliter obedire, ut proinde nos in vestris et vestrorum agendis
experiamini ultroneos et benivolos senciatis. Datum Wienne tercia die
octobris

(Codice 72 (nuova serie) f. 92.

[1] segue cancellato Corniole.

dol. CCXX

1365 Feb. 1. Praga.

Ordine dell'imp. Carlo IV al conte Mainardo di Gorizia di non recar danni al patriarca d'Aquileja?

Wir Karl von gots gnaden Romischer keiser zü allen czeiten merer des Reichs vnd kunig zu Beheim Embieten dem Edlen Meinhart, Grafen zü Görz vnd zü Tyrol vnd vogte der kirchen zü Agley zü Triend vnd zu Brixen, vnserm lieben nefen vnd getrewen vnser gnade und alles gut Lieber Nefe, als wir dir vor zu andern czeiten emboten haben also schaffen vnd embieten wir dir aber ernstlich, daz du wider den Patriarchen vnd wider die Kirchen zü Agley der vogt dü bist niht tun sullest noch auz deinen vesten vnd slozzen, noch wider dar ein niht schaden tun lazest vnd deine veste wider den Patriarchen vnd die Stiffte zü Agley niemant andern offen lazest, Dann du solt dich sterken und bestellen so du aller beste magste daran dust du vns ... zü Prag an vnser frawen abend ... he in dem Neunczenden vnd des kei... en Jare

Dominus Imperator ita commisit
Rudolfus prepositus Wetslarensis.

1365, 1° Feb., P.

Noi Carlo, per la grazia di Dio imperatore romano, sempre augusto, re di Boemia, mandiamo al nobile Meinardo, conte di Gorizia e del Tirolo avvocato delle chiese di Aquileia di Trento e di Bressanone, nostro caro nipote e vassallo, la nostra grazia ed ogni bene, come ti abbiamo raccomandato in altri tempi, così ordiniamo e ti imponiamo seriamente che tu non debba far nulla contro il patriarca e la chiesa di Aquileia, di cui sei avvocato, né dai tuoi fortilizie castelli; e che non permetta le venga alcun danno, ~~non~~ né lasci aprire i tuoi fortilizi a nessun altro contro il patriarca e i capitoli di Aquileia; e quindi tu devi rafforzarti e munirti come meglio puoi, e così facendo ci farai cosa gratissima Dato a Praga, il dì della Purificazione, anno decimonono del nostro regno, decimo del nostro impero

doc. CCXX

1365 Feb. 1. Praga.

Ordine dell'imp. Carlo IV al conte Mainardo di Gorizia di non recar danni al patriarca d'Aquileja?

Wir Karl von gots gnaden Romischer keiser zu allen czeiten merer des Reichs vnd kunig zu Beheim Embieten dem Edlen Meinhart Grafen zu Görz vnd zu Tyrol vnd vogte der kirchen zu Agley zu Triend vnd zu Brixen, vnserm lieben nefen vnd getrewen vnser gnade und alles gut Lieber Nefe, als wir dir vor zu andern czeiten emboten haben also schaffen vnd embieten wir dir aber ernstlich, daz du wider den Patriarchen vnd wider die kirchen zu Agley der vogt du bist niht tun sullest noch auz deinen vesten vnd slozzen, noch wider dar ein niht schaden tun lazest vnd deine veste wider den Patriarchen vnd die Stiffte zu Agley niemant andern offen lazest, Dann du solt dich sterken und bestellen so du aller beste magste dar an dust du vns sunderliche liebe Geben zu Prag an vnser frawen abend Lichtmesse vnser Reiche in dem Neunczenden vnd des keisertumbs in dem Czenden Jare

Dominus Imperator ita commisit[1]
Rudolfus prepositus Wetslarensis.

[1] manca

1365. April. 7. Udine

Il Patriarca d'Aquileja dichiara di non derogare ai suoi diritti nelle questioni per Belgrado tra il Conte di Gorizia e Castrone de' Bardi.

Nouerint uniuersi presentes literas inspecturi, quod Nos Ludouicus dei gratia sancte Sedis Aquilegensis patriarcha tenore presentium publice profitemur quod iuribus que Magnificus dominus Meinardus Comes Goricie et Tyrolis habet seu habere pretendit contra Nobilem Castronum de Bardis de Florencia et idem Castronus contra eundem dominum .. Comitem in facto Belgradi propter pacta tractatus et conuenciones habita cum prefato domino .. Comite non intendimus aliqualiter derogare ymo eadem sicut primitus ante composicionem huiusmodi habere uolumus roboris firmitatem, harum sub nostri impressione Sigilli testimonium literarum Datum in Castro nostro Utini die Septimo mensis Aprelis Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo quinto Indictione tercia.

5

1364. 13 Aprile.   Giovanni Jud di Gorizia

Ich Hans Jud von Görcz vergih offenlich mit disem brîf und tûn chunt allen den dî in ansehent, hörent oder lesent, daz ich den erbern man Swan etwenne Mikuls sun von Chastlutt auz gewalt und vanchnus des hochgeboren fürsten meins genädigen herren graf Meinharts von Görcz und von Tyrol han genomen in semleicher weis und mainung, daz sich der vorgenant Swan auf phingsten, dî schirist chomen, wider antwurten und stellen sol in vanchnuss des vorgenanten herren in dî vest gen Görcz und sol er daz mit dhainen sachen nichts auz ze nemen widerreden, verziehen, noch versprechen und sol er danne auz der egenanten vest an gunst und willen und sunder erlaubnuss des vorgenanten herren oder wem er daz an seiner stat enphilcht ze dhainer zeit chomen, warnein auch in diser vorgeschriben zeit der vorgenant herre oder sein geschäft vordert, so sol sich der obgenant Swan in meins egenannten herren vanchnuss stellen in dî vest gen Görcz inner vrist acht tagen nach derselben vordrung in aller der weis pünten und gelübden, als hî vorgeschriben stêt; ob sich der egenant Swan daran vergäzz und nicht laistet, als hî vorbedeut ist, so pin ich meinem vorgenanten herren oder wem er seine recht schûf oder gäb recht und redleich vervallen hundert und fümf und zwainzich march schilling und sol ich in danne dezselben gelts unverzogenleich richten und weren nach der egenanten vrist inner vrist eins manods gar und genzleich; tæt ich des nicht, welhen schaden der vorgenant herr des nâm, wî sich der ergên möcht, den sol ich im genzleich mitsampt dem haubtgût gelten und ablegen und sol er daz haben auf mir, auf meinen erben und auf allem dem und ich han oder noch

gewinne und wer mich mit disem brief ermant, den lob ich gepunden sein aller der gelübd, als hie vor geschriben ist; waer aber, ob der obgenant Swan in der zeit abgieng, davor got sei, oder ob er laistet auf die vorgenant vrist in der weis als vorgeschriben stêt, so pin ich meinem egenannten herren noch ander nimand von seinen wegen umb die vorgeschriben sache nichts gepunden, und des zu urchund gib ich meinem vorgenannten herren disen brief versigelt mit meinem angedruktem insigel, dar under ich mich verpind und verhaiz pei meinen treuwen an aides stat allez daz stat ze haben laisten und genzleich volfüren, als hie vor an disem brief vervangen und verschriben ist. Daz ist beschehen do man zalt noch Christes gebürd dreuzehen hundert jar darnach in dem fünf und sechzigisten jar, am ostertag.

Originale, in carta. Sigillo impresso in dorso. Repertorio XVII

1366 Maj 30. Udine.

Marquardo patriarca d'Aquileja pubblica le tregue conchiuse coi Duchi d'Austria

---

Nos Marquardus dei gracia sancte Sedis Aquile-
gensis Patriarcha notum fore volumus universis
Quod cum Gloriosissimus princeps et dominus noster
dominus Karolus divina fauente Clemencia Romano-
rum Imperator semper Augustus ac Boemie rex
Attendens multiplicia guerrarum scandala atque
discrimina diucius fuisse orta, ad presens quod du-
rare inter Illustres, et Excelsos principes dominos
Albertum et Lupoldum, Austrie, Stirie, et Ka-
rinthie etc. duces ex parte una, et nos patriarcham
seu nostram Aquilegensem ecclesiam nostrosque se-
quaces, amplicatores servitores et subditos, ex al-
tera, Cupiensque inter dictos dominos duces, et
nos, ac dictam Aquilegensem ecclesiam scandala
guerrarum huiusmodi, benigno, et generoso remove-
re affectu, et utramque partem, ad tranquillum, et
notrum perpetue pacis statum perducere nos tam-
quam suum et sacri Imperii Principem, et fidelem
per suas patentes et speciales literas necnon per sue
maiestatis ambaxiatores solempnes silicet Religi-
osum, et honestum dominum Rodulphum de hoem-
burg ordinis sancte Marie hospitalis Jerosolimitani
domus teotonice per Boemiam, et Moraviam co-
mendatorem, ac Strenuum militem dominum Fran-
conem de pomonniez ob hanc causam specialiter
delegatos nuper requisiverit, et monuerit, nobisque

c. 340

sub fidelitatis debito, sacramento, quo regalium rati-
one et temporalium nostrorum, et dicte nostre ecclesie
sibi et sacro Imperio astricti sumus, arcius manda-
uerit, ut omni dictis dominis ducibus, quos, et quo-
rum dominia omnia, ad protectionem, et defensionem
suam benigno suscepit affectu, treugas puras et
Inuiolabiles facere et Inire, sub eius nomine, usque
ad certum terminum deberemus. Nos de Cesaree
maiestatis protectione, et generosa conseruatione
semper confisi uolentes quod eiusdem Majestatis re-
quisitionibus, monitis et mandatis ut ex debito te-
nemur, semperque in hijs et quibuscunque alijs In-
tendimus, humiliter et cum omni reuerencia obedire
Treguas huiusmodi puras et Inuiolabiles, sub nomi-
ne, et speciali confidentia, eiusdem domini nostri do-
mini Imperatoris per nos auxiliatores, fideles subdi-
tos, et sequaces nostros quoscunque acceptauimus,
fecimus contraximus et Iniuimus, atque tenore
presentium acceptamus, facimus contrahimus
et inimus, cum dominis ducibus, et principibus
antedictis eorumque omnibus et singulis fidelibus
auxiliatoribus, sequacibus, Seruitoribus, et Sub-
ditis, Seu cum Egregiis militibus, dominis Friderico
de Stubenbergh supremo pincerna ducatus Sty-
rie, et Conrado de Kyndekk, Marsalco curie domi-
norum ducum, eorum nomine, et uice recipientibus,
et ad hoc plenum, et speciale mandatum per dictorum
dominorum ducum patentes literas obtinentibus hinc
ad proximum festum sancti Martini, et ab inde
ad unum annum, tunc immediate sequentem inte-
grum, et completum, eodem die sancti Martini, to-

taliter Incluso, sub forma clausulis pactis et conuentionibus infrascriptis. Videlicet primo quod treguas huiusmodi usque ad dictum terminum teneamus et debeamus per nos et nostros, ut prescribitur, pura fide, et sine fraude plene, et inuiolabiliter obseruare. Item quod dictis treguis durantibus, dicti domini duces, eorumque adherentes, sequaces, auxiliatores, mercatores et subditi ac nuncij cuiuscumque status, et conditionis existant, equester et pedester per Ciuitates, Terras loca, passus, dominia et districtus nostros quoscumque, cum personis, bonis, mercimonijs, et rebus eorum omnibus libere et secure negociari mercari inhabitare, ire, stare, et reddire ualeant. Saluis tamen mutis, pedagijs, et juribus nostris debitis, et ante inchoationem presentis guerre, nobis, et nostre ecclesie dari et solui consuetis. Item quod treguis durantibus huiusmodi non possimus nec debeamus aliquos ex subditis, seruitoribus uel districtualibus dictorum dominorum ducum, nobis quouis modo applicare uel assumere, nec de ipsis absque uoluntate eorundem dominorum Nos aliquatenus immiscere. Item quod durantibus ipsis treguis omnia bona castra possessiones, jurisdictiones, et jura, quocumque, et ubicumque sint, per partes utrasque retenta remaneant et remanere debeant apud tenentes et possidentes in illis possessione, conditione et statu, prout et sicut ad presens manent et manere noscuntur. Item quod nominatis treguis durantibus inter dictos dominos duces, et nos, ac subditos quoslibet utriusque partis, cessent, et cessare debeant omnia et singula cuiuscumque generis grauamina

et quelibet nouitates. Item quod omnes captiui utrius-
qui partis, usque ad dictum treguarum terminum
debeant hinc inde sub cautione decenti, sive possibili
relaxari, uel sub fide. Item, quod si in dictis capi-
tulis, uel parte ipsorum obscuritas uel dubietas, ali-
qua quandolibet appareret, uel ipsorum treguis durran-
tibus, aliquid de novo contingeret, tunc quidquid
super hijs declaratum, et terminatum extiterit, per
dictum dominum Imperatorem a partibus utrisque
adimpleatur, et inuiolabiliter, obseruetur, Sed nichil
per partes, interim penitus innouari debeat, uel
quandolibet attemptari. Promittimus enim, tam tre-
guas huiusmodi, quam omnia et singula superius
capitulariter distincta, et expressa, pura fide, et
sine fraude, per nos, et nostros attendere, complere
et inuiolabiliter obseruare. In cuius rei testimonium
presentes scribi iussimus, nostri sigilli appensio-
ne munitas. Datum in castro nostro Utini, die pe-
nultimo Maij. Anno Domini Millesimo, Tricentesimo
Sexagesimo sexto, Indictione quarta.

1366 May 30.

Wir Marquard von Gotes und des heiligen Stüls genaden Patriarch des heiligen Stüls ze Aglay Bekennen vnd tün kunt offenlichen mit disem brief. Wann der aller durchlühtigst vnser genediger herr der kayser Karel von Rom vnd küniq ze Behem hat erkennt vnd angesehen mengerlay krieg vnd mißhellung die sich vor langer zeit erhebt hand zwischen der hochgeborn fürsten hern Albrechts vnd her Liupolts ze Österrich, ze Styr vnd ze kerenden vnd Grafen ze Tyrol etc iren friund helfer diener vnd vndertan an ainem tail vnd vnser des vorgenanten Patriarchen vnserr kirchen ze Aglay vnserr friund nachuolger helfer diener vnd vndertan, an dem andern tail. Vnd begert der selb vnser herr der kayser die selben krieg vnd mißhellung genedichlichen vnd mit grossem ernst ab ze nemen vnd ze wenden, vnd ietwedern tail zü frid vnd eu ze setzen vnd bi reht behalten vnd also vns dem vorgenanten Patriarchen als sinem vnd des Römischen Reiches fürsten vnd getriuen mit sinen besundern offen briefen, vnd auch mit sinen kayserlichen boten. Das ist der wirdig vnd weis herr her Rüdolf von Hornburg Tütsch ordens vnd Lant Commentür der hüser ze Behem vnd ze Merhern, vnd der edel Ritter her Frank von Vomorrnitz die er besunderlich zü vns hat gesant von diser sach wegen bei den er vns hat zü gesprochen gemant vnd auch geboten, bi dem ayd des wir

im als des Reichs fürst von vnsern Lehen vnd allen weltlichen wirden vnd rehten gebunden sin. Das wir mit den vorgenanten herzogen die er vnd ir herschaft vnd Land an sich, vnd in seinen schirm also ain vater getrulich hat genomen vnd wann wir dem selben vn-sern herren dem kayser vnd sinen kayserlichen gna-den, all zeit wol getruen vnd billich getruen süllen. vnd wellen auch nit vnd mügen noch süllen vns ze de-hainen zeiten wider sein gebot setzen Denn gehorsam sein vnd seiner gnaden warten Vnd haben also nach seinem gebot mit den vorgenanten herzogen iren friunden nachuolgern helfern dienern vnd vndertan. Vnd besun-der mit den Edln vesten Rittern hern fridrich von Stu-benberg Eberstem Schenken des herzogtüms ze Styr vnd her Chunrat von Lindegg der herzogen hofmarschalk die das an der herzogen stat vnd in irem namen an sich vnd vff genomen hand vnd es auch wol tün moh-ten vnd sollen mit vollem gewalt nach der brief sag die in dar über geben sind Ainen gantzen steten lu-tern frid ann all geuerd ze halten, vff genomen vnd geben. Der weren sol bestett vnd vestechlich bis vff den nehsten Sant Martins tag des heiligen Bischofs der nu schierst kumt vnd von dann ü-ber ain gantzes jar, aber vff sant Martins tag vnd die selben zeit vnd tag all in der weis vnd mit den clauseln vnd bünden als hernach ist geschriben Des ersten, das wir gelobt vnd gehaizzen in güten triuen haben für vns vnd all die vnsern als hie oben benent ist vnd geschriben, denselben frid die zeit all ann generd gantzen vnd stet süllen behalten Es süllen auch die weil der frid wert der selben herzogen

ir helfer vnd diener vnd all die zu in gehörend kaufflüt
vnd vndertan wer die oder wie si genant sien vnd all
boten in allen vnsern steten herschaften Landen vnd
gebieten vff erd vnd wasser vnd allen strassen an
leib an gůt mit allen iren geschefften kaufmanschef-
ten, varen, wanen vnd wandeln ze ross vnd ze füzz.
frilich vnd sicherlich, ann als vnser vnd der vnsern
beswæren Denn als verr daz si geben süllen vns
vnser mutten zöll vnd andern reht. als si dü von
alter, vnd ee sich die krieg an viengen gewonlich
geben habend Vnd wir vnd die vnsern auch gewonlich
genommen haben. Wir süllen auch die weil die frid
werend dehainen der selben herzögen irer helfer oder
diener oder die si in iren herschefften sint gesezzen.
Wider iren willen ze dienern nemen noch in vnsern
schirm enpfahen oder ir dehainen versprechen oder
vmb in an nemen. Es süllen auch allü gůt, vest,
vnd reht, in der gewalt beleiben die weil die frid
werend vnd in aller der weis als si gewesen sind, do
der frid hat angevangen. Wir süllen auch nit gesta-
ten die weil di frid zwischen vns werend das vnser die-
ner vnd vndertan wie die gehaizzen sind, kainen ein-
val, angriff irrung oder beswerung an vahen oder tun
Es süllen auch all gevangen ze baider seiten vff
die gelübd vnd sicherhait die si vor getan hand
vnd als gewonlich ist, tag haben die weil diser frid
weret. Wer auch ob in disem frid ihtes irrung zwei-
fels oder vnlüters wird, oder vffstünd da sol den-
noch entweder tail nihts zů tůn. vnd sol der frid
stet beliben vnd süllen ze baider seiten das an vn-
sern herren den kayser bringen vnd was er dar

vmb vzzspricht vnd beschadet. Das süllen wir ze bai
den tailen stet halten vnd also gelüben wir der vorge-
nant Patriarch für vns vnd all die vnsern disen frid
vnd alliu obgeschribeniu Capitel vnd artikel stet ze
halten ann all geverd vnd da wider nit ze tün mit de-
hainen sachen mit vrkünd ditz briefs Der geben ist ze
den Weiden, da man zalt von Cristes geburt driu-
zehenhundert Jar vnd dar nach in dem sehs vnd sehzi-
gosten Jar an der heiligen Junkfrawen sant Petronel-
len abent der gewesen ist der letst tag des Mayen ain-
ainen.

136.

1366. 24 Giugno. San Giovanni di Duino. Matteo abate di Belligra, dichiara che Ugone di Duino ed i suoi eredi sono i veri Avvocati del suo monastero.

Universis et singulis litteras presentes inspecturis nos frater Matheus dei gracia abbas monasterii sancti Martini de Bylinia presencium tenore publice profitemur, quod ex animo deliberato et plena voluntate recepimus et elegimus nobilem et potentem dominum dominum Hugonem militem de Duyno et eius heredes in nostros nostrique prefati monasterii veros et legittimos advocatos fore et perpetue perseverandos, prout invenimur et experti sumus eos et ipsorum heredes et antecessores ex iure antiquo ydoneos advocatos nostros esse et extitisse; sin autem ad aliquod aliud dominium aut locum per nos vel ex parte nostra pro dicta advocacia ulla privilegia seu promissiones fuissent data vel recepta, sint de cetero vana et vacua eaque per litteras presentes revocamus nullum habere vigorem in posterum a presencium datura, ita tamen et taliter, quod prenotatam[1] dominum[1] de Duyno nostri sint et fiant deffensores et adiutores personis et rebus ac bonis sitis et positis in omni eorum dominio et districtu. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presentes fieri iussimus et nostri bulletini et honorabilis et sapientis viri domini Castilini de la Turre vicarii reverendi domini episcopi Tergestini sigilli appensione communiri et roborari, qui quidem dominus vicarius propter nostram peticionem suum sigillum ad cautelam his litteris appendebat. Datum in sancto Iohanne prope Duynum die XX^mo^ quarto mensis iunii, sub anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto.

Originale in pergamena, il sigillo di Castelini de la Turre pende ad una striscia di pergamena, quello del abbate manca.

1. sic.

1369. 28 Maggio. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia costituisce procuratori a far pace con Venezia.

Nos Meinhardus palatinus Karinthie comes Goricie ac Tyrolis necnon ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentine et Brixnensis[1] advocatus pro nobis heredibus et successoribus nostris omni modo via iure et forma, quibus melius et validius possumus, facimus constituimus et ordinamus nobiles et sapientes viros dominos Albertum de Gesiezz et Nicolaum de Lind milites, Franciscum de Castilerio, dominum Johannem plebanum in Windischgräcz capellanum nostrum, Nicolaum de Summereck, Johannem de Statt et Antonium Rabattam de Gorizia fideles nostros absentes tamquam presentes et eorum quemlibet in solidum, ita quod occupantis condicio pocior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alius mediare prosequi valeat et finire, nostros veros actores procuratores factores tractatores et nuncios[1] speciales specialiter ad comparendum coram illustri et excelso domino Marco Cornario dei gratia indito duce Veneciarum etc. eiusque consiliariis et officialibus quibuscumque et cum eis tractandum et componendum ac faciendum concordium et amorem de omnibus et super omnibus et singulis novitatibus discordiis iniuriis homicidiis incendiis vulneribus rapinis depredacionibus invasionibus et ablacionibus ac incursibus quibuscumque hinc inde factis commissis et perpetratis vicisim inter ipsum dominum ducem et commune Veneciarum seu fideles et subditos suos ex una parte nos seu subditos et fideles nostros ex altera quomodocumque et quibuscumque causis modis pretextibus et temporibus quibuslibet usque ad presentem diem et de hiis omnibus in arbitrium et arbitratorem et amicabilem conpositorem arbitros arbitratores et amicabiles compositores unum vel plures compromittendum semel et pluries de iure vel de facto, sicut eis vel alicui eorum videbitur oportunum, cum promissionibus stipulacionibus pactis convencionibus et iuramentis penarum adieccionibus obliga-

tionibus realibus et personalibus renunciationibus[1] et aliis cautelis
et solempnitatibus, que videbuntur utiles vel necessarie pro predictis
et infrascriptis fiendis et adimplendis firmandis et observandis pre
dictis procuratoribus vel alicui eorum et ad dandum et concedendum
plenam et liberam potestatem et bayliam dicto arbitro vel arbitratori
seu dictis arbitris et arbitratoribus uni seu[2] pluribus procedendi finiendi
terminandi laudandi diffiniendi et arbitrandi de omnibus et singulis
supradictis summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudi
cii semel et pluries partibus citatis et non citatis, presentibus et absen
tibus seu altera presente et altera absente, stando vel sedendo, diebus fe
riatis vel non feriatis et in quocumque loco et omni iuris substancia[4] et
solempnitate servata vel non servata et laudum sentenciam et arbi
trium, quod super predictis proferetur per predictum[5] arbitrum seu ar
bitros vel arbitratores interpretandi mutandi et corrigendi semel
et pluries prout dicto arbitro et arbitratori seu arbitris et arbitratori
bus videbitur expedire et ad emolagandum et approbandum rati
ficandum et firmandum quodcumque arbitrium laudum senten-
ciam seu arbitramentum, quod proferetur per dictum arbitrum seu ar
bitratorem vel arbitros et arbitratores in predictis et de predictis
vel aliqua predictorum et ad subiciendum nos heredes et successores
nostros iurisdicioni cuiuscumque iudicis ecclesiastici vel secularis
pro suprascriptis et infrascriptis omnibus et singulis attendendis
et observandis et ad finem remissionem transactionem quietacionem
et pactum de ulterius non petendo[6] dicto domino duci et comuni Vene
ciarum fidelibus et subditis suis vel alios eorum et cuiuslibet vel
alicuius eorum nomine faciendum ac eciam ab eis vel aliis eorum
et cuiuslibet eorum vel alicuius eorum faciendum nomine[7] pro nobis heredibus
et successoribus ac subditis nostris recipiendum cum omnibus
solempnitatibus et cautelis oportunis de omnibus et singulis su-
pradictis et ad liberandum dictum dominum ducem et comune
Veneciarum et subditos ac fideles eorum seu sui seu alios eorum
et cuiuslibet ipsorum seu alicuius eorum nomine per Aquilianam
stipulacionem precedentem et acceptilationem postea inmediate

subsequentem de omnibus et singulis iniuriis homicidiis vulneribus
robacionibus spoliacionibus incendiis et aliis supradictis illatis seu
que illata dicerentur per dictum dominum ducem et commune Venecia-
rum et subditos ac fideles suos vel aliquod eorum vel alium seu alios
eorum vel alicuius eorum nomine contra nos loco et subditos nostros
vel eorum aliquem et si opus fuerit, ad agendum et defendendum
libellum dandum et recipiendum litem contestandum sacramentum
quodlibet prestandum deferendum et suscipiendum interrogandum
et faciendum respondendum confitendum et negandum, iudices
et notarios eligendum suspectos dandum testes instrumenta et que-
que iura sua producendum et allegandum atque suscipiendum et
alterius partis revidendum et reprobandum eisque obiciendum
et opponendum in causis concludendum sentenciam unam et plures
dari et fieri petendum audiendum emologandum et executioni
mandare postulandum atque appellandum et appellacionem pro-
sequendum et ad substituendum unum vel plures procuratores loco ipsorum et cuius-
substitutos revocandum, quociens videbitur dictis procuratoribus
vel alicui eorum, et generaliter ad omnia et singula alia in predictis
et circa predicta neccessaria et oportuna faciendum exercendum
tractandum et procurandum, eciam si talia forent que mandatum
exigerent speciale, et quemadmodum ipsemet constituens facere
posset, ac si personaliter interesset, dantes transferentes et con-
cedentes per nos et successores et heredes nostros in predictis omnibus
et singulis et quolibet eorum plenam liberam et generalem admini-
stracionem et potestatem cum pleno libero et generali mandato dictis
procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum atque promittentes
in fide nostra nos firmum et ratum atque gratum perpetuo habitu-
ros quicquid per dictos nostros procuratores vel eorum aliquem seu substitutum vel substitutos ab eis vel eorum aliquo actum factum gestum et pro-
curatum fuerit in predictis et circa predicta et quolibet predictorum
vel aliquo eorum volentesque eosdem procuratores nostros et eorum
quemlibet et substitutum vel substitutos ab eis vel aliquo eorum ab omni
onere satisdandi relevare, promisimus de iudicio sisti et iudicato sol-
vendo cum omnibus suis clausulis, renunciantes excepcioni presen-

(margin, continuing "loco ipsorum et cuius-": libet eorum vel alicuius ipsorum et substitutum vel)

tis mandati non dati, excepcioni doli mali et in factum condicioni sine causa vel ex iniusta causa, legi: Si venerit. Dig.: De iurisdictione omnium iudicum, et omni alii iuris et legum auxilio ecclesiastici vel civilis, communis vel synodalis seu municipalis vel consuetudinarii, quibus nos possemus venire contra predicta vel aliquod predictorum. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis obligamus omnia bona nostra presencia et futura, iurantes corporaliter tactis scripturis ad sancta dei ewangelia predicta omnia et singula attendere et observare et non facere vel venire per nos vel alium seu alios de iure vel de facto, in iudicio vel extra contra predicta vel aliquod predictorum. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli appensione munitas. Datum in castro nostro Goricie sub anno dominice nativitatis millesimo CCC° LX° septimo, die vigesimo octavo maii.

Codice 72 (nuova serie) f. 111-111'.

1/ sic 2/ nel codice gol 3/ nel codice sinondi. 4/ corretto da instancius 5/ segue cancellato arbitrium.
6/ f. 111'. 7/ segue cancellato faciendum. 8/ folgt gatilgt suo

1367 giugno

1367. 23 Giugno. .... Mainardo conte di Gorizia crea Giovanni di Udine canonico di più chiese, a chiedere ad Antonio vescovo di Trieste l'investitura del castello di Verchenberchac, e del quartese delle vigne de' Schiavi di Longera, feudi della chiesa tergestina.

Noverint universi presentes nostras patentes[1] litteras inspecturi, quod nos Meinhardus etc. per has nostras litteras facimus constituimus et ordinamus venerabilem virum dominum Iohannem de Utino canonicum ecclesiarum etc. nostrum verum et legittimum procuratorem[2] ac nunccium specialem ad se presentandum pro nobis et nomine nostro coram reverendo in Christo patre domino Anthonio dei gratia episcopo Tergestino ad petendum et supplicandum eidem domino episcopo, ut ipse tamquam episcopus eccle sie Tergestine dignetur ipsum procuratorem nomine nostro investire de feudis, que domus nostra et nos ab antiquo habuimus et tenemus et ad pre sens habemus et recognoscimus ab ecclesia Tergestina, videlicet de castro Verchenberchac de quartesio vineorum Sclavorum de Longera necnon aliis feudis domus nostre et nostris et pro nobis ac nomine nostro pro mittendi eidem domino episcopo et ecclesie prelibate fidelitatis homagium et in animam nostram prestandum sibi, prout in talibus fieri consweuit[3] solitum et debitum iuramentum, promittentes quicquid per dictum pro curatorem in premissis acta et procurata fuerint firma et rata habere et tenere harum testimonio millesimo CCC° LX septimo die XXIII iunii.

Codice F 2 (nuova serie) f. 116'–117.

[1] corretto da patentantes. [2] f. 117 [3] sic.

1367. 21 Luglio. Gorizia. —
Il Conte Mainardo di Gorizia investe di alcuni masi in Pavitanico, Morsegliano, Chiasotti, Zompicca e Listizza il medico Viviano di Cividale.

1367 Juli 21, Görz.

Meinhard Pfalzgraf zu Kärnten etc verleiht dem Arzte in Cividale, Magister Vivianus und seinen Erben verschiedene genannte Höfe gegen Wiederlösung um 75 Mark Agl. Pf.

Perg. zerschnitten, Sigel abgeschnitten

Nos Meinhardus palatinus Karinthie, comes Goricie ac Tyrolis necnon ecclesiarum Aquilegiensis Tridentine et Brixinensis advocatus. Presentibus publice profitemur quod volentes recognoscere grata et fidelia servitia nobis per sapientem virum magistrum Vivianum physicum, in civitate Austria commorantem nostrum specialem dilectum exhibita et imposterum exhibenda eidem magistro Viviano ac suis heredibus ab ipso procreatis vel procreandis dedimus et contulimus bona nostra infrascripta. Primo in villa Pantianis mansos tres rectos per Corola Cysilin, Tozz, Franciscum, Mora, Culussium, Morettum, Michahelem, Pyeri et Utzel; item in Mortaliano mansum unum rectum per Stephanum fabrum; item in Cazotis mansum unum rectum per Canditt; item in villa de Malaczinpicha, mansos septem rectos per Swan, Phylipon, Pyeri, Sulian, Tomasin, Violin, Mantua, Laurenczutt et Leonhardum; item in villa Listicza mansos tres rectos per Swan Deanutos et Aulivam cum omnibus et singulis iuribus ad prefattos mansos pertinentibus quesitis et non quesitis, cultis et incultis quocumque nomine censeantur, ad ha=

bendum tenendum possidendum usufructuandum et omnem eorum utilitatem faciendum. Talibus vero condicionibus adiectis quod quandocumque per nos et nostros heredes prefatus magister Vivianus vel eius heredes cum septuaginta et quinque marcis novorum denariorum aquilegiensis monete fuerint requisiti infra spacium quindecim dierum ante vel infra spacium quindecim diebus post festum sancti georii extunc nobis et nostris heredibus prefatus magister Vivianus vel eius heredes predicta bona libere restituere teneantur et debeant. Censum vero ac omnia alia iura per prefatum magistrum Vivianum vel eius heredes a bonis predictis perceptis, petere et requirere non debeamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Goritie sub anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, die vigesimo primo Julii.

1364 3 Settembre. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia conchiude pace con Venezia turbata per sequestri diversi.

Nos Meinhardus palatinus Karinthie comes Goricie etc. notum fieri volumus evidenter omnibus et singulis presentes litteras inspecturis, quod dum inter nos ac subditos et fideles nostros ex una parte et illustrem ac magnificum dominum Marcum Cornario" dei gracia ducem Venetiarum etc. ipsiusque commune Veneciarum ac subditos et fideles suos parte ex altera orta fuisset materia litigii et rancoris causa et occasione aliquorum damprorum et iniuriarum, que hinc inde per subditos partium sibi vicissim illata dicuntur, necnon causa et occasione viginti ballarum pannorum et aliorum mercacionibus" civium et mercatorum Venetorum arrestatarum et retentarum per nos seu gentem nostram, dum de partibus Flandrie Venetias ducerentur, et nos Meinhardus comes prefatus predictas ballas cum predictis pannis et mercacionibus plene et integre restituerimus mercatoribus et civibus ducalis dominii supradictis, idcirco volentes et intendentes, quod inter nos et subditos et fideles nostros parte una et prefatum dominum ducem et commune Veneciarum ac subditos et fideles ipsius parte altera amoris benivolencie sinceritas vigeat et auctore domini" suscipiat incrementum, fecimus et firmavimus ac facimus et firmamus perfectam concordiam et amorem cum prefacto" domino duce et commune Veneciarum ac omnibus et singulis civibus subditis et fidelibus suis de omnibus et super omnibus et singulis novitatibus discordiis iniuriis homicidiis incendiis vulneribus" rapinis depredacionibus invasionibus dampnis ablacionibus et incursibus factis commissis et perpetratis per ipsum ducale dominium Venetorum seu fideles et subditos suos contra nos ac fideles et subditos nostros ubicumque quomodocumque et quibuscumque causis modis pretextibus et temporibus usque in diem presentem. Quas

quidem novitates discordias iniurias et homicidia incendia vulnera rapinas depredaciones invasiones dampna ablaciones et incursus et quidquid causa seu occasione eorum dicto domino duci vel subditis et fidelibus suis petere possemus, pure remittimus et liberelaxamus. Facimus quoque eidem domino duci ac civibus subditis et fidelibus suis de omnibus et singulis supradictis finem remissionem absolucionem et pactum de ulterius non petendo, promittentes eundem ducem ac cives subditos et fideles suos vel eorum bona pro predictis vel aliquo predictorum nullo unquam tempore inquietare dampnificare vel molestare. Promittimus insuper presencium per tenorem per nos et nostros, quod[2] occasione alicuius discordie que fuerit usque ad presentem diem inter ducale dominium Venetorum et suos ac nos et nostros, quod omnes et singuli cives subditi et fideles prefati domini ducis ac nuncii eorum cum personis mercacionibus rebus et bonis possint perpetuo venire redire stare et recedere salvi securi ac tuti per civitatem terras castra loca territoria dominia districtus nostros absque molestia dampno seu impedimento personis vel bonis eorum inferendo. In cuius rei testimonium etc. Datum in castro nostro Goricia anno domini millesimo CCCsexagesimoseptimo, die tercio mensis septembris indicione quinta.

Codice 72 (nuova serie) f. 116.

1) sic   2) segue cancellato a.

1367. 13 Settembre. Gorizia. Mainardo conte di Gorizia confessa di aver ricevute marche 4500 ~~dal Capitolo~~ da Marquardo Patr. di Aquileja, per le quali aveva avuto in pegno dal fu Patriarca di Aquileja Nicolò il castello di Tolmino

Nos Meinhardus etc. tenore presencium notum fore volumus universis presentes litteras inspecturis, quod cum venerabiles viri domini .. decanus canonici et capitulum Aquilegiensis ecclesie nobis confirmatorias litteras eorum appensione sigillo munitas dederint obligacionis nobis facte per bone memorie dominum Nicolaum Aquilegensis patriarcham de locis et contrata Tulmini cum hominibus fructibus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus universis per marchas denariorum Aquilegensium quatuor millibus et quingentis, ut in dictis obligatoriis litteris prefati domini Nicolai plenius est expressum, et nobis per venerabilem[1] in Christo patrem et dominum dominum Marquardum dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcham de dictis quatuor millibus et quingentis marcis denariorum sint plenarie satisfactum; propter quod prefato domino patriarche litteras eius obligatorias restituimus et teneamur etiam litteras confirmatorias capituli memorati restituere nec eas litteras ad presens comode reddere valeamus, tamen ne defectu restitucionis huiusmodi litterarum iamdictis dominis patriarche successoribus suis et decano canonicis ac capitulo in posterum preiudicium aliquod generetur, easdem litteras pro nobis et heredibus nostris cancellamus et anullamus ipsasque de cetero quoad nos et heredes nostros nullam volumus habere roboris firmitatem. In casu quoidem littere ad nostras manus pervenerit, ipsas prefato domino patriarche vel successoribus suis prefatis dominis .. decano et capitulo bona fide sine fraude promittimus restituere. In cuius rei testimonium etc. Datum in castro nostro Goricie sub anno dominice nativitatis millesimo CCC° sexagesimo septimo die XIII^a^ septembris indictione quinta

Codice 72 (nuova serie) f. 146'.

[1] nel codice in vece di venerabilem: B; segue cancellato: patrem

1367. 1 Ottobre. Gorizia. Tregua conchiusa tra Mainardo conte di Gorizia colla città e Comune di Trieste fino al venturo S. Andrea colla garanzia del patriarca di Aquileja.

Pateat evidenter omnibus et singulis presentes inspecturis, quod nos Meinhardus palatinus Karinthie comes Goricie et Tyrolis necnon ecclesiarum Aquilegiensis Tridentine et Brixinensis advocatus pro nobis nostrisque omnibus subditis et familiaribus fecimus et recepimus et per presentes facimus et recipimus treugas rectas et legales bona fide sine fraude et dolo cum sapientibus viris iudicibus consilio et communi civitatis Tergesti et cum omnibus subditis et familiaribus eorum hinc a[1] sancti Andree festum proxime venturum. Et si dictis durantibus treugis nostri servitores aliqua dampna predictis de Tergesto facerent, quod absit, hoc ipsum nobis ipsi de Tergesto vel reverendissimus in Christo pater dominus Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha debent signare, post huiusmodi signacionem eadem dampna per nostros illata emedare[2] debemus infra spacio[2] quindecim dierum, postquam fuerimus requisiti, promittentes insuper per presentes litteras prefatas treugas inviolabiliter observare omni dolo et fraude remotis. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostrique impressione sigilli muniri. Datum Goricie anno domini millesimo CCC° sexagesimo septimo, die prima octobris.

Codice 72 (nuova serie) f. 117.

1) nel Codice a.   2) sic.

1364. 18 Ottobre. Boxa di Cormons.

Ich Boxe von Cremaun vergih offenleich mit disem brief und tůn
chunt allen den, di in an sehent, hörent oder lesent, daz ich von der
schulde wegen, darumb ich gen dem hochgeboren fürsten graf Meinhard
von Görcz und von Tyrol meinem gnädigen herren waz vervallen, han
ich willichleich mit verdachtem můt recht und redleich für mich
und für mein erben zu den zeiten, do ich ez wol getůn mocht, ewichleich
meinem vorgenanten herren, seinen erben und nachchomen aufgeben
meinen tail an der vest ze Cremaun und di purchhůt, di darzů ge-
hört, mit allen dem und darzů gehört, wi daz genant ist, nichts
auz ze nemen, also daz mein ëgenanter herr, sein erben und nach-
chomen mit den ëgenanten tail purchhůt und zůgehörung tůn und
lazzen mag allen seinen willen; auch sol ich meinem vorgenanten
herren an allen sachen getrëw, gewär und gehorsam sein, als meiner
rechten erbherschaft, noch wider in nimmer ze tůn, noch ze trachten,
daz sein schad wär, an allez gevärd; auch sol ich daz recht vor im
oder wem er daz an seiner stat enphilcht tůn, umb waz man hinz
mir hett ze sprechen; tet ich des nicht und daz überfür, als hi vor
geschriben ist, da vor got sei, daz sich mit gewizzen erfunde, so sol
und mag mich mein ëgenanter herr pezzern an leib und gůt nach
allem seinem willen; und dez ze ůrchund gib ich meinem ëgenan-
ten herren disen brief versigelt mit der erbern Francesken des
Chastlyerer und Hansen des Juden von Görcz anhangenden in-
sigeln, di irew insigel durch meiner pett willen an disen brief
gelegt haben in und iren erben an schaden, darunder ich vorge-
nanter Boxe mich willichleich für mich und für mein erben
verpind und verhaiz pei dem aid, als ich meinem vorgenanten
herren hinz got und den heiligen han gesworen, allez und ein

iegleichs, als hi vorgeschriben stêt, stät ze haben und unzerbrochen
leich ze behalten an alle widerred und an allez gevärd. Daz ist be
schehen, do man zalt nach Christes gebürd dreuzehen hundert jar
und in dem siben und sechzigistem jare, an sand Lucas tag.

Originale in pergamena; i sigilli di Francesco il Chastlgerer e Giovanni Jud pendono a striscie di pergamena.
Repertorio XXIV.

1367. 20 Ottobre. Gorizia. Candido di Ragogna confessa di aver avuti da Mainardo conte di Gorizia, fiorini 200 per costruire il castello di Fiorevalle presso Madrizio e di servirlo con armi e cavalli.

Ego Candidus di Ragonia universis et singulis presentes litteras inspecturis[1] evidenter facio fore notum, me habuisse ac integre recepisse ducentos florenos boni auri et iusti in numerata et parata pecunia a magnifico et potente viro domino Meinhardo comite Goricie et Tyrolis, cum quibus florenis seu pecunia castrum dictum Florenal prope Madrisium, quod castrum a prefato comite iure recti et legalis feudi teneo et possideo erigere et edificare debeo. Insuper promitto per me meosque heredes predicto domino comiti suisque heredibus ac successoribus propria in persona vel cum honesto familiare equis et armis fulcitus in Foro Iulii, Charstis et Ystrie[2] fideliter servire, quandocumque[2] per prefatum dominum comitem vel suos heredes aut successores seu ipsius capitaneum fuero requisitus contra quoscumque. Que omnia et singula suprascripta promitto per fidem meam pro me et meosque[2] heredes[2] attendere et inviolabiliter observare, dolo et fraude remotis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussi meique sigilli appenssione muniri. Data Goritie anno domini M°CCC° sexagesimo septimo, die vigesimo mensis octobris indicione quinta.

Codice 72 (nuova serie) f 118.

[1] nel codice: inspecturus. [2] sic

Doppio 1367, Ottobre 25.

Ego Candidus de Ragonia universis et singulis presentes inspecturis evidenter facio fore notum me habuisse ac integre recepisse a magnifico et potente viro domino Meinhardo comite Goricie et Tyrolis ducentos florenos boni auri et iusti ponderis in numerata et parata pecunia, cum quibus florenis seu pecunia castrum dictum Florevall prope Madrisium, quod castrum Florevalli a prefato domino comite iure recti et legalis feudi recognosco et possideo erigere et edificare debeo et per fidem meam promitto. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussi meique appensione sigilli muniri. Datum Goricie, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, die vigesimo quinto, mense Octobre, indicione quinta.

Originale in pergamena. Il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

1367. 25 Ottobre. Gorizia. Candido di Ragogna dichiara di ricevere 200 fiorini d'oro dal Conte di Gorizia Mainardo per edificare il castello di Fiorenvalle presso Madrisio e tenerlo in feudo dal detto Conte.

1368. 30 Gennajo. Tomaso di Gorizia capitano di Castellutto, dichiara che Mainardo conte di Gorizia coll 76

Ich Tomas von Görcz zu den zeiten amptman ze Chastlutt vergih
offenleich mit disem brief und tün chunt allen den, di in ansehent, hörent
oder lesent, daz mich der hochgeboren gewaltig fürst graf Mein
hart, graf ze Görcz und ze Tyrol, mein gnädiger herr behauset
hat von sundern gnaden in sein vest Velgrad und han im auch
gesworen diselb vest im getriwleich innen ze haben und im auch
damit gehorsam und gewärtich sein mit auz und mit inlazzen,
pei tag und pei nacht, wann er daz vordert an allez geväerd, wann
auch oder ze welher zeit mein vorgenanter herr von Görcz di obge
nant vest an mich egenanten Tomasen vordert, di sol ich im dann
unverzogenleich wider antwurten an alle widerred und an allen
auzzug und an allez geväerd, wem er auch enphulhe, di vor
genant vest inzenemen, der mir seinen brief prächt mit seinem
insigel und mit eins andern erbern mannes, der bechantleich wär
und der meinen egenanten herren zügehört insigel versigelt, dem sol ich
aber di egenant vest antwurten in der weis, als hi vor bedeut ist.
Wär aber daz mein egenanter herr von todes wegen abgieng,
da vor got sei, so sol ich danne di obgenant vest antwurten
seinen chinden unverzogenleich, wann si di vordern an allez
widersprechen und an allen auzzug und an allez geväerd und
darumb daz meinen egenanten herren von Görz und seinen chin
den oder wem er daz an seiner stat schüff oder enphulch von
mir obgenanten Tomasen volfürt werd, allez daz als hi vor ge
schriben ist, habent ze sampt mir di erbern leut her Francesk
Chastlyerer, Nicoluss Archilott von Chastlutt und Peter Franck
von Görz meinem obgenanten herren gelobt und versprochen,
also daz von mir obgenanten Tomasen behalten werd allez

und ein jegleichs als hi vor geschriben stet, an gevärd, so verjehen wir vorgenant Francesk, Nicoluss und Peter mit disem brief und verhaizzen pei unsern triuwen und mit verpintnuss allez unsers güts, daz wir jetzů haben oder noch gewinnen, dem obgenanten unserm gnädigen herren graf Meinhart von Görcz und seinen chinden oder wem er daz schüff oder enphulh, also das der egenant Tomas unserm obgenanten herren und seinen chinden oder wem er daz schüff oder enphulh, laist und genzleich volfür an alle widerred und an allen auczzug, alles und ein iegleichs, als hi vor an disem brief vervangen und verschriben ist an alles gevärd und darüber zu einem urchund geben wir vorgenant Tomas, Francesk und Nicoluss unserm vorgenanten herren disen brief versigelt mit unserm anhangendem insigel und mit Ůschalchs etwenn Hainrich des Schreiber von Görcz sun insigel, der daz durch meins vorgenanten Petter pett willen an disen brief gelegt hat im und seinen erben an schaden. Daz ist geschehen do man zalt nach Christes gebürd dreuzehen hundert jar und in dem acht und sechzigistem jar, am süntag vor unser frowen tag der liechtmess.

Originale in pergamena. I sigilli di Tomaso di Gorizia e di Francesco pendono appesi a striscie di pergamena, due sigilli mancano. Repertorio 24.

12[illegible]
[illegible] 126

1368. 26 Giugno. Simone di Cormons dichiara che Mainardo conte di Gorizia, gli ha concessa la decima di San Giovanni presso Cormons.

Ich Symon von Cremaun vergih offenleich mit disem brief und tün chunt allen den, dy in ansehent, hörent oder lesent, daz mir der hochgeborne fürst mein gnädiger herr graf Meinhart von Görz und von Tyrol von gnaden gelazzen hat zwelf mezz waicz, dy im alle jare järichleich von den chelleren ze Cremaun süllen gevallen und den zehenden ze sand Johans pey Cremaun, item und ein wisen ze Velesch in semleicher weis, daz ich im und seinen erben an allen sachen gehorsam und undertänich sein sol, als meinem rechten erbherren, sunderleich sol ich dem vorgenanten meinem herren zu allen zeiten gewärtich sein mit einem draf getzeug ze rossen, wann oder war mein egenanter herr oder sein hauptleut daz vordern oder bedürfund sein und sol ich dy vorgenanten mezz waitz ze henden und wisen inne haben, nüczen und niezzen, als lang und er mir des von gnaden well günnen und des ze urchund gib ich meinem vorgenanten herren disen brief versigelt mit Erhart des Zäppleins anhangendem insigel, der daz durch meiner pett willen an disen brief gelegt hat im und seinen erben an schaden. Daz ist beschehen do man zalt nach Christes gebürd dreuzehen hundert jar und in dem acht und sechzigistem jar an sand Johans und sand Paulstag der zwelf poten.

Originale, in pergamena, il sigillo di ~~Simone di Cremaun~~ Erardo Zäpplein pende ad una striscia di pergamena.

1369. 9 Marzo. Gorizia. - Mainardo conte di Gorizia investe Gerardo di Aquileja di un campo presso Aquileja e case in borgo S. Stefano fuori della detta città, coll'obbligo di servire alla cucina dei predetti Conti nell'occasione di dimorare in essa.

Nos Meinhardus comes Goricie etc. presentibus profitemur et facimus fore notum, quod per poset nostros heredes discretum virum Gyrhardum de Aquilegia suosque heredes masculos infeodavimus[1] recti et legalis feodi de agro uno sito et posito ante civitatem Aquilegie cum domibus sitis in burgo sancti Stephani extra civitatem omnium sanctorum, quem quidem agrum cum domibus predictis per mortem Francisci condam More de Bolonia, qui quondam Aquilegie habitaverat, ad nos videntur esse devoluta[2] et quos idem Franciscus a nobis eotempore quo vivebat habuerat cum omnibus iuribus suis ad dictum agrum et domos spectantibus, ad habendum tenendum fruendum et perpetue possidendum, ita videlicet quod antedictus Gyrhardus et eiusque heredes masculi teneantur imperpetuum nobis et nostris heredibus dare et ministrare omnia necessaria et preparamenta ad coquinam nostram, quando nos seu nostri heredes in Aquilegia esse contingat et cum omni servicio et iure, prout alii hucusque de dicto feudo fecerunt. Si vero predictus Girhardus vel sui heredes nobis et nostris heredibus predicta servitia non facerent, ex tunc predicti ager et domus nobis et nostris heredibus contradiccione predictorum Girhardi suorumque heredum qualibet non obstante sint et esse debeant libere devoluti. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem omnium predictorum presens privilegium sibi dari iussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Datum et actum Goricie anno domini M° CCC° sexagesimo quarto, die nono mensis martii.

1) manca iure. 2) sic.

Codice 72 (nuova serie) f. 78.

1369

1369. 1 Settembre. Vienna. Alberto Duca d'Austria promette a Ugone di Duino di prestargli servigio nella guerra con Venezia con alcuni fanti.

Wir Albrecht von gotes gnaden herzog ze Österreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Krain, graf ze Tyrol etc bechennen und tün chunt offenlich mit disem briefe, daz wir mit unserm getrewen lieben Haugen von Tibein uberain komen sein, ist daz die Venedier nach der speisunge, die von den Triestern mit gotes hilfe mainen ze tün, nicht von dem krieg und gesezze lazzen wellent und wir desselben Tibeiner zü dem egenanten krieg bedurfen und in vordern werden, daz er uns danne mit hundert hauben erbers und gütes volkches wider die Venedier einen ganzen manöd oder mer, als lang wir sein bedürfen, dienen und warten sol und sullen wir im darumb ye von der hauben zu dem manod geben acht guldein und swas desselben geltes wird, das den egenanten hundert hauben gevellet auf ain manod oder auf mer, ob wir sein lenger bedürfen, dasselb gelt nach dem egenanten anslag haben wir demselben Tibeiner geschaffet und schaffen ouch an unser nucze ze Triest, die in da des ersten vor mënklichem gevallen sullen an irrung, davon gebieten wir ernstlich unsern lieben getrewen unsern ampt leuten daselbs ze Triest gegenwertigen und künftigen und wellen, daz si denselben Tibeiner oder seine erben des egenanten geltes, swas das wirdet, nach demselben anslag auf ain oder auf mer manod richten und weren in der weis, als davor geschriben stet, wan wir si des an den egenanten nüczen ze Triest ledig und los sagen mit urchund dicz briefs. Geben ze Wienn, an sand Gilgentag, nach Kristes gepurd drewzehen hundert jaren und darnach in dem newn und sechzigistem jare.

Dominus dux marscalcus
et ceteri de consilio.

Originale in pergamena, il sigillo pende ad una striscia di pergamena. Repertorio 24.

1369. 1 Settembre. Vienna. Alberto Duca d'Austria promette di ~~risarcire~~ Ugone di Duino 4000 marche nel caso della conquista di Trieste. ~~di spese [illegible]~~ nella guerra ~~con Venezia~~.

Wir Albrecht von gotes gnaden herzog ze Österreich ze Steyr ze Kernden und ze Krain graf ze Tyrol etc tün chunt, daz wir unserm getrewen lieben Hawgen von Tybein auf unser daczien und ander nüczen, die wir mit gotes hilfe in der stat ze Triest gewinnen und habend werden, vier tausent guldein gegeben und verschaffet haben ze ergeczung seiner schéden, die wir im werden schuldig beleiben, also wenne wir der egenanten stat gewaltig werden und die in unser hand bringen daz er denne dasselb gelt vor aller mênchlichen da innemen und yessen sol ane widerred und hindernüzz; davon gebieten wir unsern amptleüten und verwesern, welhe die werdent ze Triest, daz si dem Tibeiner oder seinen erben dasselb gelt furderlich vor mênklichen richten und gevallen lazzen ane irrunge, wan wir in das an iren ampten daselbs abziehen wellen. Mit urchund dicz briefs, geben ze Wienn an sand Gilgen tag, nach Kristes gepurde dreuzehenhundert jâr, darnach in dem neun und sechzigisten jâre.

Dominus dux, marscalcus
et ceteri de consilio.

Originale, in pergamena, il sigillo del duca pende ad una striscia di pergamena.

1369. 17 Settembre San Foca. — Nicolò conte di Porcia avvocato della villa di S. Avvocato dà il possesso a Dinutto ed a Viviano di Prata dell'annuo reddito di 31 staia d'avena e 5 lire che ad essi spettavano dalla villa S. Avvocato come eredi di Ivone e Gualpertino di Prata.

1369, Sept. 17, San Foca.

Notariatsinstrument über die Einweisung (introduzione) des Desutus quondam Ciurgelini und des Viviànus quondam Gabriélis comitis de Prata durch den Grafen Nicolaus de Purcillis in den erbweise auf sie überkommenen Besitz und Bezug einer von den Leuten des Klosters Millstatt zu San Foca zu leistenden Gülte. dor. CCXL

Porg.

Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono indictione septima die decimo septimo Decembris in villa Sancti Vocati in curtivo habitato per Henricum decanum presentibus egregio viro domino Artico comite de Prata, Principolo eius familiare, Odorico condam magistri Ioannis Blasii de Prata, Jacobo notario de Purcillis, Pelligrino de Romano, Jacobo et Hermanno de Girois de Carnea, Antonio condam Mathiussii et Iusto de Castello Propedi testibus et aliis, coram egregio viro domino Nicolao comite de Purcillis advocato dicte ville Sancti Vocati comparuerunt Dinutus condam Ciurgelini et Virianus naturalis condam domini Gabriélis comitis de Prata ut heredes et successores ac possessores bonorum condam virorum Ivoni et Gualpertiani de Prata petentes pro dicto domino Nicolao se intrari per ipsum in tenutam et possessionem iurium suorum que ab olim habuerunt predicti domini Ivonus et Gualpertinus et successive de suis et aliis eorum heredibus similiter triginta unum staria avene et libros quinque pariter et alias hono,

c 360

-rancias a domino abbate de Milstato et hominibus dicti (!) ville Sancti Vocati. Qui dominus Nicolaus de Purcillis ut advocatus ville predicte volens quod iuris erat facere in signum possessionis iurium predictorum Viviani et Desii (!) promisit sub obligacione omnium suorum bonorum dare et conduci facere ut moris erat dicta triginta unum staria avene et libras quinque pariter pro responsione affictus introitum anni nuper preteriti, et dari et consignari ipsi Viviano et Desuto in villa Reumy districtus Portuensis in signum vere tenute et possessionis iurium predictorum que predicti Vivianus et Dessutus ac eorum predecessores visi fuerint habuisse ~~versus~~ predictum dominum abbatem de Milstato et homines dicte ville Sancti Vocati annuatim dicta triginta unum staria avene et alias honorancias ut supra.

S. N. Ego Iohannes condam ser. Francisci notarii de Portunaone imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

1369. 13 Novembre. Castello inferiore di Vipacco. Marquardo patriarca di Aquileja investe Ermanno conte di Cylli di alcuni beni e redditi specificati.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimonono, indictione septima, die terciodecimo mensis novembris, presentibus nobilibus et potentibus viris dominis .. illustris et excelsi principis domini Alberti ducis Austrie Styrie et Karinthie etc. curie magistris, Stephano Topler eiusdem domini ducis camere magistro, venerabilibus viris dominis Georgio de Tortis de Papia decano Aquilegensi, .. prothonotario prefati domini ducis, nobilibus viris dominis Friderico milite de Randek, patriarchalis curie magistro, et Ezzolino milite de Utino, Rodulfo de Portis de Civitate Austria, Guillelmo de Ragonia, Johanne condam domini Francisci de Truspergo et Astulfo de Tergesto testibus et aliis pluribus. Constitutus in presencia reverendissimi in Christo patris et domini domini Marquardi dei gracia sancte sedis Aquilegensis dignissimi patriarche magnificus et potens dominus dominus Hermannus Comes Cilie eidem cum precum instantia supplicavit, ut ipsum de feudis suis antiquis iustis et legalibus, que ipse et progenitores sui antiquitus habuerunt et tenuerant in feudum a prefato domino patriarcha et Aquilegensi ecclesia, investire dignaretur. Prefatus vero dominus patriarcha credens et sperans, quod sibi et sue Aquilegensi ecclesie fidelis erit et vasalus, eundem dominum Hermannum comitem pro se suisque heredibus recipientem de omnibus suis feudis antiquis iustis et legalibus manualiter investivit, salvo iure Aquilegensis ecclesie et alterius cuiuscunque protestans et dicens expresse, quod ipsum dominum comitem non intendebat neque intendit investire de aliquibus dominiis iuribus et aliis bonis, que sibi et sue Aquilegensi ecclesie occupata teneret, set solum de antiquis iustis et legalibus feudis suis. Quibus peractis prefatus dominus

Hermannus comes digitis ellevatis prefato domino patriarche et Aquilegensi ecclesie iuravit esse fidelis et legalis et omnia adia et singula facere, ad que fidelis vasallus domino suo tenetur ex debito etc, prout in talibus fieri est consuetum. Actum in castro inferiori Vipaci, in salla inferiori et datum sub appensione sigilli prefati domini patriarche in fidem et testimonium premissorum.

Bona vero feudalia inscriptis[1] per ipsum dominum Hermannum comitem data et assignata et per eum posessa, de quibus per prefatum dominum patriarcham extitit investitus, sunt hec, videlicet castrum Obernburch et castrum Attemburch, que emerunt ab Attemburger, item castrum Nedek, quod emerunt ab Hanrico de Gradnich, item decima in Leuburga, item decima in Nova ecclesia, item decima in Sancto Petro in Sewtal, item decima in Vrazlaw, item decima in Presperg, item decima in Schalachtal, item omnia feuda, que predictum comitem et suos heredes contingunt ex parte suorum avunculorum comitum de Hewnberc et omnia, que ipsi et antecessores sui a predecessoribus dicti domini patriarche et ab Aquilegensi ecclesia dignoscitur habuisse et habere, sive illa sint gratia favore vel servitio, item omnia feuda, que tenuit Ulricus de Cylichgrez ab Aquilegensi ecclesia, que vendidit dicto domino comiti, item decima in Rethschitz sita in predio Tifer, item omnia feuda, que condam dominus Leopoldus de Sewneck libertinus tenuit ab Aquilegensi ecclesia, in quibus idem dominus comes iure hereditario successit, item decime site in plebibus Vonitkel et Sancte Crucis ex ista parte aque, que dicitur vulgariter Zotel; item decime in Lgethenwald et Gurchveld usque ad ripam, que dicitur Gurch, quas emerunt a Scherpfenberger, item iudicium in Tethenoy emptum a domino Kolone Scherpfenberger.

S. Et ego Gandiolus filius[2] Iohannis de Sanctovito Concordiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predicta omnia suprascripta, prout in notis seu prothocollis condam

Johannes Gubertini suprascripti domini patriarche notarii in-
veni ex comissione michi facta per suprascriptum dominum pa-
triarcham nil addens vel minuens, quod sensum mutet vel variet
intellectum rogatus scripsi et fideliter publicavi signo nomineque
meis appositis consuetis in fidem et testimonium premissorum.

Originale in pergamena, il sigillo manca. Repertorio XXIV.

1.) sic. 2.) segue la parola condam cancellata.

Anno domini millesimo trecentesimo [septuages]imo[1] 1370.
indicione octava, die duodecimo mensis Marcii, super Tuyo Märȥ 12.
lo castro Goricie presentibus][2] nobilibus viris dominis Francisco de
Castellerio et Iohanne Iud de Gori[cia ...][3] condam domini
Henrici de dicto loco, Thomasio filio dicti domini Iohannis Iud,
Henrico filio supra[dicti domini][4] Francissci de Castellerio
et Iohanne camarlengo infrascripti domini comitis testibus
et aliis ad hec vocatis et rogatis. Magniffìcus et potens
dominus dominus Meinhardus inclitus comes Goricie et Tyro-
lis omnibus via modo iure et forma, quibus melius potuit at-
que scivit, fecit, constituit et ordinavit suos veros et legittimos
procuratores, actores, factores, negociorum gestores et nuncios
speciales nobiles viros dominos Antonium de Rabatta et Io-
hannem de Mossa Goricie habitantes absentes tanquam pre-
sentes et quemlibet eorum in solidum ita, quod condicio occu-
pantis pocior non existat sed, quod unus eorum inceperit,
alter mediane valeat prosequi et finire in omnibus et singulis
causis et petticionibus, quas movet, movere intendit vel movere
posset communi de Tergesto et alteri cuiquam persone de dicto
loco et habitatori Tergesti tam in communitate et generalitate[5]
quam in special[i][6] nomine et occasione quingentarum marcha-
rum solidorum in quibus prefatum commune Tergesti [et] alii
pro eo eidem domino comiti sunt obligati ut dicebatur
contineri quodam privilegio s[i][7]gillo dicti communis Ter-
gesti sigillato nec non nomine et occasione dampnorum
et expenssa[rum][8] inde habitorum et factarum ac in posterum
fiendarum ac omnium aliorum dependencium ab eisdem tam
in agendo quam in deffendendo coram magniffico et potenti
domino domino.. dei gracia duce Venetiarum et cetera vel co-
ram dominis.. generali capitaneo Istrie et potestate Ter-
gesti et quibuscumque aliis pro ducale dominio Venetiarum
officialibus et rectoribus aut coram quocumque alio audi-
tore seu iudice delegato vel subdele[ga]to[9], dato vel dando,
tam ecclesiastico, quam civili ad [agendum][10] petendum, exi-

1370. 12 Marzo, Gorizia. Mainardo Conte di Gorizia nomina due procuratori ad esigere un credito e risarcimento per danni dal Comune di Trieste e per appelli a Venezia ed in Istria.

gendum conquerendum respondendum proponendum oppo-
nendum componendum deffendendum iudicem impetrandum
et eligendum litem contestandum, de calumpnia et verita-
te dicendum in animam dicti domini constituen[tis]]
iurandum, testes, privillegia, instrumenta et alia sua iura
producendum, sentencias audiendum appellandum et
appellaciones prosequendum contradicendum, obicien-
dum et iudicem recusandum, terminos, dillaciones et secu-
ritates dandum et recipiendum, compromittendum, unum
vel plures procuratores substituendum, hoc tamen procu-
ratorio semper in suo robore permanente paciscendum,
concordandum finem et remissionem perpetuam faciendum
et generaliter ad omnia et singula alia faciendum, procu-
randum et exercendum, que in predictis et circa predicta
fuerint necessaria vel opportuna et que merita causarum
exigunt et requirunt, etiam si mandatum exigerent speciale
et que ipsemet dominus constituens in premissis et quolibet
premissorum facere posset, si personaliter interesset pro-
mittens quoque antedictus dominus constituens michi nota-
rio infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipien-
ti vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest
vel interesse poterit se firmum habere, tenere et observare to-
tum omne et quitquid per dictos suos procuratores et ipsorum
quemlibet et quemlibet substitutum vel substitutos ab eis et
ipsorum quolibet actum factum et gestum fuerit vel quo-
modolibet procuratum in predictis et quolibet predictorum tam
in perdendo quam eciam in lucrando, ipsosque procura-
tores et ipsorum quemlibet et quemlibet substitutum vel sub-
stitutos ab eis et ipsorum quolibet indempnes relevare ab
omni onere satisdandi de iudicio sisti et de iudicato sol-
vendo, sub ypotheca et obligacione omnium suorum bonorum
presencium et futurorum

S. Ego Mathias condam Nicolay Pucini notarii Goricie

habitans imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripssi.

Originale, in pergamena rotta nel margine superiore e destro.

1.) La pergamena è rotta nella lunghezza di tre centimetri

2.) La pergamea è rotta nella lunghezza di tre centimetri

3.) La pergamena è rotta nella lunghezza di tre centimetri

4.) La pergamena è rotta nella lunghezza di un centimetro.

5.) Prima era scritto generali, tate da altra mano apposito sopra la linea.

6.) La pergamena è rotta in lunghezza di un millimetro.

7.) " " " " " " " " " .

8.) " " " " " " " " " .

9.) " " " " " " " " " .

10.) La pergamena è rotta in lunghezza di un centimetro

11.) La pergamena è rotta in lunghezza di un millimetro.

1370, Juli 14.

Item umb die If markch gelts Friauler gült, die unsern herren graf Heinreichen süllen erstattet werden, ist erfunden, das von den nachsten markch gelts die unsern herren beden ledig werden, dieselben If markch gelts unsern herren graf Heinreichen vorauzz süllen volgen und erstattet werden, und was über die If markch gelts meer ledig wurd, das sol yegleichen herren halbes volgen und gevallen und darauf sol unser herr graf Heinreich Jorgen von Lint die IIIf markch gelts und unser her graf Hanns Kasparn chuchmaister III markch gelts verleihen und in brief darüber geben.
Dann von der zuspruch und vordrung wegen, so unser herr graf Hanns zu Lienharten von Cemaun gehabt hat, haben wir sechs dieselben zuspruch und darkegen desselben Lienharts antwurtt und widerred für uns genomen und darumb auzfündig gemacht, als das aigenlich und stukchweis hernach vermerkcht ist.
Des ersten von des Dyanuts wegen ist erfunden von den sechsen, daz derselb Dyanut von des Lienharts wegen nicht

[..]en pfarrkirchen gehörent, schaffen ze volgen und gênczlich
[..]edig ze lassen und süllen in unser herren bede darauf schermen,
[..a]ls ander ir pharrêr in irn herschefften, und ob geschêch, daz der
[..s]elb her Hanns von derselben pharrkirchen Lutschney mit dem
[..r]echten verdrungen würd und der abtreten müst, wann dann die
nachst pharrkirch, kappell oder ander gotsgab innerhalb oder
auzzerhalb unsrer herren von Görtz herrschafft, die si ze leihen
oder von rechts wegen ze pitten habent, ledig wirdt, daz unser herr
graf Heinreich darinne aufhaltung tů uncz an sein brůder graf
Hannsen und daz er danne nach seinem willen dieselben pharr-
kirchen kappellen oder gotsgab demselben hern Hannsen seinem
kapplan fürderleich verleihe, oder aberbut, im die ze verleihen,
und hinnach sol sich yeder tail seiner rechten halten, als das
mit brieffen zwischen in ist verfangen.
Item und darauf sol unser herr graf Hanns alle nücz und zinns,
die er auf den pharren ze sand Steffann ze Mosburg und hern
Niklas unsers herren graf Heinreichs kapplann nücz dacz Ini-
chingen nider gelegt hat, gêntzlich ledig schaffen und fürbazz
gerůt ze lassen und sein geschäfftbrief darüber geben und das
ist also auzzgericht.
Item darczů sol unser herr graf Hanns dem pharrer ze Görcz
sein nücz und hůben, der er sich undertzogen hat, gêntzlich le-
dig schaffen und sol derselb pharrer für uns sechs darinne auf
dem tag seine brief und urkůnd bringen und wir süllen dann
darumb auzzfündig machen.
Item umb die grozzen peen und vêll, die unser herren bede darinne
ze Gorcz und hievor ir yettwedrer besunder in den zwayn jarn
ingenomen habent und umb die steur darumb man hêrnasch chauf-
fen solt und umb das gelt von der Bestenbergerin, das unser herr
graf Hanns ingenomen hat, haben wir sechs aigenleich für
uns genomen, was yeder herr desselben gelts ingenomen hat und
haben das also gen eynander geraytet und beleibt unser herr graf
Hanns unserm herren graf Hainreichen seinem brůder uberall

sach daran noch schuldig guldein neunhundert und XXXV guldein phenning XXXVI markch und XX solidi auzgenomen was die Oestenbergerin unserm herren graf Hannsen von des ampts wegen ze Görz schuldig ist beliben, das sol daran abgeen.
Sunderleich ist ze wissen umb die hundert markch, die unserm herren von dem Vschalkch gevallen süllen, daz dieselben hundert markch unserm herren graf Heinreichen gevallen sullen, wann im die gënzlich in die raytung gelegt sind, und süllen unser bede herren dem Vschalkch sein hab in ir yetweders gericht gelegen gentzlich ledig sagen; wolt aber der Vschalkch unsern herren graf Heinreichen umb die hundert markch nicht auzrichten, so sol sich unser herr graf Heinreich von desselben Vschalkchs hab in beder herren gericht gelegen selb auzrichten.
Ze merkchen die invëll und gebrechen in den gerichten ze Görtz die an beder herren tail gewendet sind, des wir sechs veraynt leich auzfündig gemacht haben:
Item umb die wayd und umb den vorst darumb die von Medrus an einem tail und die von Ats an dem anderm tail stözzig sind, ist erfunden worden, daz die von Medrus mit den die irs tails sind, und die von Ats mit den, die irs tails sind alle wayd und gesůch und dartzů den vorst, ez sey aichelvil oder wenig, mit eynander nützen und inne haben süllen getreulich und ungeverleich und dann umb die gemayn, die die von Ats zu wismad oder zu andern sachen daselbs in gevangen habent, süllent Gregor und Lienhart gebrůder von Dornberg von beder herren wegen zu der kuntschafft daselbs hin reyten auf den eritag in phingstveirtagen und süllen bede amptleut darzu nemen, und wër in darzů füglich dünkcht und die süllen das beschawen und darumb auzfindig machen und was dieselben also bey der kuntschafft darumb erkennen und auzfündig machen, dess si vollen und ganzen gewalt haben, sol yeder herr mit den seinen ernstleich schaffen, daz

1409. 10 febbrajo. Eidelberg. Roberto re dei Romani ~~concede~~ ((4') ½
concede al Dottore in decreto Nicolò q. Michele Rafino
di Portogruaro il titolo di Conte Palatino.

Registro del re Ruperto A f 111'-112'

Creacio doctoris Nicolai de Portugruario in comitem palatinum.

In nomine domini amen. Rupertus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus ad perpetuam rei memoriam. Humane condicionis circumspecta sagacitas et bonorum operum assidua percuntatrix sic artis ingenio naturalibus se conformare didicit, sic ex causis nobilibus effectus insignes producit, ut civilitatis gloria temporali illos attollat et nobilitatis insigniis ad irradiandum ipsorum fame precorium faciat cultiores, quos natura superior interioribus dotibus illustravit et ipsorum animos sapiencie et sciencie altitudine pre ceteris decoravit; horum namque consilio tronus roboratur cesarius, ut eorum virtuosis actibus regalis sublimitatis gloria presidia optata suscipiat et salutaribus omni tempore proficiat incrementis. Sane quantum hec et alia opera virtuosa ex animi nobilitate veniencia in egregio decretorum doctore Nicolao olim Michaelis Raphini de Portugruario nostro et sacri imperii comite palatino ac fideli dilecto resplendeant, quantumve reddant ipsum dignis laudis preconiis commendatum, regalis nostra magnificencia tam [1] fidedignorum testimoniis quam argumentis et experiencia lucubratus [1a] est edocta, quem non solum propter utilitatem provenientem ex animi probitate ipsius in familiarem nostrum assumptum ceterorum familiarium nostrorum consorcio aggregatum universis et singulis honoribus et iuribus libertatibus immunitatibus privilegiis et graciis realibus et personalibus ubicumque locorum, quibus supradicti pociuntur et gaudent, gaudere volumus et potiri, sed eciam alcioribus honorum fascibus titulis et privilegiis redimere, quibus et que nedum in prefatum doctorem tamquam benemeritum et legalem, sed eciam in fidelem nostrum Jacobum Johannem germanum ipsius et in [2] utriusque heredes et successores le

gittimos ab eis hereditarie et legittime descendentes premissorum consideracione inducti transferre decrevimus et insignire, et ut per evidenciam operis huius nostri regalis decreti propositum elucescat, nos de regalis plenitudine potestatis prefacti doctoris moralem nobilitatem, qui sciencie et sapiencie exercicio aliarumque virtutum cumulo non desinit immorari, nobilitatis preclare atque civilis vestientes honore eundem Nicolaum doctorem Jacobum Johannem eius fratrem germanum iuxta formam et modum condicionis humane nobiles dicimus et nominamus, facimus et constituimus et ex certa sciencia creamus ac ab universis et singulis cuiuscumque condicionis preeminencie vel dignitatis existant, tamquam tales dici et nominari volumus et eciam reputari, decernentes regali auctoritate et edicto perpetuo statuentes omnino, ut tam dicti duo germani fratres quam filii et heredes ac successores legittimi utriusque ubique locorum et terrarum in iudicio et extra necnon in singulis exerciciis actibus et studiis nobilibus illis honoribus iuribus insigniis privilegiis et prerogativis ac graciis tam personalibus quam realibus sive mixtis gaudeant et fruantur, quibus ceteri nobiles et de nobili prosapia geniti quomodolibet gaudent et pociuntur et insuper, ut antedicto doctori de benignitate regali reddamur ad munificenciam multipliciter liberales, ipsius supplicacionibus favorabiliter inclinati ac volentes ipsum nobis et sacro imperio ad indefessi laboris constanciam reddere prompciorem, eundem doctorem Nicolaum nostrum et imperii sacri comitem palatinum facimus constituimus et creamus ex nostre regalis plenitudine potestatis cum omnibus honoribus dignitatibus iurisdictionibus iuribus privilegiis libertatibus et officiis, que et quas ceteri nostri et sacri imperii comites palatini de iure vel consuetudine habere exercere facere aut percipere quoquomodolibet consueverunt ipsumque huiusmodi palatinorum comitum numero et consorcio de certa sciencia aggregantes, eum de dignitate eadem suo et heredum suorum iuris canonici aut civilis doctorum ex eo descendencium per lineam masculinam nomine presentibus investimus, dantes et concedentes sibi et eius heredibus predictis plenam ex certa sciencia ac omnimodam facultatem creandi tabelliones

seu notarios publicos et iudices ordinarios ubique locorum ac per totum sacrum Romanum imperium, qui ydonei sint et in litteratura sufficienter experti, super quo suam conscienciam oneramus, cum plena potestate ad tabellionatus seu iudicatus officium pertinente, recepto prius ab ipsis et quolibet eorum secundum formam infrascriptam debito iuramento in hec verba: Ego promitto et iuro, quod fidelis ero serenissimo principi et domino domino Ruperto dei gracia Romanorum regi semper augusto illustri domino meo gracioso et omnibus successoribus eius Romanorum imperatoribus seu regibus legittime intrantibus neque unquam ero in consilio, ubi periculum eorum tractabitur, bonum et salutem eorum promovebo, dampna eorum pro mea possibilitate avertam, instrumenta seu contractus quoscumque non scribam in papiro seu carta veteri aut abrasa, sed in membrana nova et munda, testamenta, codicillos et quascumque ultimas voluntates necnon dicta testium conscribam fideliter et ea occulte servabo nec ulli pandam, donec debeant vel mandato iudicis aut alias exigente iusticia publicari, causas miserabilium personarum necnon pontes hospitalia et emendaciones viarum publicarum omni tempore promovebo et officium meum exercebo fideliter non attendendo munera odium vel amorem. Sic me deus adiuvet et sancta dei ewangelia. Eadem auctoritate ipsi Nicolao doctori et heredibus eius prefatis latam damus potestatem universos et singulos[3] illegitime et ex quocumque incestuoso adulterino et dampnato complexu genitos naturales, videlicet nothos et spurios, manzares vel alia quavis odiosa copula editos legittimandi et eos ad legittime natorum iura honores dignitates et officia quelibet reducendi, ita quod tales ex dispensacionis ac legittimacionis huiusmodi beneficio in bonis iuribus rebus mobilibus et immobilibus paternis et maternis agnatorum et cognatorum ex testamento vel ab intestato absque tamen legittimorum filiorum et heredum preiudicio succedere valeant, obieccione penitus quiescente ac pro legittimis habeantur, velut hii, qui vero et de legittimo matrimonio sunt producti, lege aliqua generali vel speciali penitus non obstante et ea presertim, que legittimari spurios aut manseres seu nothos nisi ex certa sciencia non permittit, honore autem recreacionis et constitucionis huiusmodi de regia munificencia et pretactum doctorem

et dictos eius heredes liberaliter insignivimus, harum sub nostre regie maiestatis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum Heidelberg anno domini millesimo quadringentesimo nono, mense februario die sextadecima, regni vero nostri anno nono.

" Per dominum regem episcopum Spirensem / cancellarium Emericus.

1/ f 112. 1a/ sic 2/ in apposto sopra la linea 3/ f 112'.

1409 Octob. 11. Praga.

Venceslao re de' Romani manda Federico Conte d'Ortenburg a pacificare il Friuli.

Wenceslaus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex. Nobili Friderico Comiti de Ortenburg nostro et Imperii sacri fideli dilecto. Graciam Regiam et omne bonum. Nobilis fidelis dilecte Quamvis cunctorum nostrorum fidelium et agendorum multiplicium nos ingens cura sollicitet Sacrum tamen Romanum Imperium cui solius divine dignacionis dono feliciter presidemus cum annexis suis tantoque precordialius tantoque diligencius intuemur quanto illud tanquam caput et membrum nobilius omnium que nobis a divina pietate collata sunt cognoscimus carius diligendi Cum itaque ipsius sacri Romani Imperii gubernacioni quam libentissime ubilibet locorum personaliter ageremus nisi diversarum occupacionum pro quibus ad utilitatem fidelium per Regiones varias frequenter distrahimur multiplicitas obviaret totis cupiamus affectibus salubriter providere et talem constituere ibidem vice nostra qui absencie nostre defectum suppleat et personam nostram veraciter representet. Ne igitur fideles dilecte universi et singuli Terrigene Incole et Inhabitatores provincie fori Julij nostri et Imperii sacri fideles dilecti nobis absentibus fructu necessarie providencie carere videantur sed ab ipsorum incomodis et mole-

stijs quibus hucusque sicut accepimus oppressi sunt releventur, et sub fausto nostro Regimine felicia incrementa suscipiant, ac in amene pacis delicioso solacio feliciter conquiescant de inmota tue fidei constancia et probata circumspectationis industria plenam et indubitatam fiduciam obtinentes te in partem nostre sollicitudinis euocantes prefatam prouinciam Fori Julij cum omnibus ipsorum hominibus Incolis et Inhabitatoribus cuiuscumque status gradus seu conditionis existant bonis possessionibus et Juribus ipsorum quibuscumque. Tibi non per errorem aut improuide sed animo deliberato sanoque fidelium et procerum nostrorum accedente consilio nostris loco et nomine gubernandi et regendi committimus plenarie per presentes, fidelitati tue presentibus districte precipiendo mandantes Nostre gracie sub obtentu Quatenus prefatos Terrigenas Incolas et Inhabitatores prouincie Fori Julij a grauaminibus quibuslibet salubriter defensare necnon ipsorum homines et bona, ab oppressionibus Iniurijs, ac ceram illicitis perturbacionibus angarijs perangarijs et alijs grauaminibus, quibuscumque vice et auctoritate nostra tamquam nostros et Imperii sacri Subditos et fideles protegere debeas fideliter et tueri, ac etiam eosdem circa ipsorum Jura, libertates gracias et antiquas consuetudines effectualiter conseruare similiter quod vniuersas et singulas dissensiones lites et discordias inter prefatos Terrigenas Incolas et Inhabitatores subortas et dampnose vigentes sedare et finaliter complanare iusticia uel amore vsque ad nostre voluntatis beneplacitum et tam

diu quousque per Sanctissimum in Christo pa-
trem et dominum dominum Allexandrum digna dei
providencia sancte Romane ac universalis Ecclesie
papam quintum dominum nostrum reverendissimum
et nos sancte Aquilegiensis Ecclesie que de demanio
nostro existit de persona utili et ydonea et provincie
Fori Julij de tranquillo et felici statu provisum fuerit
sic quod tam Ecclesia Aquilegiensis quam eciam pro-
vincia Fori Julij in ipsorum juribus libertatibus
et antiquis consuetudinibus permaneant pacifice et
quiete, et quod Terrigene Incole et universi et sin-
guli Inhabitatores eiusdem provincie predicto domi-
no nostro Summo pontifici, ac sancte Romane Ec-
clesie et consequenter nobis et sacro Romano Im-
perio eo comodo(plius) obsequi valeant et servire In-
tercetera eciam tue fidelitati districte precipimus
et mandamus omnino volentes, Quatenus in ca-
sum quo quispiam de Terrigenis Incolis Inhabita-
toribus provincie Fori Julij tibi nostro et Imperij
sacri nomine obedire ac litibus et dissensionibus
suis renunciare noluerit, quod tunc tu eundem
ad id faciendum compellere debeas realiter et arce-
re. Mandamus igitur universis et singulis pre-
latis, Comitibus, Baronibus Nobilibus, Ministe-
rialibus, Militibus, Clientibus, Officialibus,
Vasallis, Ceterisque sancte Aquilegiensis Ec-
clesie et provincie Fori Julij Incolis et Inhabi-
tatoribus cuiuscumque preeminencie extiterint
nostris et Imperij sacri fidelibus dilectis firmi-
ter et districte Quatenus ipsi tibi in omnibus
et per omnia tamquam nobis in premissis pare-
re et obedire debeant fideliter et devote usque ad

nostre voluntatis beneplacitum et tamdiu quousque
per dominum nostrum Apostolicum et nos prefate
Aquilegensis Ecclesie de persona utili et ydonea, ac etiam
provincie Fori Julij sicut prefertur de comodo et tran
quillo statu provisum fuerit operis per effectum Pro
ut indignacionem nostram gravissimam voluerit arcius
euitare. Presencium sub Regie nostre Maiestatis Si
gillo testimonio literarum. Datum Prage Anno Domi
ni Millesimo Quadringentesimo nono die undecima
Octobris Regnorum nostrorum Anno Boemie Quadra
gesimo septimo Romano vero Tricesimo quarto.

Ad mandatum Domini Regis Nicolao referente
Johannes de Bamberg

1410. 3 Febbrajo. Bologna. Papa Alessandro V. prega il Conte di Ortemburgo a dar assistenza al procuratore del Cardinale di Sant'Angelo Pietro Gessa, a cui aveva data in commenda l'Abazia di Moggio, tolta all'abate Tomaso (Cavalcanti) seguace dell'antipapa Angelo Correr.

Alexander episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro comiti de Ortemburch salutem et apostolicam benedictionem. Et si cuique catholico pro iuris sui consecutione defensioneque apostolicum debeat adesse subsidium, eo propensiori cura procurare ex pastorali officio nobis ex alto commisso debemus, ut venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales eorum iuribus non fraudentur, sed in illis conserventur illesi, quo una nobiscum onera et labores pro ipsa ecclesia indefessa solicitudine subire noscuntur. Nuper dilecto filio Petro tunc sanctorum Cosme et Damiani, nunc vero sancti Angeli diacono cardinali monasterium sancti Galli de Mocio ordinis sancti Benedicti Aquilegensis diocesis per privationem de Thomasio monacho olim eiusdem monasterii abbate eo, quod perditionis filio Angelo Corario dudum in sua obedientia Gregorio XII nominato in generali concilio nuper in civitate Pisana celebrato heretico et a fide catholica devio per diffinitivam sententiam declarato in preiudicium unionis ecclesie damnabiliter adherere et favere presumpserat et aliis iustis causis ad id animum nostrum moventibus per nos factam vacans auctoritate apostolica motuque proprio concessimus in commendam, ut aliis nostris superinde confectis litteris plenius continetur. Nunc autem precepto eundem Thomasium cum certis suis complicibus temere resistere ac totis impedire conatibus, quo minus dictus cardinalis possessionem pacificam prefati monasterii assequatur. Nos volentes eidem super hoc congrue, ut ad nos spectare dinoscitur, providere, nobilitatem tuam harum tenore requirimus et affectuose in domino exhortamur, quatinus dilecto filio Antonio de Ausimo apostolice camere clerico procuratori ac vicario per eundem cardinalem in dicto monasterio constituto ad posses-

sionem predicti monasterii adipiscendam et adeptam paci-
fice retinendam favoribus et auxiliis oportunis velit assistere
ac eum quantum in ipsa est, in dicto monasterio eiusque iu-
ribus manutenere ac defendere, prout per eandem nobilitatem
tuam fieri cupimus et speramus, in hiis pro nostra et aposto-
lice sedis reverentia te taliter habens, quod inde tua nobilitas
valeat merito commendari et nos erga te reddat continuo gra-
tiores. Datum Bononie, III nonas februarii, pontificatus no-
stri anno primo.

B. de Pileo

In dorso: Dilecto filio nobili viro .. | comiti de Ortemburch.
..t de Reate: , pro domino cardinali sancti Angeli
Originale, littera clausa, in pergamena, la bolla plombea
pende „in filo canapis". Repertorio XXIV.

410-411: ... Lagnanze del patriarca d'Aquileja e della Patria coi Duchi d'Austria — Proposte di questi.

Querele exposite per patriarcham Aquilegensem et totam patriarchatum contra dominos duces Austrie etc.
Item ut castrum Potestangni, quod nuper Tristanus de Zabriano tamquam capitaneus ecclesie Aquilegensis retinens domino Friderico duci Austrie de facto et nepharie tradidit, quod idem dux de facto contra ecclesiam Aquilegensem recepit.
Item dux Fridericus scripsit nuper Venetiis inhibendo omnibus mercatoribus sub amissione omnium rerum et mercimoniorum ne transirent per patriam Fori Julii per stratas solitas et consuetas sed compellit eos transire per Tridentum et alibi per territoria sua in maximum preiudicium ecclesie Aquilegensis et patrie Fori Julii contra iura imperii
Item inpediunt se de collacionibus beneficiorum et ecclesiarum spectantium ad collationem et omnimodam dispositionem ipsius patriarche ac dicte ecclesie et ipsorum subditorum prelatorum. Similiter faciunt clero eiusdem ecclesie exacciones indebitas et iniustas taleas que inponunt ipsumque clerum per se et suos subditos diversis oneribus et gravaminibus opprimentes non timentes deum neque verecundiam humanam formidantes.
Inhibuerunt dicti domini duce[1] ne ex suis territoriis aliqua victualia conducerentur ad patriam Fori Julii
Item dominus dux Fridericus inportune indebite et iniuste nulla subsistente causa magnum exercitum congregavit causa insultandi dictam patriam Fori Julii precipue terram Utini et contradam Cadubrii in magnum preiudicium et dampnum dicte ecclesie Aquilegensis non obstante, quod ipsa ecclesia stat et est in et sub proteccione sacri imperii Romani nulla diffidacione precedente.
Item gentes domini ducis Leopoldi patris dominorum ducum E. et F. transeuntes per patriam Fori Julii versus Tervisium dampna maxima nobilibus de[2] Valvesono

[1] sic

[2] la parola de è scritta due volte

valles animalia et captivos hostiliter capiendo intulerunt nulla causa subsistente, que dampna ascenderunt ultra summam duorum milium ducatorum.

Antburt unsers herren von Osterreich gen dem Kunig. Patriarch (vedi sotto la traduzione).

1) Dopo la parola wegen è cancellato: dem

Von des patriarchen wegen[1] umb den Peutenstain, den hat unser herr von Osterreich von dem Zibrianer ingenomen und nicht von dem patriarchen. So hat auch unser herr von Osterreich gut brief, daz der Peutenstain zu seinem land gehört. Nu ist er des Peutenstains entwert an recht unwissend und in den dingen, als er mit dem patriarchen noch den seinen nicht, denn güts, wisst ze schaffen haben.
Item als er denen geschriben hat gen Venedig und daz er in Kost nit lat zügeen etc, das hat er in getan als seinen rechten veinden und maint auch, daz er des recht hab, wan si im das sein vorhalten und macht darumb weder gleichs noch des rechten bekomen.
Als sich denn unser herr herzog Fridreich besament hat etc des laugent er nicht und solt er unsers herren des kunigs nicht geschont haben; het er denn gemöcht, er het sein scheden und smeh gerochen, doch hab er in dozemal nichtz getan, dovon so hab er in darumb nichtz ze antwurten.

In carta, di mano del principio del secolo XV.

Risposta del nostro Signore d'Austria al Patriarca.

Quanto al lamento del patriarca perchè nostro Signore d'Austria ha ricevuto Peutenstain da Zibriano e non dal patriarca, anche il nostro Signore d'Austria ha buon documento che Peutenstain appartiene al suo territorio. Ora egli è privato di Peutenstain, non occupandosi di diritto, e in realtà sapendo di non aver fatto al patriarca ed ai suoi se non bene.
Item, quanto all'aver egli scritto a Venezia, egli ha fatto ciò come contro suoi legittimi nemici, e crede di averne il diritto, quando essi gli trattengono il suo, e non offende nè la reciprocità di trattamento nè il diritto.
Quanto all'aver raccolto il duca Federico ecc. egli non lo nega, e, se mai non avesse usato i riguardi dovuti al re, egli avrebbe potuto farlo, perchè avrebbe potuto farlo, perchè non avrebbe che vendicato i propri danni e ingiurie; ma non avendo fatto questa volta, e quindi non aver nulla da rispondere.

14 10, 16
Aprile. Praga.

Wenceslao re di de' Romani e di Boemia investe Lodovico duca di Teck del patriarcato d'Aquileja.

Wenceslaus dei gracia Romanorum rex semper Augu-
stus et Boemie rex nobili Ludowico duci de Tek nostro
et imperii sacri devoto et fideli dilecto graciam regiam
et omne bonum. Nobilis devote fidelis dilecte. Considerantes et cum
diligencia attendentes, quod propter carenciam et absenciam
patriarche sancte Aquilegiensis ecclesie iura atque feoda
eiusdem ecclesie quam plurimam propter taciturnitatem
necnon diversis viis atque modis ab eadem ecclesia, que sin-
gulare quoddam et insigne membrum Romani existit im-
perii et a nobis velut rege Romanorum et sacro Romano im-
perio immediate dependet, in feodum alienentur et abstrahan-
tur in regine nostre maiestatis dedecus et contemptum ac
eciam predicte sancte Aquilegiensis ecclesie preiudicium
non modicum et iacturam, quod tamen conniventibus ocu-
lis ac eciam sub silencio preterire nolumus, quando po-
cius nobis et sacro Romano imperio, cuius solius divine
dignacionis dono feliciter presidemus, necnon predicte
sancte Aquilegiensi ecclesie super hoc de oportuno reme-
dio salubriter providere, tibi igitur non per errorem aut
improvide sed animo deliberato sanoque principum ba-
ronum et procerum nostrorum accedente consilio de certa
nostra sciencia et auctoritate Romana regia regalia necnon
temporalia sive feoda patriarchatus dicte sancte Aqui-
legiensis ecclesie cum universis eiusdem attinentiis cum
mero et mixto imperio ac etiam exercicio iuris temporalis
necnon universis suis iuribus honoribus consuetudinibus
observantiis et pertinentiis sicut ipsius sancte Aquile-
giensis ecclesie patriarche hactenus possederunt contuli-
mus et te de eisdem tenore presencium liberaliter investi-
mus volentes et decernentes expresse, quod tu nomine et
loco patriarche predicte sancte Aquilegiensis ecclesie
infeodatus per nos regalibus ac eciam tenore presen-
cium legitime investitus in conferendis feodis et quibus-
cunque actibus regalia et temporalitatem ecclesie predicte

concernentibus plenam habeas et exercere possis et valeas
potestatem. Volumus tamen, quod tu in nostri absencia
nobili Friderico comiti de Ortemburg patrie Fori Julii
gubernatori nostro et imperii sacri fideli dilecto nostro
nomine et ad manus nostras facias et prestes corporale
fidelitatis homagii et obediencie ut moris est solitum sa-
cramentum, sic videlicet quod nobis et sacro Romano
imperio et omnibus successoribus nostris Romanis impera-
toribus sive regibus legitime intrantibus necnon vicario
nostro, quem ad patriam Fori Julii transmittendum de-
creverimus, fidelis et obediens esse velis et debeas, videlicet
bonum nostrum procurando et dampna nostra averten-
do et omnia et singula faciendo et in hiis maiestati
nostre obediendo, que predicte ecclesie Aquilegiensis pa-
triarcha suo naturali et ordinario domino facere as-
strictus est et tenetur consuetudine vel de iure, quodque
eciam si unquam personam nostram te visitare conti-
gerit aut noster in sacro Romano imperio vicarius gene-
ralis ad te pervenerit, quod tunc predicte sancte Aquile-
giensis ecclesie regalia et temporalia de nostris regalibus
seu eiusdem vicarii nostri manibus corporaliter reci-
pias et nobis seu sibi prestes ut moris est fidelitatis
homagii et obediencie solitum sacramentum mandan-
tes universis et singulis comitibus baronibus nobilibus
ministerialibus militibus clientibus vasallis officia-
libus ceterisque terrarum civitatum et bonorum pa-
triarchatus dicte sancte Aquilegiensis ecclesie subdi-
tis cuiuscunque condicionis gradus status seu digni-
tatis extiterint nostris et imperii sacri fidelibus
dilectis presentibus firmiter et districte, quatenus
ipsi tibi Ludowico loco et nomine patriarche eiusdem
ecclesie Aquilegiensi in omnibus tam in iudiciis quam in
aliis singulis exerciciis iurisdicionem temporalem con-
cernentibus reverenter firmiter et debite parere obedire

debeant et intendere difficultate et impedimentis quibus libet penitus procul motis presencium sub regie nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Prage anno domini millesimo quadringentesimo decimo, die decimasexta Aprilis, regnorum nostrorum anno Boemie quadragesimo septimo, Romani vero tricesimo quarto.

A destra del margine ripiegato della pergamena è scritto:

De mandato domini regis Conrado episcopo Olomucensi
Referente Johannes de Bamberg

In dorso: R. Caspar de Leubicz.

Originale in pergamena; il sigillo maggiore del rè pende ad una striscia di pergamena.

1410 Aug. 5. Vienna.

Leopoldo duca d'Austria nomina Ulrico Schenken di Osterwitz a suo Capitano in Pordenone.

Wir Leupolt von gotes gnaden Herczog ze Oster-reich ze Steyr ze kernden und ze krain Graue ze Ty-rol etc. Bechennen daz wir vnserm lieben getrewn Vl-reichen dem Schenkchen von Osterwitz vnser haubtman-schafft zu Portnaw emphollhen vnd In darüber zu haubtmann gesaczt haben emphelhen vnd seczen auch wis-sentleich mit dem brieue In solhermass daz er dieselb vnser haubtmanschafft in all weg getrewleich zu vnsern hannden vnd in vnserm Namen Innhaben verwesen vnd auorichten sol, als das denn vormaln ander vnser haubtmann daselbs habent getan vnd ainem haubtmann zugehöret vnd auch vestikleichen volfüre was wir Im empfelhen mit vnsern briefen oder Boten vnd darJnn nye-mand fürsetze weder frewnde noch ander yemand ange, vnd als er vns auch des yeczo ainen Ayde hat ge-sworen vnd zu verwesung vnd aufrichtung derselben haubtmanschaft haben wir Im zu Jargelt beschaiden zu geben all Jare vnd all die weil er vnser haubt-man da ist vnd In zu ainem haubtman halten die ge-wönleich Summ gelts So man denn vormaln ainem yedem haubtmann daselbs zu Portnaw hat gegeben Dauon gepieten wir dir vnserm getrewn n vnserm gegenwürttigen oder kumftigen Amtmann daselbs zu Portnaw wer der ye zu den zeiten ist vnd wellen ernstleich daz du dem egenanten Vlrichen dem Schenk-chen vnserm haubtmann die gewönleich Summ..

gelts mi den zilen und zeiten als man denn denn die vor einen yedem haubtmann daselbs geben hat von vn, sein Nuezen und gulten desselben Ambts füderleichen gebest und ausrichtest und darumb stetikleich sein Quit, tung nemest. Wan was du jm der ye also beczalest und des du vns mit seinen Quitbrieuen beweisest das wel, len wir dir an deiner Raytlung legen und abeziehen heis, sen angeuerd. Mit vrchund diez brienes Geben ze Wienn an Sand Oswalts tag Nach kristi geburde Vierczehen hundert Jare darnach in dem Cehenden Jaren

Dominus dux in consilio.

Edito dal Valentinelli, Cod. dipl. Portusnaon. p. 157.

1410. 26 Settembre. Aquileja.

Il Comune di Aquileja promette obbedienza ai conti di Gorizia finchè in Friuli torni la pace con un unico Patriarca.

Universis et singulis, ad quos presentes pervenerint, harum serie facimus manifestum, nos .. provisores, consilium et comune civitatis Aquilegie, quod pro bono pacis, conservatione nostra et bonorum nostrorum pariter et civitatis nostre Aquilegie defensione et securitate illustribus principibus et dominis dominis Henrico et Johanni Mainardo palatinis Karinthie comitibus Goricie et Tirolis nec non ecclesiarum Aquilegensis, Tridentine et Brixinensis advocatis, protectoribus et defensoribus, donec discordie et guere in patria Foriiulii nunc vigentes sedate et reconciliate fuerint ac de patriarcha unico, cui patria Foriiulii generalem exibeat obedienciam, provisum et declaratum fuerit et de patriarchatu nulla lis seu questio ventilabitur promptam, fidelem et subiectivam obedienciam, prout patriarchis et rectoribus preteritis exibuimus, promittimus exibere, que discordie sive guerre sedate per veram et rectam pacem ac de patriarcha cui ~~[illegible]~~ in pristinum statum et gradum, prout ante hanc promissionem sive obligacionem persistere debeamus, iurisdiciones tamen ipsorum illustrium dominorum comitum in aliquo non infringendo nec derogando; quam quidem promissionem et obligationem iussimus plenarie per certos nostros sindicos, procuratores et nuncios speciales adimplere et exequcioni mandari, ut patet per mandatum eisdem atributum et concessum et sigillum nostre communitatis Aquilegie munitum, cuius mandati de verbo ad verbum tenor talis est: Universis et singulis presentem paginam inspecturis pateat evidenter, quod nos .. provisores, consilium et comune civitatis Aquilegie tenore presentium facimus, eligimus et constituimus in nostros et nostri communis Aquilegie veros legittimos et indubitatos sindicos

(In margin: patria obediencíam exibeat generalem, provisum et declaratum fuerit et de patriarchatu nulla lis nec questio ventilabitur,)

procuratores, actores, factores et negociorum gestores et nuncios speciales providos et discretos viros ser Bertholomeum de Capitelengo presentialiter nostre communis Aquilegie camerarium, Iohannem de Furlino, Jacobum de Bugatiis notarium et canzelarium dicti communis Aquilegie, Iacomelum Amadei et Dionisium Mauri concives nostros presentes et mandatum in se sponte suscipientes specialiter et nominatim ad dandum, tribuendum, prestandum et concedendum fidelem subiectiam et debitam obedienciam illustribus et magnificis dominis dominis .. comittibus Goricie et eorum locum tenentibus tanquam advocatis et defensoribus ecclesie Aquilegensis cum promissionibus et obligationibus hinc inde cum omnibus clausulis in premissis et quolibet premissorum necessariis et oportunis, cum plena, libera et generali administracione ac potestate, promittentes per nos et nostros sucessores firmum, ratum et gratum habere, tenere et observare, quicquid per dictos sindicos et procuratores actum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum, etiam si mandatum exigeret magis speciale sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum dicti communis Aquilegie presentium et futurorum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes fieri mandavimus et nostri sigilli consueti munimine roborari. Datum Aquilegie, die vigesima mensis septembris, tercia indicione. Quod mandatum prorsus omni vicio et suspicione caret, In quorum testimonium et fidem premissorum omnium et singulorum presentes fieri mandavimus et apensione nostri consueti sigilli muniri. Datum Aquilegie, die vigesimo sexto mensis septembris, de millesimo quadringentesimo decimo, tercia indictione.

Originale, in pergamena, il sigillo pende ad una striscia di pergamena. Repert. XXIV.
1/A

1410. 20 Novembre.

Neustadt. Il Duca d'Austria nomina Ulrico Schenk di Ostrowitz suo capitano in Trieste.

Wir Leupolt von gotes graden herzog ze Österreich ze Steyr ze Kernden und ze Krain grave ze Tyrol etc. bechennen, daz wir unserm lieben getreun Ulreichen dem Schenkchen von Ostrawicz unser haubtmanschaft zů Triest mit allen den rechten eren wirden als die denn ander ŭnser haubtlůt daselbs vor inngehebt habent empholhen und in zů haubtman darůber gesaczt haben, emphelhen und seczen auch wissentleich mit dem brief in solher mass, daz [er] die zů unsern handen und in unsn[1] name in allweg getreulich innhaben verwesen und ausrichten sol, als das denn ander unser haubtleut vormalen da getan habent und ainem haubtman zůgehŏret doch unz auf unser widerrůffen. Mit urchund dicz briefes geben in der Neunstat an phinztag vor Katherine, nach Krists gebůrde im vierzehen hundertisten und dem zehenden jare

[1] sic!

Originale in Pergamena, il sigillo pende ad una striscia di pergamena.

1411, Jänner 24. Buda.

Sigismondo Re de' Romani manda Federico Conte d'Ortemburg a pacificare il Friuli.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex sem-
per Augustus et Hungarie etc Rex .. Nobili
Friderico Comiti de Ortemburg, nostro et Imperij
Sacri fideli dilecto Graciam Regiam et omne
bonum. Nobilis fidelis dilecte Quamuis cunctorum
nostrorum fidelium et agendorum multiplicium
nos ingens cura sollicitet Sacrum tamen Ro-
manum Imperium cui solius diuine dignacionis
dono feliciter presidemus cum annexis suis tanto
* quo diligencius intuemur, quanto illud tamquam
caput et membrum nobilius omnium que nobis
a diuina potestate collata sunt cognoscimus ea-
rius diligendum. Cum itaque ipsius Sacri Ro-
mani Imperij gubernationi, quam libentissime
vbique locorum personaliter ageremus, nisi diuer-
sarum occupationum pro quibus ad vtilitatem
fidelium per regiones varias frequenter distrahi-
mur multiplicitas obuiaret, totis cupiamus affec-
tibus salubriter prouidere et talem constituere ibi-
dem vice nostra, qui absencie nostre deffectum sup-
pleat, et personam nostram veraciter representet
Ne igitur fidelis dilecte vniuersi et singuli terri-
gene Incole et Inhabitatores prouincie Fori July
nostri et Imperij fideles dilecti nobis absentibus
fructum neccessarie prouidentie carere videantur.
Sed ab ipsorum incomodis et molestijs quibus
huc usque sicut accepimus oppressi sunt releuentur
Et sub fausto nostro regimine felicia incremen-
ta suscipiant et in amene pacis delicioso solatio

* V · precordialius tantoque

feliciter conquiescant de inmota tue fidei constancia
et probata circumspectionis industria plenam et indu
bitatam fiduciam obtinentes, Te in partem nostre
sollicitudinis euocantes prefatam prouinciam Fori
Julij cum omnibus ipsorum hominibus Incolis et
Inhabitatoribus. Cuiuscunque status gradus seu con
dicionis existant. bonis possessionibus et Juribus
ipsorum quibuscunque tibi non per errorem aut
inprouide sed animo deliberato sano que fidelium
et procerum nostrorum accedente consilio. nostris
loco et nomine gubernandam et regendam commi
timus plenarie per presentes. fidelitati tue pre
sentibus districte precipiendo Mandantes nostre gra
cie sub obtentu Quatenus prefatos terrigenas Incol
las et Inhabitatores prouincie Fori July a graua
minibus quibuslibet salubriter defensare. Necnon
ipsorum homines et bona ab oppressionibus, Iniurijs
ac etiam illicitis perturbacionibus angarijs per
angarijs, et alijs grauaminibus quibuscunque
vice et auctoritate nostra tamquam nostros et Impe
rij Sacri subditos et fideles, protegere debeas fi
deliter et tueri ac etiam eosdem circa ipsorum Ju
ra libertates gracias et antiquas consuetudines
effectualiter conseruare Similiterque vniuer
sas et singulas dissensiones lites et discordias, in
ter prefatos terrigenas Incolas et Inhabitatores
subortas et dampnose vigentes sedare et finaliter
complanare Justitia vel amore vsque ad nostre
voluntatis beneplacitum, et tamdiu quousque per
Sanctissimum in Christo patrem et dominum domi
num Johannem digna dei prouidentia Sacrosancte
Romane et vniuersalis Ecclesie Papam vicesimum
tertium dominum nostrum Reuerendissimum et nos

sancte Aquilegensis Ecclesie que de dominio nostro extitit de persona utili et ydonea, et Provincie fo. ri Julij de tranquillo et felici statu provisum fue. rit Sic quod tam Ecclesia Aquilegensis quam e. ciam provincia foriJulij, in ipsorum Juribus liber. tatibus et antiquis consuetudinibus permaneant pacifice et quiete Et quod terrigene Incole et univer. si et singuli Inhabitatores eiusdem provincie pre. dicto domino nostro Summo pontifici ac Sancte Romane Ecclesie, et consequenter nobis et Sacro Romano Imperio eo commodius obsequi valeant et servire, Inter cetera, eciam tue fidelitati districte precipimus et mandamus omnino volentes, Qua. tenus in casu quo quispiam de terrigenis Incolis et Inhabitatoribus provincie ForiJulij tibi, nostro et Imperij Sacri nomine obedire ac litibus et dis. sensionibus suis renunciare noluerit. Quod tunc tu eundem ad id faciendum compellere debeas reali. ter et arcere. Mandamus igitur universis et sin. gulis Prelatis, Comitibus Baronibus Nobilibus Ministerialibus, Militibus Clientibus Officiali. bus, Vasallis, Ceterisque sancte Aquilegensis Ecclesie et Provincie ForiJulij, Incolis et Inhabita. toribus cuiuscunque preeminencie extiterint, nostris et Imperij sacri fidelibus et dilectis firmiter et di. stricte Quatenus ipsi tibi in omnibus et per om. nia, tamquam nobis in premissis parere et obedire debeant fideliter et devote, usque ad nostre volun. tatis beneplacitum et tamdiu quousque per domi. num nostrum apostolicum et nos prefate Aquile. gensis Ecclesie de persona utili et ydonea ac eciam provincie ForiJulij sicut prefertur de comodo et tranquillo statu provisum fuerit operis per effectum

prout indignacionem nostrum grauissimam voluer
arcius euitare Presencium sub nostro Regio Sigil
lo testimonio litterarum. Datum Bude Anno Domi
ni Millesimo Quadringentesimo vndecimo, die vicesim
quarta Januarij Regnorum nostrorum Anno Hun
garie xxiij° Romanorum vero primo.

Ad mandatum domini Regis Georg
ius vicecancellarius.

(1411), 5 Giugno. Pordenone. Lettera di uno di S. Foca all'abate di Millstadt per chiedergli protezione temendo di incendio e saccheggio nella guerra tra il patr. Antonio e collegati contro i Cividalesi e loro amici.

[c. 1411] 5 Juni, Portenau

Odoricus Broti von San Foca an den Abt Johann von Millstatt: berichtet ihm über die in der Fehde des gewesenen Patriarchen von Aglei, Antonius und der Brüder desselben mit der Stadt Cividale vorgefallenen Einäscherungen und Plünderungen verschiedener Dörfer; bittet um seine Verwendung bei dem Patriarchen, dass die Einwohner von San Foca verschont werden etc.

Reverendissime pater et domine mi graciose
Vestram recepi literam continentem qualiter vulgari relacione paternitas vestra receperat discordiam orisse inter nobiles patrie Fori Julii et cetera, ut in dicta litera plenius continetur ad quam quidem literam paternitati vestre graciose duco respondendum quod verum est quod discordia orta est inter dominum Antonium olim patriarcham aquilegiensem et fratres cum eorum collegatis ex una parte et civitatenses Austrie cum eorum colegatis ex altera ~~pte~~ pro qua quidem discordia quidam frater dicti domini Antonii patriarche comburere fecit quedam villa dominorum de Porcilliis nomine Roveretum et aliam vocatam Runches. Item comburere fecit villam unam vocatam Brateg... ..horum dominorum de Castro et illam derobaverunt; item comburere fecit villam Sancti Laurentii ~~[illegible]~~ dominorum de ~~K~~ Vvalvesono et allias dictorum dominorum fecit derobari pro qua quidem causa omnes de Sancto Fo-

c. 46

cato et de alliis villis circonstantibus redu-
ti sumus super territorio terre Portusnaonis
et non sumus ausi stare in villa nec posumus
laborare nisi paternitas vestra providerat de
mittendo aliquam ydoneam personam ad
dictum dominum patriarcham rogando ut
nos de Sancto Focato et allios subditos ve-
stros non debeat facere molestare significan
do sibi qualiter villa Sancti Focati est ecclesie
vestre et ad dominos de Porciliis non perti
net salvo in puniendo aliquem malefactorem
et spero quod si paternitas vestra facit hoc
cum adiutorio eciam domini capitanei Por-
tusnaonis et comitatus poterimus stare
in villa et laborare; hucusque gracia dei
et vestri molestiam et dampnum aliquid
dicte derobationis non recepimus nisi quod
admittimus tempus laborandi. Item reveren
de paternitati vestre significo quod ambasiatores
Venetorum venientes in patria ad tractan
dum pacem, utrum sequatur ignoro. Nichilho
minus paternitas vestra non desistat de provi
dendo ut supra quia dubito quod pax non poterit
sequi consideratis supradictis.
Item de pecuniis vestris ad quas vestri nomine
feci expensas pro quibus ad presens valeo adim
plere iuxta mandata, nichilhominus me-
diante gracia dei providebo adimplere et facere
debitum meum alie ad presens parata esse. Datum
in Portunaone die V^to^ Iunii.

Per vestrum humilem servitorem
Odoricum Brati de Sancto Focato

Cum recomendacione se ipsum etc.

Reverendo in Christo patri et domino domino Johanni dei
gracia abbati Milistattensi domino suo graciosissimo detur

1412, Giugno 14. Themesgurck.

Sigismondo Re de' Romani nomina Federico Conte d'Ortemburg Vicario imperiale in Friuli.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex Notum facimus tenore presentium universis Quorum incumbentibus nobis assidue negociorum varietatibus innumeris dum pro felici statu rei publice animus noster hinc inde distrahitur dignum estimamus et necessarium arbitramur ut qui tot regionibus nobis commissis provide gubernandis adesse non possumus viros fide et circumspectione probatos in partem nostre solicitudinis statuamus Sane licet sancte Aquilegensis ecclesie jurisdictioni sacri Romani Imperij subiecte que proh dolor retroactis temporibus oppressa quam plurimum et adhuc cottidie opprimi dinoscitur et lacerari succurrere affectemus pro reformando-que felici statu et iocunda pace stabilienda in partibus patria et dominio Fori Julij Patriarchatus predicti invigilare cupiamus Tamen nonnullis arduis et evidentissimis causis Monarchiam totius sacri Romani Imperij concernentibus occupati volentes et ex animo cupientes dicte patrie incommoditatibus subvenire pacemque et tranquillitatem in ea procurare Nobilem Fridericum comitem in Ortemburg et Sternberg quem nobilitas sanguinis fides virtutum approbata merita et experiencia rerum magistra constantem fidelem et utilem nobis edocuit nedum ad talia sed ad maiora in partem nostre solicitudinis evocantes in nostrum et sacri Romani Imperii in patria et provincia ac dominio Fori Julij patriarchatus Aquilegensis preno-

tari in omnibus et per omnia animo deliberato sanoque et maturo consilio usque ad nostre maie, statis beneplacitum creamus facimus et ordi, namus de nostre Romane Regie plenitudine pote, statis verum legittimum universalemque vicarium ac generalem dantes exnunc et virtute presentium concedendentes eidem nobili Friderico Comiti et Vicario auctoritate predicta de certa nostra sci, encia plenam et expressam licenciam ac omnimo, dam facultatem et potestatem generalem Jurisdic, tionem ac administracionem vice et auctoritate nostris et sacri Imperij in dicta patria provincia et dominio terre Fori Julij pacem reformandam in, ducias et treugas prefigendas iniquos et quoslibet malos puniendi Capitaneum Pretores Capellanos Judices Juratos Consules Civitatum ceterosque officiales ponendi ordinandi eligendi instituendi et destituendi fidelitates preterea et omagia Jura, menta et obedienciam a quibuscunque personis recipiendi Etiam cum quibuscunque Principibus Ducibus Marchionibus Prelatis et Baronibus Comitibus terris Civitatibus Comunitatibus locis et alijs quibuscumque personis Convenciones fede, ra pacta litigia concordias promissiones pacis et obligationes faciendi eciam si opus fuerit bel, lum indicendi exercitum et guerram movendi et faciendi fideles premiandi Infideles vero et quos, cunque profugos exules proscriptos et bannitos ad graciam pro quocumque debito aut infideli, tate tam pristino quam moderno tempore contrac, ta eciam crimine lese nostre maiestatis obfuscatos recipiendi et revocandi boneque fame et eorum bo, nis restituendi reddendi et reintegrandi Et generali,

ter omnia et singula faciendi gerendi et exercendi que nos ipsi facere possemus et que maiestatis nostre presenciam requirerent personalem. Nos vero quitquid in premissis et circa ea et quelibet alia idem nobilis Fridericus Comes et vicarius fecerit rata habebimus atque grata faciemus que dante Domino auctoritate Romane Regie potestatis supradicta firmiter observari. Datum in Themespurck Anno Domini Millesimo Quadringentesimo undecimo xiiij Junno Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc vicesimo tercio Romanorum vero primo nostri sub appensione Sigilli.

1411 2 Novembre. Udine.
Patti della lega della Comunità di Udine coi Duchi d'Austria.

1411 November 2, Udine.

Die Stadt Udine und das Friauler Gebiet anerkennen die Schutzherrlichkeit der Herzoge von Österreich über das Gebiet des Patriarchats, sowie das Recht denselben sich durch einen Statthalter vertreten zu lassen.

Notariatsurkunde auf Perg. mit wohlerhaltenem anhangenden Siegel der Stadt Udine.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo quadringentesimo undecimo, indictione quarta die Lune secundo mensis Novembris. Crescit excellentissimorum principum honor et fama dum antiquissimam libertatem preciosissimum boni genus magnificarum communitatum et nobilium earundem et presertim inter quos perfecte amicitie et vere caritatis sinceritas antiquis et continuatis temporibus noscitur viguisse totis viribus inquantum honestas et iusticia suadet defensare et protegere disponuntur. Hinc est quod cum ad noticiam illustrissimorum ac excellentissimorum principum et dominorum dominorum Herniste et Federici ducum Austrie etc non semel sed pluries veridicis et fide dignis relatibus pervenisset quod per nonnullos aliqua contra bonum statum ecclesie Aquilegiensis franchisias et libertatem patrie Fori Iulii procurabantur et tractabantur ipsi illustrissimi domini domini duces considerantes periculum quod iminebat ecclesie ac patrie supradictis ac nobilibus et communitatibus eiusdem ex antiqua et singularissima benivolentia et amore quibus eis afficiuntur per nobilem

egregium ~~militem~~ ac magnificum militem do-
minum Burkardum de Rabenstain curie pre-
fati illustrissimi principis domini Federici ducis
Austrie magistrum cum speciali comissione pre-
dicta ipsis nota et manifesta fecerunt ortantes
specialiter egregiam comunitatem Utinensem
et eius nobiles colligatos ac alias comunitates
ipsi comunitati Utini adherentes dulciter ami-
cabiliter et fraterne ut uniti et unanimes esse
deberent ad conservationem patrie libertatis et
franchisiarum suarum ad laudem et reveren-
tiam omnipotentis dei et eius gloriose matris
virginis Marie ac sanctissimi in Christo patris et
domini domini Johannis pape XXIII, sacrique im-
perii et pro pacifico ac tranquillo statu et con-
servatione libertatis eiusdem patrie Forijulii
et ecclesie Aquilegiensis et specialiter dicte terre
Utini, offerentes se quod in casu quo homines
ac comunitates et nobiles patrie et specialiter
dicta comunitas cum nobilibus colligatis suis
ac comunitatibus aliis sibi colligatis seu adhe-
rentibus ad conventionem et unanimitatem pre-
dictam se deponerent cum effectu ob reveren-
tiam sedis apostolice sacrique imperii ac singu-
larissimarum affectionem quam gerunt ec-
clesie aquileyensi et patrie predicte ipsi domi-
ni principes et duces dictam aquilegiensem eccle-
siam ac patriam Forijulii et specialiter dictam
comunitatem Utini cum nobilibus colligatis
suis qui semper fuerunt fidelissimi dicte eccle-
sie Aquilegiensis reciperent et susciperent in eorum

protectionem et defensionem per modos vias et formas iustas et rationabiles. Quam oblationem nos Nicolaus domini Tristami de Savorgnano, Nicolaus de Arcoloniis, Candidus de Tarcento, Maninus de Maninis, Thobias de Sibilittis, et Leonardus Thealdi deputati pro presenti ad regimen dicte terre Utini ac tamquam sindici et procuratores hominum comunitatis predicte terre Utini, ut de sindicatu et procuratorio constat manu providi Antonii notarii Mathiussii sub presenti millesimo et indictione, die vero vigesimo septimo mensis Octobris dilligenter examinantes et cognoscentes eam procedere ab optima dispositione naturali benignitate ac singularissima affectione quam ipsi domini principes et duces habent ad conservationem libertatis dicte Aquilegiensis ecclesie et patrie Fori Iulii et nostram cernentes manifestam ruinam et totius patrie nisi subito provideretur ipsi patrie de remediis opportunis mediante pluries consiliaria determinatione ipsius terre Utini disposuimus esse unam animam et unum corpus uniti simul omnes et coniuncti ad defensionem status ecclesie Aquilegiensis iam dicte et patrie Fori Iulii libertatis ac nostre secundum saluberrimum consilium ipsorum illustrissimorum dominorum ducum acceptantes reverenter tam grandem tamque caritativam oblationem ipsorum ac eorum subsidium et protectionem nobis necessarium et opportunum et sine quo ipsam patriam eiusque

statum ullo modo protegere non valeremus cum capitulis conventionibus promissionibus ac obligacionibus infrascriptisque universis et singulis presentes literas inspecturis visuris et audituris nota volumus esse et manifesta Primo quidem promisimus ac corporaliter ad sancta dei evangelia tactis scripturis iuravimus ac tenore presentium promittimus et iuramus nos predicti deputati ad regimen dicte terre Utini ac tamquam procuratores et sindici hominum et communitatis ipsius terre et nomine ipsius comunitatis Utini spectabili et magnifico viro domino Burkardo predicto dictorum illustrissimorum principum et dominorum dominorum ducum Austrie speciali nuncio ac commissario ac ipsorum dominorum ducum Austrie nomine stipulanti et recipienti facere et prestare ac exnunc tenore presentium facimus damus et prestamus ipsis illustribus principibus et dominis dominis ducibus Austrie omnem reverentiam fidelitatem et obedientiam quam et quas prefata comunitas cum dictis eorum habitatoribus et incolis prestavit et solita fuit prestare reverendissimis dominis patriarchis qui pro tempore fuerunt temporibus retroactis prefata comunitate remanente in suis antiquis consuetudinibus et libertatibus cum hoc quod prefati illustrissimi principes et duces ipsam aquilegiensem ecclesiam et patriam Fori Iulii et specialiter dictam comunitatem gubernare protegere ac defendere teneantur et debeant contra quoscumque principes barones et quecumque dominia et nobiles

ac com^un^itates conantes seu conantia nunc vel in-
posterum invadere seu usurpare bona aliqua
predicte Aquilegiensis ecclesie et specialiter ipsius
terre Utini in bonis pariter et personis et hoc
usque ad adventum novi patriarche futuri legi-
time creandi. Item quod prefati domini duces
bona fide et sine fraude sollicitare debeant suo
toto posse in Romana curia per eorum amba-
siatores et nuncios quod prefate aquilegiensis
ecclesie quanto cicius fieri poterit provideatur
de legitimo patriarcha et pastore qui sit ap-
tus et sufficiens ad regimen patrie Fori Iulii
prelibate. Item quod in casu quo provideretur de
aliquo patriarcha qui non esset gratus prefatis
dominis ducibus dicta com^u^nitas non debeat ip-
sum patriarcham acceptare nec ei aliquam obe-
dientiam facere et e converso in casu quo creare-
tur aliquis patriarcha qui non esset gratus pre-
fat~~e~~ com^u^nitati predicti domini duces etiam
ei assentire non debeant nec inquantum in eis
erit ipsum aliqualiter acceptare. Item quod pre-
fati domini duces valeant et teneantur ponere
et tenere unum locumtenentem vicedominum no-
mine ipsorum dominorum ducum in terra Utini
vel alibi ubi eis placuerit in patria qui habeat in-
stituere et ponere officiales ~~et~~ videlicet marchallum
vicarium in temporalibus, capitaneum, ga-
staldionem et potestatem in temporalibus et
regere ipsam terram et patriam Fori Iulii sicuti
consueti fuerunt patriarche aquilegienses temporibus
ribus retroactis. Item quod omnia et singula

fortilicia ecclesie Aquilegiensis que pervenient de presenti vel in futurum quandocunque vel qualitercumque ad manus seu possessionem predictorum principum seu ipsorum locumtenentium libere et sine aliqua exceptione resignare tradi et consignare debeant in manibus et in potestate domini patriarche futuri de proximo ut premittitur creaturi. Item quod de omnibus et singulis excessibus comissis seu perpetratis per quoscumque personas quandocunque et qualitercumque usque in tempus presentis promissionis nullus fiat processus seu gravamen aliquod in rebus vel personis tempore premisse obedientie et quod prefati domini duces procurabunt et facient cum effectu cum quocumque patriarcha proxime creando quod similiter tempore suo nulla fiat novitas processus seu gravamen de et super excessibus predictis. Item quod ribelles huius communitatis tempore premisse obedientie nullatenus in terram Utini accedere seu venire permittantur sine voluntate communitatis Utini antedicte. Item quod omnes sententie et processus quandocumque facte per dominum nostrum patriarcham Antonium et officiales suos usque in presentem diem contra quoscumque observentur et approbentur per ipsos dominos duces et officiales suos et pro posse procurabunt bona fide et sine fraude quod futurus patriarcha illa omnia similiter rata habebit et confirmabit. Item quod quando scribetur domino nostro summo pontifici pro patriarcha creaturo quod cum omni dilligentia instetur ipsi domino nostro summo pontifici pro

quod beneficia collata per dictum dominum patriarcham Antonium civibus terre Utini precipue auctoritate apostolica et gracie facte ipsis civibus dicta auctoritate confirmentur ratificentur et approbentur cum omnibus clausulis opportunis Item quod prefati domini duces teneantur et debeant omnes et singulos nostros colligatos sequaces et amicos prefate terre Utini acceptare et recipere sub eorum obedientia et protectione cum modis promissionibus et obligationibus premissis. Item promisimus et iuravimus ac tenore presentium promittimus et iuramus facere prestare et adhibere omnem dilligentiam nobis et comunitati nostre possibilem bona fide et sine fraude quod castra et fortilitia ecclesie aquilegensis que tenent prefatus reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Antonius de Portugruario dudum patriarcha aquilegiensis sive eius fratres et specialiter castrum Portusgruarii, castrum Petre Pilose quod est in Ystria, castrum Sophumbergi, castrum tricesimi ac omnia alia castra et fortilicia ecclesie aquilegiensis pervenient ad manus et in custodia dictorum dominorum ducum seu eorum officialium ac locatenentium cum pactis capitulis et promissionibus prelibatis. In cuius rei testimonium presentes nostras literas fieri iussimus scribique mandavimus sigilli comunitatis dicte terre Utini appensione munitas. Datum et actum Utini in domo hospitii providi Iohannis hospitis in Foro Novo dicte terre Utini. Presentibus nobilibus ac prudentibus viris ser. ~~[illegible]~~ Nicolao domi-

ni Tristanni egregioque legum doctore domino Andrea de Monticulo magistro Iohanne Girlo de Tarvisio egregio artium et medicine doctore, ser. Nicolino delaturre, ser. Nicolussio, ser. Janni ser. Nicolao de Soldoneriis, ser. Stephano Sbrugli, ser Iohannuttoboni, ser. Leonardo Porcarii ser. Antonio de Strasoldo, ser. Nicolao condam egregii et spectabilis militis domini Federici de Savorgnano, ser. Leonardo quondam ser. hectoris notarii de Meulittis et ser Antonio filio nobilis viri ser. Valantini de Valantinis omnibus civibus dicte terre Utini testibus ad hec adhibitis specialiter et rogatis Sub millesimo indictione die et mense quibus supra.

S.N. Et ego Antonius natus magistri Mutisussii de Utino aquilegiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac scriba et cancellarius pro presenti anno dicte comunitatis Utini predicta omnia et singula de mandato et commissione magnifice comunitatis mee Utini scripsi annotavi et publicavi meis hic signo et nomine appositis consuetis in fidem et testimonium premissorum omnium et singulorum.

1411. 3 Novembre. Wissegrad. Sigismondo Re de' Romani fa procura di trattare nel Friuli gli affari dell'impero cioè di pacificare etc. al nob. Federico conte di Ortemburg, a Stiborio di Stiborwicz ed a Filippo di Ozora (Pippo de' Scolari detto Pippo Spano).

Registro dell'imperatore Sigismondo E f 11

Item datum fuit[a] procuratorium in amplissima et optima forma pro nobile Fridrico comite de Ortemburg, Stiborio de Styborowicz et Philippo de Ozora ad gerendum negocia imperii per provinciam Aquilegiensem et terras Fori Iulii ad concordandum transsigendum paciscendum et vallandum etc. Datum in castro Wissegradensi anno domini etc XImo, tercia die novembris, anno Ungarie etc XXIIIIo, Romani vero secundo.

Ad mandatum domini regis / Iohannes Kirchen.

a) fuit sopra la linea

1411. 8 Novembre. Wiegrad. Sigismondo Re de' Romani nomina Federico conte di Ortemburgo vicario generale dell'Impero in Friuli e Filippo di Ozora a suoi procuratori in tutti gli affari dell'Impero in Friuli.

Registro del re Sigismondo E f 15-15'

Procuratorium pro comite de Ortemburg et Pipone ad Forum Iulii etc.
Sigismundus dei gracia etc. Notum facimus tenore presencium universis, quod sicud alias nobilem Fridericum comitem de Ortemburg nostrum et imperii sacri generalem vicarium per provinciam Aquilegiensem et terras Fori Iulii creavimus, ita de eiusdem Friderici et nobilis Philipi de Ozora comitis Themesiensis consiliarii et fidelium nostrorum dilectorum legalitate, probitate et circumspectionis industria plenam et indubitatam fidem obtinentes, ipsos animo deliberato sanoque principum prelatorum baronum et procerum nostrorum accedente consilio ac de certa nostra sciencia omnibus meliori modo iure via causa et forma, quibus melius et efficacius possumus et valemus, fecimus constituimus et ordinavimus ac facimus constituimus et presentibus ordinamus nostros et sacri Romani imperii veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negociorum gestores et nuncios speciales ad gerendum dirigendum ac promovendum nostra et imperii sacri negocia per provinciam Aquilegiensem et terras Fori Iulii prefatas, dantes et auctoritate Romana regia tenore presencium eisdem procuratoribus nostris de certa nostra sciencia concedentes predictorum nostrorum et sacri Romani imperii negociorum et factorum quorumlibet per easdem provinciam et terras plenam et liberam administracionem necnon totalem perfectam et omnimodam potestatem cum quibuscumque principibus spiritualibus et secularibus comitibus baronibus magnatibus proceribus ministerialibus militibus clientibus officialibus rectoribus gubernatoribus capitaneis communitatibus universitatibus et singularibus privatisque personis provincie ac terrarum predictarum ac eorum procura-

toribus et sindicis necnon aliis quibuscumque nostris et imperii
sacri fidelibus cuiuscumque status vel preheminencie fuerint, vice
et nomine nostris regiis placitandi tractandum et acceptandum
tractata placitata et acceptilata consumandum et concludendum
firmandum stabiliendum et sicud eis expediens visum fuerit, ro-
borandum eosque et eorum cuilibet universos et singulos excessus
offensas et iniurias ac temeritates adversus nos et sacrum Romanum
imperium in personis et rebus nostris ac ipsius imperii quibuscumque
viis atque modis commissos seu commissas usque ad hec tempora per
eos auctoritate nostra Romana regia totaliter indulgendum et igno-
scendum penas quoque pro excessibus offensis iniuriis ac temeritatibus
huiusmodi debitas sive a lege latas sive ab homine infligendas si
quas incidisse ipsi et eorum singuli viderentur tollendi et omnimode
relaxandi omnemque infamie notam, si qua ex premissis subsecuta
fuisset, in ipsis et eorum quolibet abolendi eosque et eorum quemlibet
fame vel honori statui ceterisque omnibus in integrum restituendi ac
nostre[1] regie[1] per omnia reformandi necnon a nobilibus officialibus
plebeis universitatibus ac communitatibus singularibus privatisque
personis provincie ac terrarum predictarum et locorum earundem que-
cumque fidelitatis et alia iuramenta seu obsequia exigendi requirendi
et recipiendi ac eisdem viceversa quoscumque regios favores concedendi
et imponendi et cum eis super auxiliis et aliis prestacionibus concordandi
et paciscendi tenutam sive possessiones quarumcumque civitatum terra-
rum villarum locorum castrorum et aliorum ad nos et sacrum impe-
rium spectancium capiendum nanciscendum apprehendendum manu-
tenendum custodiendum et conservandum capitaneos rectores et alios
officiales de novo creandum et eos revocandum, prout ipsis procuratori-
bus nostris antedictis expedire videbitur ~~et eos revocandum, prout~~
~~ipsis procuratoribus nostris antedictis expedire videbitur~~ et placebit
adinvendumque practicandum faciendum firmandum et concluden-
dum nostro nomine ligas uniones et confederaciones cum quibuscumque
principibus comitibus potentibus et communitatibus provincie et terrarum
predictarum seu eorum procuratoribus et sindicis cum illis modis

formis et capitulis promissionibus stipulacionibus pactis penis robora=
cionibus obligacionibus iuramentis et clausulis, que nostris predictis procu=
ratoribus videbuntur atque placebunt, et ad obligandum nos et quelibet
bona nostra presencia et futura pro hiis que per eosdem procuratores nostros
fuerint in premissis acta conventa atque premissa et iurandum in nostram
animam nos eadem ~~seaten~~ servaturos[2] ad recipiendum eciam et acceptandum
in quacunque liga unione et confederacione, que per nos ipsos seu procura=
tores predictos facta fuit, ut supra, quoslibet principes comites potentes
communitates ac universitates ad eas intrare volentes illis modis formis
capitulis et pactis, que huiusmodi nostris procuratoribus placebunt, et
generaliter omnia alia et singula faciendum, que veri et legitimi ac indu=
bitati procuratores liberam et generalem administracionem habentes
facere possent et que nos ipsi facere possemus, si personaliter ades=
semus eciam, si mandatum exigant magis speciale, de quo plenam
de verbo ad verbum in presenti procuratorio nostro opporteret facere
mencionem, supplentes nichilominus de plenitudine regie potestatis
omnem iuris defectum, si quis in premissis aut eorum aliquo videretur
admissus, ac lege cuius pretextu talis posset ostare defectus, quo ad pre=
sens procuratorium nostrum de certa sciencia derogantes, promittentes
tenore presencium verbo regio nostro et imperii sacri nomine ratum
atque gratum nos habituros perpetuo, quidquid per supradictos procura=
tores nostros actum factum gestum procuratum ordinatum conclusum
firmatum et stabilitum fuerit in premissis omnibus et singulis et
eorum quolibet necnon in connexis dependentibus et emergentibus circa
talia et contra ea vel ipsorum aliquod per nos vel personam aliam
seu alias interpositam seu interpositas quavis via occasione vel modo
nunquam facere quomodolibet et venire; nolumus tamen, quod per
hoc presens procuratorium nostrum vicariatui supradicti Friderici
in aliquo derogetur, presencium sub regalis sigilli nostri appensione
testimonio litterarum. Datum in castro nostro Wsegradensi anno do=
mini millesimo CCCC° XI° die VIII novembre, regnorum nostrorum anno
Hungarie etc: vicesimoquarto, Romanorum vero secundo.
Ad mandatum domini regis | Johannes Kircher.

1.) C. 2.) Nel codice: seroatas.

1412

1412. 12 Gennajo. Buda. Sigismondo Re de' Romani concede lettera di familiarità e salvacondotto a Nicolò di Portogruaro abitante in Cividale e al cavaliere Corrado Bojani di Cividale.

Registro dell'imperatore Sigismondo E f 15':
Data est littera familiaritatis Nicolao de Port(ugruario) de Civitate Austrie Aquilegiensis dyocesis unacum salvo conductu. Datum Bude anno domini etc. XII°, duodecima die ianuarii, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXV° Romanorum vero secundo.
Ad mandatum domini regis / Johannes Kirchen.
Data est littera familiaritatis unacum salvo conductu strenuo militi Conrado de Boyanis de Civitate et dyocesi supradictis. Datum loco et temporibus quibussupra proxime in nota alterius littere familiaritatis
Ad mandatum domini regis / Johannes Kirchen.

136 September 16 Reutlinger

1412. 28 Marzo. Cassau. Sigismondo Re de' Romani ordina ad Enrico Conte di Gorizia di porre Lodovico di Teck Patriarca di Aquileja, in possesso di tutti i diritti e beni della Chiesa d'Aquileja.

Registro del re Sigismondo f 1 - f 1'.

Wir Sigmund etc. embieten dem wolgebornen Heinrichen graven zu Görtz und zu Tyrol unserm lieben swager und getruen unser gnade und alles gut. Wolgeborner lieber swager und getruer. Wann als offenbar und landkündig ist, die heilig kirche zu Agley, ir getrüen, undertane und das lande zu Frgaul in groszer irrunge langtziite gestanden und leider als wiislose und rechtlose vil swärlicher scheden geliden und empfangen haben, und wann wir dem heiligen Römischen riche fürgesetzt sin und die vorgenannt kirche unser und desselben richs mercklich gelide ist und ir regalia und werntlikegte von uns als einem Römischen küning rüren, darümb meinen wir mit gots hilff zu versorgen und zubestellen, als wir beste mögen, daz ir undertane und getrüen in sölicher irrunge nicht lenger ligen müssen sunder wiszen, wo sy rehte on das kein land besteen oder in redlichem[1] wesen beliben mag suchen und nemen söllen, und wann der erwirdig Ludwig zu patriarchen der vorgenannten kirchen erwelet und also von uns gehalten ist und ouch fürbaz von aller meniglichen gehalten werden sol, und dieselb kirche und ir zugehörunge nu innhat und die sölicher uszrichtunge bedorffe, daz notdörft ist, das er bii den belibe und ouch vollen gewalt habe, die in werntlikegte uszurichten und allermeniglich domit zu versehen und wann wir uns sünderlicher liebe und gantzer trüe zu dir versehen und ouch durch bewerter vernünft und redlikeyte willen, die du an dir hast, ein gantz getruen zu dir haben, dorümb mit wolbeachtem mute, gutem rate und rechter wiszen bevelhen wir dir ernstlich und geben dir ouch in kraft disz briefs und Römischer küniglicher maht volkumenheite unsern ganzen und vollen gewalt,

daz du an unserr stat und in unserm namen den vorgenanten Ludwig in die vorgenant kirchen, ire rehte und zugehörunge setzen, im sine wernltliche lehen, die man nennet wernltlikeyte oder regalia mitsampt dem gewalte des wernltlichen swertes und rechtens mit sölicher zierheit als sich das gebüret, lihen und ouch söliche gewönlich eyde, huldunge und undertenikeyte, als er uns von des richs und der vorgenant kirchen wegen pflichtig zutund ist, von im nemen und empfahen söllest und mögest, doch mit sölichem underscheid, alsbald er mit sinselbs persone uns erreichen und bequemlich zu uns kommen möge, daz er dann die vorgenant sin wernltliche lehen, regalia und wernltlikeyte von unsern henden ouch empfahen und uns gewönlich eide huldunge und undertenikeyte, ~~als er uns von des richs und der vorgenanten kirchen wegen pflichtig zutund ist von im nemen und empfahen söllest und mögest doch mit sölichem underscheid alsbald er mit sinselbs persone uns erreichen und bequemlich zu uns kommen möge, daz er dann die vorgenant sin wernltliche lehen regalia und wernlikeyte von unsern henden ouch empfahen und uns gewönlich eide, huldunge und undertenikeyte~~ lipplichen dorüber tun sölle als herkommen und recht ist und was du also in den vorgenannt sachen tust und tun wirdest, das ist unser gut will und worte und wollen das ouch stete halden, als ob wir dasselber teten. Mit urkünd disz briefs etc. Geben zu Cascowe nach Cristi etc. XII°, des nehsten montags nach dem palmtage unserr riche des Ungrischen etc in dem XXV und des Römischen in dem andern jaren.

Ad mandatum domini regis / Johannes Kircher.

1./f 1'.

1412. 31 Marzo. Castum. Sigismondo Re de' Romani restituisce perdonandogli le offese ricevute al nobile Federico di Torre q. nob. Giovanni di Pinzano, il castello di Torre già preso da Filippo di Ozora e di cui era questo Capitano

Registro del rè Sigismondo E. f. 1.

Restitucio castri dicti Turris facta Friderico de Turri et resumpcio ad gratiam.

Nos Sigismundus etc. tenore presencium notum facimus universis, quod cum honorabilis petitio supplicum effectu debet prosequenti complere, ut dum ea que iuste postulant promerentur, ad fidelitatis obsequia magis eorum devotio acendatur; misericordia enim exaltante iudicium glorio sius reputamus offensas ignoscere subditorum, quam eorum culpas ulcisci. Attendentes igitur ex innate benignitatis clemencia supplicacionem nobilis[1] Friderici de Turri filii condam nobilis Johannini de Pinsano se ad implorandam graciam nostram humiliter convertentis, habentes quoque respectum ad sue fidei et serviciorum studia, que ipsum in redempcionem sue offense et transgressionis preterite grate et utiliter nobis prestiturum nostro respectui representant, dictum Fredericum ad servicia et fidem nostras tota devotione conversum in plenitudinem favoris nostre et gracie recepimus consuete, remittentes eidem omnem offensam atque culpam ymmo castrum suum Turris per fidelem nostrum magnificum Philippum de Ozora comitem Themesiensem exercitusque nostri inibi pro tunc capitaneum pridem captum et nostre dicioni subiugatum ad eiusdem Friderici humilime supplicacionis instanciam, qui in eisdem serviciis et fidelitate nostris nostrorumque successorum et sacri Romani imperii promisit proposuitque debebit[2] perpetuis temporibus permanere, de speciali dono gracie ex novo redonando, ipsum ad illud castrum et eius tenutas restituimus et misericorditer reintegramus. Volumus autem, quod si ullo umquam tempore ipsum ab obvia et fidelitate sacri imperii atque nostra seu successorum nostrorum resilire contingerit, huiusmodi

redonacio, restitucio et reintegracio nullius existant roboris[3] vel momenti presencium sub nostri regalis sigilli appensione litterarum. Datum Passovie anno domini millesimo CCCC°XII, ultima die marcii regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXV, Romanorum vero[2] secundo etc.

Per B. prepositum Albensem / Jo. prepositus et vicecancellarius etc.

1) ad scritto due volte, la prima cancellato. 2) sic.

3) segue cancellato neque

1412 2/5

1412. 2 Maggio. Sigismondo Re dé Romani concede il vicariato imperiale nel capitolo di Aquileja a Galasso figlio di Bortolomio di Savorgnano.

registro dell'imperatore Sigismondo E f 24

Item anno quo supra[1], III die mai data est presentacio ad beneficium seu vicariam in ecclesia Aquilegensi, cuius collatio ad Romanorum regem spectare dinoscitur pro Gallasio filio Bartholomei de Savoriano clerico supradicte Aquilegensis ecclecie. Actum in Dyosgurii II maii.

Ad mandatum domini regis, Johannes Kirchen.

1.) 1412.

1412 / 5

1412 5 maggio. Sigismondo Re dei Romani fa procuratori suoi a reggere le cose dell'Impero nel Friuli, Marca Trivigiana, Italia e Lombardia i nobili Nicolò di Marchal già Voivoda di Transilvania e ora Conte Sinigiense e Giovanni Maroch già Bano di Machow

Registro dell'imperatore Sigismundo E f 24.
Item datum fuit procuratorium in latissima forma pro nobilibus Nicolao de Marchal alias waywoda Transsilvanensi, nunc comiti Sinigiensi et Johanne Maroch alias baro Machoviensi ad dirigendas causas imperii per provinciam Aquilegiensem et terras Fori Iulii, marchie Trevisiane, Italie et Lombardie. Datum Tyorsgiir anno domini etc. XII^mo die V maii, anno Ungarie etc XXV Romani II°.
Ad mandatum domini regis / Johannes Kirchen.

1413. 21 Aprile. Udine. Sigismondo Re de' Romani nomina Conte Palatino il nobile Ludovico de Cignotti di Udine dottore in leggi accordandogli di l'aquila negra nella parte superiore della sua arma.

Registro del re Sigismondo E f 45–45'.

Comitatus palatinus pro Lodovico de Czignotis de Vtinis.

In nomine sancte et individue trinitatis feliciter amen. Sigismundus etc. ad perpetuam rei memoriam. Nobili Ludovico de Czignotis de Vtino sacri imperialis palacii comiti, legum doctori, nostro et imperii sacri fideli dilecto graciam etc. Sceptrigera imperatorie dignitatis sublimitas, sicut inferioribus potestatibus officii et dignitatis datione prefertur, ut commissos sibi fideles optate consolacionis presidio gubernet, quod tronus augusta his tanto solidetur felicius et uberiori prosperitate proficiat, quanto inde ficientis sue virtutis donaria largiori benignitatis munere fuderit ~~et~~ in subiectos, sic a coruscantis splendore imperialis solii nobilitates alie velut a sole radii prodeantes[1] fidelium status et condiciones illustrant, quod prime lucis integritas minorati luminis detrimenta non patitur, ymmo amplioris scintillantis iubaris expectato decore perfunditur, dum in circuitu sedis auguste spectabilium comitum nobilium et procerum numerus ad imperii sacri decorem feliciter adaugetur. Sane ad notabilem et multum considerandam tue circumspeccionis industriam ac virtuose fidei erga nos et ipsum imperium devotam constanciam, quibus in conspectu regio claruisti, nostre maiestatis oculos et interne meditacionis aciem singulari quadam ferventia graciosius dirigentes, te, quem virtutis claritas laudabilium morum venustate respersum speciali decore reddit insignem, animo deliberato sano principum comitum baronum et procerum sacri imperii nostrorum fidelium accedente consilio de certa nostra sciencia motu proprio et de imperialis plenitudine potestatis sacri Lateranensis palacii et aule nostre et imperialis consistorii comitem facimus creamus erigimus nobilitamus attollimus et auctoritate Ro-

mana regia graciosius insignimus, decernentes et hoc imperiali
statuentes edicto, quod tu ex nunc in antea omnibus privilegiis iuri
bus immunitatibus honoribus consuetudinibus et libertatibus frui
debeas et gaudere, quibus ceteri sacri [2] Lateranensis palacii comites
hactenus freti sunt seu quomodolibet pociuntur et quod per totum
Romanum imperium sis et esse debeas ab omnibus exaccionibus inposi
cionibus collectis cavalcatis gabellis daciis theoloneis angariis et
perangariis seu ceteris gravaminibus quibuscumque eciam nominibus
valeant appellari, absolutus liber penitus et exemptus, quodque possis
et valeas per totum Romanum imperium facere et creare notarios publi
cos seu tabelliones et iudices ordinarios et universis personis, que fide
digne habiles et ydonee sint, notariatus seu tabellionatus ac iudica
tus ordinarii officium concedere atque dare et eos et quemlibet eorum
imperiali auctoritate de supradictis per pennam et calamarium in
vestire, dummodo ab ipsis notariis seu tabellionibus ac iudicibus ordi
nariis per te fiendis et creandis ut premittitur et quolibet eorum vice
et nomine sacri Romani imperii et pro ipso imperio debitum fidelitatis
recipias corporale et proprium sacramentum, ut instrumenta tam
publica quam privata ultimas voluntates quecumque iudiciorum acta
et omnia et singula que illis et cuilibet eorum ex debito dictorum officio
rum et cuiuslibet eorum fienda occurerint vel scribenda, iuste pure
et fideliter omnibus simulacione machinacione dolo et falsitate
remotis scribent legent et facient scripturas illas quas debuerint in
publicam formam redigere in membranis et non in cartis abrasis
neque papireis fideliter conscribendo, necnon sentencias et dicta te
stium, donec publicata fuerint et approbata, sub secreto fideliter
retinebunt et omnia et singula recte facient, que ad dicta officia
pertinebunt, qui notarii seu tabelliones ac iudices ordinarii per te fien
di et creandi possint per totum Romanum imperium facere conscribere
et publicare contractus instrumenta iudicia testamenta et ultimas
voluntates decreta et auctoritates interponere in quibuscumque con
tractibus requirentibus illa vel illas et cetera alia facere publicare
et exercere que ad officium publici notarii seu tabellionis ac iudicii

ordinarii pertinere et spectare noscuntur. Ceterum ut amplioribus graciis a nostra te sencias excellencia preveniri, auctoritate Romana regia predicta tibi concedimus ac elargimur et auctoritate presentis plenam damus et omnimodam potestatem, quod possis et valeas legittimare omnes et singulos naturales bastardos spurios manseres nothos et quosvis illegittime natos seu defectum natalium pacientes ~~eorum~~ pts etc. quoscumque ex illicito et inconcessu[3] seu dampnato coitu procreatos tam absentes quam presentes et tam presentibus eorum parentibus quam absentibus viventibus vel eciam mortuis eorum parentibus citatisque vel non citatis hiis, quos tangerent legittimaciones huiusmodi, ac eos et quemlibet eorum ad omnia iura legittima restituere et reducere, omnem ab eis geniture maculam abolendo ipsosquoque habilitare, ut omnibus et singulis officiis dignitatibus et honoribus preesse valeant et ad actus singulos publicos et privatos tam in iudiciis quam extra admitti debeant ad instar aliorum de legittimo thoro procreatorum, illustrium tamen, principum, ducum, marchionum et comitum natis dumtaxat exceptis, non obstantibus in[4] premissis aliquibus legibus civilibus aut municipalibus constitutionibus provisionibus statutis seu consuetudinibus quarumcumque civitatum terrarum seu locorum premissis seu alteri premissorum contrariis et specialiter lege, que legittimare spurios et manseres nisi ex certa sciencia non permittit, ut codicis: De precibus imperatori offerendis, lege: Nec dampnosa, lege: Quociens et legi: Rescripta et codicis: De ~~natu liber~~ naturalibus liberis per totum et maxime legi I. dicti tituli et codicis: De diversis rescriptis, legi: Sanximus,[5] legi: Si qua beneficia, lege: Sacri et lege: Universa cum sua materia et in autentico: Quibus modis naturales efficiantur legitimi per totum titulum et in autentico: Quibus modis naturales efficiuntur sui in § ultimo et §: Si quis sane non habens filios legitimos et lege in fine codicis: De emancipacione liberorum et similibus nec aliis quibuscumque legibus etc., si tales essent, que deberent exprimi ac de eis in presentibus fieri mencio specialis. Quibus omnibus et singulis obstantibus vel obstare valentibus huic nostre concessioni et eius effectui ex certa sciencia ac de nostre potestatis plenitudine totaliter derogamus et derogatum esse volumus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre crea-

cionis ordinacionis decreti statuti concessionis derogationis et gra-
cie paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contraire
sub pena nostre indignacionis gravissime et X marcarum auri
purissimi, quam contrafacientes tociens, quociens contrafactum
fuerit, ipso facto se noverint irremissibiliter incursuros, quarum
medietatem imperiali erario sive fisco, residuam vero partem iniu-
riam passorum usibus decernimus applicandam, presentibus etc.
Datum Utini etc.[6] XXI die aprilis, regnorum nostrorum etc.
Ad mandatum domini regis / Johannes Kirchen.

Confirmatio armorum.
Item pro prefato Lodovico de Lignotis de Utino emanata est confir-
macio armorum et nova donacio aquile nigre in superiori parte
clipei ponenda. Datum ut supra.

1.) segue cancellato: cta. 2.) sacri apposto sopra la linia. 3.) sic
4.) in premissis apposto nel margine 5.) f 45'. 6.) 1413.

1413. 5 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani concede lettera di familiarità e salvocondotto a Cristoforo Richieri di Pordenone.

Registro dell'imperatore Sigismondo E 48'.
Item pro Kristoffero Rükers civi Portusnaonis littera familiaritatis cum salvo conductu. Datum Utini anno etc. XIII°, quinta die maii, regnorum ut supra.
Ad mandatum domini regis Iohannes Kirchen.

1413 5/5

1413. 14 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani concede grazia a Nicolò Soldonieri di Udine colpevole di offesa alla detta Maestà.

Registro del re Sigismondo E f 54.

Item pro nobili Nicolao de Soldoneriis confirmacio cuiusdam littere Piponis de Ozora comitis Temesiensis. Insuper addiciendum, quod quia nobis cedit ad gloriam, ymmo dignitatis nostre fastigia sublevamus, si motus nostros clemencie virtute abstrahimus ac mansuetudinem in subditos exercemus, ut que punire possemus in brachio, lenitate misericordie mitigamus, idcirco ad humilem dicti Nicolai peticionis instanciam omnes offensas et culpas, quibus idem Nicolaus, quocumque modo usque in hodiernum diem notatus esse et in quibus contra nostram maiestatem nos et sacrum Romanum imperium excessisse dinoscitur, de innata nobis pietatis clemencia remittimus et ipsum benigne recipimus ad gracie nostre sinum preter duntaxat castrum Trecenti, quod tamquam nostre maiestati confiscatum et devolutum pro libitu nostro teneri volumus et servari, mandantes universis et singulis nostris et imperii sacri fidelibus dilectis, quatenus prefatum Nicolaum de cetero tamquam fidelem et ad graciam nostram receptum teneant ac in omnibus conservent indempnem, quodque nullus ipsum Nicolaum aut heredes suos in fide nostra constantes in personis aut rebus minus iuste presummat aliquatenus molestare, presencium etc. Datum Utini anno etc. XIII°, XIIII die maii etc.

Ad mandatum domini regis Iohannes Kirchen.

1413. 14 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani accorda il perdono al nob. Artico q. Rizzardo di Castello accusato di più omicidii restituendogli i beni, tranne il castello di Tarcento e riceve in grazia anche i di lui complici

Registro del re Sigismondo E f 54.-54'.
Pro Artico de Castello absolucio et dispensacio super homicidio.
Sigismundus etc. Universis et singulis nostris et sacri imperii fidelibus
graciam regiam et omne bonum. Ad universitates vestras deduci volumus
per presentes, quod nonnullis querelis nostre maiestati contra fidelem no-
strum Articum condam Ricardi de Castello patrie nostre Fforiiulii per quosdam
fideles nostros porrectis continentibus ipsum Articum cum nonnullis suis
complicibus sive familiaribus certo tempore interemisse seu occidi fecisse,
videlicet Odoricum quondam Leonardi de Gorto et quodam alio tempore similiter
cum Georgio et Anthonio fratribus filiis condam Jacobi Francisci de Venzona,
Heinrico de Rinarotta habitatore in castro Perpetti, Ulrico Teutunico eius fa-
miliaribus sive complicibus et quibusdam aliis Johannem Panissium
notarium et Brunetum fratres filios quondam .. de Tumetio contrate nostre
Patrie et ad ipsarum querelarum probacionem productis certis autenticis
processibus instrumentis et scripturis, per quas sufficienter probatur
ipsum Articum cum supradictis predicta delicta perpetrasse pro parte
dictarum huiusmodi querelarum porrectorum[a] nobis supplicatum fuit cum
instancia, ut de ipsius Artici persona debitam iusticiam faceremus, facta
primitus ad instanciam dicti Artici nobis a quibusdam securitate de pre-
stando ipsum nobis vel de solvendo viginti milia ducatorum, versa autem
vice pro parte eiusdem Artici nobis humilime supplicatum fuit, quod
tam secum, quam cum dictis eius familiaribus et complicibus tam nominatis
quam innominatis super predictis misericorditer dispensare dignaremur. Ma-
gnis itaque attentis serviciis ab illis de domo sua antiquitus nobis et ecclesie
Aquilegiensi huiusmodi patrie nostre patrone solicitis studiis fructuose

impensis et que ipse Articus et sui consortes hactenus impenderunt [4] et impendere debebunt et deinde pro parte quamplurium baronum procerum et nobilium nobis astancium nobis magna cum instancia humilime et assidue supplicatum fuit, quod ipsorum contemplacione supplicacionibus ipsius ~~consideratis~~ Artichi annuere graciosius dignaremur. Nos igitur huiusmodi procerum et nobilium supplicacionibus et assidiis [3] precibus inclinati, consideratis eciam sepedictis servitiis per dictum Arthicum suosque de domo sua, ut prefertur, impensis et que in futurum nobis et imperio ac venerabili Lodowico patriarche et [4] ecclesie Aquilegiensi promcius impendere poterunt et debebunt attentoque potissime, quod non semper gladio sed misericordia sit agendum, vestigia domini nostri Iesu Christi in hoc ut delectamur sequentes et quod altissimus ad pias sanctorum suorum in mitigando pectoribus penas flectitur, Arthicum predictum omnesque suorum [3] familiares et complices predictos tam nominatos quam nominandos a reatibus culpis et penis tam realibus quam personalibus fideiussoresque predictos et eorum bona et dicta ducatorum summa ex innate misericordie nostre abundancia [5] duximus efficaciter absolvendum ipsosque et ipsorum quemlibet ac eorum et cuiuslibet ipsorum bona libere absolvimus et libertamus per presentes preter dumtaxat castrum Trecenti, quod tamquam nostre maiestati confiscatum devolutumque pro libito nostro teneri volumus, cum ipsisque et ipsorum quolibet [6] dispensavimus et dispensamus per easdem, ut dictis non obstantibus excessibus sepedicti Articus familiares et complices ac fideiussores sui a nemine in personis et rebus puniri molestari seu quovismodo inquietari debeant sive possint, quodque valeant et possint dicti Articus familiares et complices impune [7] habitare stare ire et reddire tam in, quam per dictas nostras patriam Foriiulii et contratam Carnee, quam in et per quasvis alias patrias contratas provincias terras et loca nostra et sacri imperii proinde, ut si dicta homicidia minime perpetrassent, quibusvis legibus imperialibus ac et eciam constitucionibus statutis et ordinamentis quarumcumque terrarum sive locorum nobis et sacro imperio subiectarum minime ob-

perpetrassent stantibus, quibus de nostre plenitudine potestatis quantum ad premissa intendimus derogare per presentes. Mandamus ~~itaque~~ igitur universis et singulis nostris et sacro imperio subiectis et fidelibus tam presentibus quam futuris et precipue reverendissimo in Christo patri domino Lodovico patriarche Aquilegiensi eiusque officialibus et successoribus sub obtentu nostre gracie, ut huiusmodi absolucionem et dispensacionem ratam et gratam habeant ipsosque omnimodo observent et observari faciant, inhibentes striccius, ne per ipsos vel per aliquam submissam personam directe vel indirecte ipsis in aliquo contrafacere debeant seu presumant presencium. Datum etc. Utini anno domini etc. X III°, die X IIII^a mensis maii, regnorum nostrorum etc.

Ad mandatum domini regis[8] Johannes prepositus etc vicecancellarius.

1a. Nel codice proovectorum
1.) f 54'. 2.) segue cancellato: s 3.) sic. 4.) et apposto sopra la linea.
5.) nel codice: abundacia. 6.) segue cancellato: dispensamus. 7.) segue cancellato: habere. 8.) Segue cancellato: Johannes Kirchen.

Reg
fro
allo
Sig
mu
et [illegible]
ign
hor
pien
plic
fra
in r
om
imp
et [illegible]
Bro
om
nos
ru
qu
off
nu
do
ne
no
u

1413. 15 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani accorda la sua grazia ai nobili fratelli Artico, Pagano, Guidone, Gabriele e Prosdocimo Conti di Porcia ed ad alcuni loro consanguinei ribelli, restituendo loro i castelli e beni di Porcia e Brugnera.

Registro del re Sigismondo E. f 54'.
Pro comitibus de Porcillis recepcio ad graciam et restitucio castrorum Porcillis et Brognerie.[1]

Sigismundus etc. Notum facimus tenore presencium universis, illa frui mur ex imperii sacri dignitate mansuetudine et prerogativa virtutis, ut cum misericordia exaltantes iudicium gloriosius reputemus offensas ignoscere subiectorum, quam in eorum offensas ulcisci. quacumque enim hora subditus ad fidem nostram conversus fuerit, patulis brachiis recipiemus eundem obliti preterite culpe sue. Attendentes itaque humilem supplicacionem nobilium Artici, Pagani, Gwidonis, Gabrielis et Prodocimi fratrum et consangwineorum comitum de Porcillis, quos necessitas olym in rebellione tenuerit pocius, quam voluntas, ad fidelitatem nostram cum omni devocione conversorum et in graciam nostram recipi se propensius imploranciun aures pias imploracionibus ipsorum duximus apponendam et meritis bone conversionis inducti eos cum castro Porczili et castro Broguerie[2] ac singulis ipsorum iuribus terris pertinenciis et bonis suis omnibus tam stabilibus quam mobilibus ubilibet habitis et possessis in nostre graciam recipimus maiestatis, ipsos ad predicta castra et ipsorum pertinencias restituentes penitus et in toto offensas omnes et culpas quas erga nostram excellenciam et fideles nostros eatenus, quatenus offensam nostri ac imperii et reipublice concernunt, verbo et opere hactenus commiserunt, ipsis et eorum heredibus misericorditer indulgentes, dummodo quod fideliter inceperunt, opere constanter prosequantur et in nostra et imperii sacri devocione persistentes se nostris et successorum nostrorum in imperio serviciis exhibeant accepciores cottidie et perfectos, universitati fidelium nostrorum et sacri imperii presenti scripto man-

dantes, quatenus eos de cetero tamquam fideles teneant et in omnibus
conservent indempnes et ut nullus ipsos aut heredes eorum in fide nostra
constantes aliquatenus in personis aut rebus inimus iuste molestare
presumant. presencium sub nostri regalis sigilli appensione testimo-
nio litterarum. Datum Utini, anno etc. XV die magi; regnorum.
Ad mandatum domini regis Iohannes Kirchen.

1.) Al margine sinistro è notato: Hec littera non est extracta.
2.) D apposto sopra la linea.

1413. 16 Maggio. Udine. Sigismondo Re dei Romani per 500 ducati ricevuti da Nicolò e Lodovico di Strassoldo consanguinei, loro accorda in pegno la Torre di Zuino e beni annessi.

Registro del re Sigismondo E f 54'–55

Inpignoracio turris in Zoyns fratribus de Strazoldo.

Sigismundus etc. Notum facimus tenore presencium universis, quod volentes nobiles Nicolaum et Lodovicum consangwineos de Straszoldo fideles nostros dilectos in quingentis ducatis, in quibus et ipsorum heredibus suis rite et legitime obligamur, certos facere et contentos, ipsos[1] in solidum turrim nostram Zoinus appellatam cum omnibus suis terris agris vineis iuribus proventibus emolumentis obvencionibus usufructibus et aliis pertinentiis suis singulis et quitquid ad canipam pertinet, racione pignoris obligavimus et obligamus per presentes tali condicione, quod si turrim prefatam cum suis pertinenciis ut premittitur in festo nativitatis Christi proxime venturo predictis quingentis florenis redimere et liberare negligeremus, quod ex tunc prefati Nicolaus et Lodowicus antedictam turrim unacum prefatis pertinenciis suis quiete tenere et possidere debent, tandiu quousque ipsa turris per nostram maiestatem aut successorum[1] nostrorum pro iamdicta summa quingentorum florenorum ab ipsis aut eorum heredibus redempta fuerit et liberata, adicientes ipsis ex liberalitate nostre gracie, ut quamdiu predicta turris cum suis pertinenciis in ipsorum fuerit manibus, quod omnes fructus et proventus et obvenciones ipsius turris[2] ac pertinenciarum suarum libere percipere et levare sine diminucione predicte summe capitalis in usus suos convertere possint et valeant iuxta ipsorum libitum voluntatis. Nolumus enim prefatam turrim ante predictum festum nativitatis Christi redimere quoquomodo, presencium. Datum Utini anno etc. XIII, XVI die mensis maij etc.

Ad mandatum domini regis Iohannes Kirchen.

2) f 55. 1) sic.

1413. 19 Maggio. Udine. Sigismondo Re dei Romani dona al Comune di Gemona la Gastaldia di Buja già posseduta come pegno dai predecessori del ribelle Tristano di Savorgnano dalla Chiesa di Aquileja.

Registro del re Sigismondo. E f 49-49'.

Nos Sigismundus etc. honorabili .. massario, consilio et communi terre Clemone nostris et imperii sacri fidelibus dilectis graciam etc. Honorabiles fideles dilecti. Consuevit innata regnancium providencia merita subditorum iuste pietatis examine et pie iusticie moderacione discutere, ut ipsorum meritis et devocione pensatis benigne ad eos graciam liberalitatis effundat, sic quod amatores pacis sub alarum nostrarum umbra vivere cupientes tueamur favorabiliter et nostre potencie dextera protegamus ac gladius noster, quem ad vindictam malorum, laudem vero bonorum suscepimus, in facinorosos sic seviat, quod innoxios relevet et tueatur. Sane attendentes puram et sinceram devocionem et grata servicia per vos nostro culmini et sacro Romano imperio exhibita et que exhibere poteritis et debebitis devocius in futurum, gastaldiam ville de Buya cum dominio garitis proventibus emolumentis affictibus et iurisdiccionibus quibuscumque ad eandem castaldiam modis omnibus spectantibus et pertinentibus que castaldia dudum predecessoribus Tristandi de Sauorgniano nostri et imperii sacri notorii rebellis pro certa peccuniarum quantitate per Aquilegensem ecclesiam seu patriarcham pro tempore existentem extitit pingnerata, notoria sui rebellione contra nos et sacrum Romanum imperium temere commissa non immerito exigente ad nostram regalem fiscum legitime devolutam eatenus et applicatam vobis et vestris successoribus ac communitati prefate terre Clemonensis ex certa nostra sciencia et de speciali gracia titulo pingnoris pro eadem peccuniarum quantitate et summa, in quibus memoratis successoribus dicti Tristandi seu sibi extitit obligata, accedente consensu et annuencia venerabilis Ludovici electi patriarche alme

ecclesie Aquilegensis dimittendam duximus et concedendam et eam ex nunc dimittimus atque concedimus eciam, si post dictam pingnoracionem factam dicti Tristanni seu eius predecessorum tempore dicte Aquilegensi ecclesie quovis modo aut tytulo pro tempore habuerit et possederit seu possideat de presenti[1], per vos et vestros successores ac prefatam terram Clemonam tam diu cum suis commoditatibus proventibus et iuribus universis tenendam habendam regendam gubernandam et possidendam ac in usus proprios convertendam sicut et quemadmodum prefatus Tristandus et sui predecessores tenuerunt et possederunt ac tenebant regebant et gubernabant, donec per almam ecclesiam Aquilegiensem predictam seu patriarcham pro tempore constitutum pro dicta peccuniarum quantitate, pro qua primo extitit pingnorata, de vestris aut vestrum manibus successorum redempta fuerit, inhibentes expresse ex nunc in antea principibus tam ecclesiasticis quam secularibus et presertim patriarche pro tempore constituto quam presidibus magistratibus et ordinariis seu officialibus constitutis et constituendis et ceteris quibuscumque nostris et sacri Ro(mani) imperii subditis ac subiectis, ne se de dicta castaldia et eius iurisdiccione motu proprio seu cuiuscumque instancia sine expressa et speciali licencia nostri culminis impedire ac ingerere presummat usque dum exempta fuerit seu redempta per modum superius annotatum, non obstantibus, quod dicta castaldia per nos capitaneatui dicte terre Clemone alias unita fuerit et annexa quam annexionem et incorporacionem robur obtinere volumus et perpetuam firmitatem, decernentes nostro presenti imperiali edicto prefatum communitatem terre Clemone in realem pacificam et corporalem possessionem dicte castaldie et tenutarum eius titulo pingnoris premisso[2] inducendam fore ponendam et investiendam, ymmo eandem communitatem terre Clemone per presentes inducimus ponimus et pleno iure investimus, mandantesque firmiter et expresse omnibus et singulis dicte castaldie et eius iurisdiccioni subiectis, ut iuxta formam nostre concessionis et decreti prefatis massario et communitati terre ~~castaldie et eius iurisdiccionem~~ Clemone debeant in omnibus obedire. Datum Utini anno etc. ut supra[3], die XVIIII maii, regnorum etc.

Ad mandatum domini regis Iohannes prepositus sancti St(ephani). vicecancellarius.

1.) sic
2.) f 49'   3/1413.

1413. 23 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani dona al nob. cav. Venceslao q. cav. Valterpertoldo di Spilimbergo i luoghi di Forni superiore ed inferiore colla muta ed altri beni feudali in Carnia posseduti da Tristano e Francesco di Savorgnano fratelli ribelli all'Impero ed i beni nella Gastaldia di Sacile da questi posseduti colle decime, rendite ecc.

Ratificacio quorundam bonorum T(ristani) de Sauorgniano Wentzeslao Spennberger facta.

Sigismundus etc. Etsi munificencie nostre graciam libenter extendimus ad singulos, quos fideles nobis ab operum experimento sentimus, circa illorum tamen merita graciosius prosequenda libencius dexteram nostre liberalitatis adducimus, pro quibus non solum devocionis et fidei puritas, set servicii gratitudo multipliciter interpellat. Ea propter per presens privilegium notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod sane attendentes puram et sinceram devocionem et grata servicia, que fidelis noster et sacri Romani imperii Venczeslaus miles quondam Vualteribertoldi militis de Spenimbergo agri Aquilegie, que cum suis membris nostro patrocinio confovetur, culmini nostro fideliter exhibuit hactenus et incessanter ad presens exhibet et exhibere poterit et debebit devocius in futurum, sicut regalis nostra mangnificencia tam fidedignorum testimoniis quam argumentis et experiencia est edocta, Furnum superiorem et Furnum inferiorem contrate Carnee tam cum muta quam eciam cum quibusvis suis iuribus iurisdiccionibus et pertinenciis dictorum Furnorum ac eciam cum omnibus bonis stabilibus iuribus et iurisdiccionibus ubicumque sitis in dicta contrata Carnee olim per Tristanum de Sauorgniano et Franciscum de Sauorgniano eius fratrem sive alterum ipsorum coniunctim sive divisim possessis necnon omnia et singula bona stabilia sita in gastaldia Sacili vel alibi ubicumque pertinencia tamen ad caripam Sacili ac decimas et redditus dicte gastaldie, que olim pro dictis

T(ristano) et F(rancisco) sive ipsorum altero solita erant exigi pro dicta canipa Sacili ~~ac decimas et redditus dicte~~ per Guarnerium Pilliçza de Sacilo predicto vel alios nominibus dictorum de Savorgnano eciam cum omnibus iuribus et iurisdiccionibus dictorum bonorum, qui Furnus superior et Furnus inferior et alia bona supra specificata simul cum aliis ad ipsum Tristanum et eius fratrem seu alterum ipsorum antea pertinentia notoria sui rebellione contra nos et sacrum Romanum imperium perpetrata sunt ad nostram regalem fiscum legittime devoluta, eidem Venczeslao, cuius fidelitatem hactenus approbamus, fecimus recenseri sibique per presens privilegium recensemus eaque tamquam valida approbamus et ratificamus regalique nostra auctoritate si expedit roborata sibi et heredibus suis aut cui ius suum dederit, in perpetuum ex nostra certa sciencia et de speciali gracia duximus dimittenda et concedenda et ex nunc dimittimus atque concedimus per ipsum et suos heredes ac eos quibus ius suum dare voluerit in perpetuum exercenda et exigenda ac in proprios usus et commoditates totaliter convertenda, ita tamen quod ipsos Furnum superiorem et Furnum inferiorem cum eorum iurisdiccionibus et pertinenciis ac omnia alia bona superius declarata, que sunt feodalia, ut feodalia et que non sunt feodalia, secundum sui materiam et proprietatem, prout in talibus fuit et est more patrie consuetum, a nobis et nostra curia recognoscat immediate, inhibentes ex nunc tam principibus quam presidibus magistratibus et ordinariis quibuscumque se de dictis Furno superiore et inferiore ac aliis bonis predictis et suis iuribus et pertinenciis coram ullo magistratu sine expressa et speciali licencia nostri culminis ipse Venczeslaus vel habituri ab eo causam placitare non presummant, set tantum imperiali consistorio de ipsis Furnis scilicet superiore et inferiore ac aliis suprascriptis necnon suis iuribus pertinenciis et iurisdiccionibus, quandocumque opus fuerit, in iudicio et extra iudicium valeat experiri universis orbis nostri incolis pre-

senti scripto mandantes, quatenus eidem Venczeslao et heredibus suis aut illis quibus dederit ius suum decetero in omnibus respondeant, que ad ipsos Furnos et suprascripta bona ac alia sua iura et iurisdicciones spectare noscuntur, presentibus etc. Datum Utini in patria Forijulii anno ut supra[1], VI. indictione, XXIII die maii, regnaum etc.

Per Iohannem prepositum.

1) 1413.

de' Romano concede al Comune

Regesti I e II
80 + 14 + 4

Reg. II
5 + 11

Docum. [illegible]
[illegible] (1150 – 1420)

[illegible] Friuli

Diplomi tedeschi o stesi in lingua tedesca dell'Archo di Stato a Vienna riguardanti il Friuli e Gorizia, che si trovano in copia nella Bibl. Civ. Ud.

1307 13 dec. Lienz. Il Co. Enr. di Gor. e Tir. [illegible] a suo fed. Alber[illegible] [illegible] il [illegible] nell'abbazia di [illegible] ed i [illegible] di [illegible] [illegible].

[illegible]

1313. 9 giugno. Gorizia. Il Co. En. di Gor. Capit. del Friuli conferisce al suo caro Ulrico [illegible] due [illegible] di S. Pietro presso Gorizia, [illegible] di [illegible] di ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible].

1344. 14 Decembre. Gorizia. Il Co. Alberto di Gor. e Tir. ed Enr[illegible] [illegible] a [illegible] di Cormons [illegible] 30 marche ed ad Englberto di Cormons per 30 marche ed a [illegible] di Cormons per 10 marche di soldi a [illegible] [illegible] in [illegible] nel [illegible].

~~1365. [illegible]~~ [illegible] il Co. [illegible] de [illegible]

1 [illegible] Praga. trasmette con ~~[illegible]~~ [illegible] di tutte le [illegible] cartographe ed i suoi [illegible].

1399. 8 maggio. [illegible] Co. di Gorizia [illegible] [illegible] per 1800 marche d'argento e 8000 lire [illegible] ed i [illegible] per 100 anni 300 [illegible] da [illegible].

[illegible]ronologico

[illegible]
[illegible] prof. Wolf.
(1130 – 1299)
[illegible] 9 cm.
31. X. 926
Cosgrel

[illegible] n.° 13 [illegible]
[illegible]064 . . 1404 [illegible]

[illegible] 14.6

Cosgrel

Ermanno Loescher & C°.
LIBRAI DI S. M. LA REGINA,

P. P.

Abbiamo l'onore d'informarla di aver acquistata e messa in ven

LE MONETE DELL'ITALI

RACCOLTA GENERALE

DEL

PADRE RAFFAELE GARR

Parte I. - **Monete fuse** — Parte II. - **Mone**

Un volume in-fol. di pagine 188 di testo e 125 tavol

Lire 150.

L'ultimo e fors[illegible] più importante lavoro dell'illustre Archeolo
non mancherà al c[illegible] di destare un grande interesse fra i dotti cultor
Quest'op[illegible] - c[illegible], come l'autore stesso nella sua breve prefazion
lustri di ass[illegible]to lavoro - rappresenta la più completa raccolta di
conosciute [illegible]no al giorno d'oggi; essa comprende tutta intiera l'epoca da
le [illegible]ttà e [illegible]e Repubbliche erano indipendenti, fino a che Roma, impadr
sottoposti[illegible] alla sua dominazione, abolì il diritto di batter moneta.
L'edizione essendo di pochi esemplari, non tarderà molto ad esau
Biblioteche se ne provvedano in tempo, onde non abbiano a restarne
poi più cara.
Ci pregiamo pure annunziare essersi pubblicato un nuovo volume d
cietà Romana di Storia Patria:

...e' Romano concede al Comune

Origin. I e II
80+14+4

Orig. II
5+11

Docum. ...

...l Friuli

...cronologico

... con un
... dal prof. Wolf.

(1110 - 1299)
...menti 9 cc.
... 31. X. 926
Corgnali

...cronologica n° 13 docu...
... 1364 - 1405 - cl.

31. X. 926
Corgnali

1239 settembre ... 14 (?)

1285 25 maggio ...

stata e messa in venc

LL'ITALI

A GENERALE

DEL

AELE GARR

– PARTE II. – **Mone**

188 di testo e 125 tavole

e 150.

ell'illustre ARCHEOLOG

eresse fra i dotti cultor

a sua breve prefazion

mpleta raccolta di

conosciute fino al giorno d'oggi; essa comprende tutta intiera l'epoca dal

le città e le Repubbliche erano indipendenti, fino a che Roma, impadr

sottoposti alla sua dominazione, abolì il diritto di batter moneta.

L'edizione essendo di pochi esemplari, non tarderà molto ad esau

Biblioteche se ne provvedano in tempo, onde non abbiano a restarne p

poi più cara.

Ci pregiamo pure annunziare essersi pubblicato un nuovo volume d

cietà Romana di Storia Patria:

... Romano concede al Comune

Originali I e II
80 + 14 + 4

Orig. II
5 + 11

Docum. dai ...

... Friuli

... cronologico

... con un
... dal prof. Wolf.

(1130 - 1299)
... 9 cc.
... 31 · X · 926
Corgnali

... cronologico n° 13 ...
... 1364 . 1415 ...

... 31 · X · 926
Corgnali

1285 38...

D.r G. B. CORGNALI
UDINE

Udine, 25 marzo 1927

Onorevole ed Illustre Professore,

Stamattina ho ricevuto dal Dr. Suttina copia dell'elenco con un breve cenno, ove è detto che gli schiarimenti neccessarî me li avrebbe mandati Lei. Nessun'altra lettera precedente non mi è giunta.

7/5/27

Numero dei [illegible] 458

" " documenti 347

di quali circa 87 editi

1877 [illegible]

Dunque 347
87
260

[illegible] il numero [illegible]

e quelli che [illegible] 111

Di questi 111 documenti

80 + 4 + 10

5 + 1

56 + 25 + 12

47

134	1
16	115
25	85
22	2
	203

3.47

260
84
347

1413. 24 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani concede al Comune

1299 - 1420 (1150 - 1420)

Documenti per la storia del Friuli

Copie

dall' Archivio di Stato in Vienna.

~~Disposti in ordine cronologico~~
~~Carte complessive 332 [illegible]~~
~~docum. [illegible] dal pag. [illegible]~~

Precedono i Documenti più antichi (1150–1299) su fogli non numerati (83 documenti, 9. cc.)
Udine 31. X. 926
Corgnali

N.B. Vennero inseriti in ordine cronologico n.° 13 documenti [illegible] da [illegible] 1309 [illegible] 1405 – che erano in fascicolo separato
Udine 31. X. 926
Corgnali

1413. 24 Maggio. Udine. Sigismondo Re dei Romani concede al Comune

Regesti di Documenti ~~estratti~~ dagli Archivi di Vienna.

...PIO DI UDINE

N.° 180

Atti relativi

"

N.° 1...

...le	Anno	ASSEGNAZIONE	Numero di Protoc. Gen.le	Anno	ASSEGNAZIONE

1413. 24 Maggio. Udine. Sigismondo Re dei Romani concede al Comune e cittadini di Udine in premio della loro fedeltà tutto ciò che possedevano in Udine così stabili come mobili Tristano e Francesco di Savorgnano ribelli, e ciò fino alla somma di 3000 ducati spesi dagli Udinesi a mantenimento delle milizie imperiali.

N. 45.

Elenco di Documenti

N. 10 Regesti di Documenti
che trovansi nell'Arch. di Stato in Vienna
trasmessi dal D.r Giù di Voltelini.

1413. 24 Maggio. Udine. Sigismondo Re de' Romani concede al Comune e cittadini di Udine in premio della loro fedeltà tutto ciò che possedevano in Udine così stabili come mobili Tristano e Francesco di Savorgnano ribelli, e ciò fino alla somma di 3000 ducati spesi dagli Udinesi a mantenimento delle milizie imperiali.

Registro del re Sigismondo E. f. 47'-48.
Donacio bonorum T(ristani) et F(rancisci) de Savorgniano communitati Utinensi et confirmacio sentenciarum in rebelles latarum seu ferendarum.

Roma, 20 marzo 1927 - V.

Gent. Professore,

Le mando questi regesti, dei quali Le scriverà fra giorni l'amico Leicht, per pregarLa di mettere le citazioni.

Saluti cordiali dal

suo dev.

[illegible]

" II 1261 - 14[illegible]

Rep XI 1356

" XXIV 1252 - 1419

" [illegible] (V. Foca) 1154 - 1420

1894 (n. 20) [illegible] 1151 - 1364

1894 n. 70. [illegible] 1249 - 1324

1890 91 Repert XXIV 1359 - 1420

1892 " I 1162 - 1364

1328 - 1354

(n. 60) 1896

Repert. I 1410 - 1323

(n. 43) Repert II 1341 - 1264

? ? 1308 - 1400

Repert. XXIV 1282 - 1325

? ? 1376 - 1354

Codice 447 [illegible] 1300 - 1367

Repert II [illegible] - 1259

1413. 24 Maggio. Udine. Sigismondo Re dei Romani concede al Comune e cittadini di Udine in premio della loro fedeltà tutto ciò che possedevano in Udine così stabili come mobili Tristano e Francesco di Savorgnano ribelli, e ciò fino alla somma di 3000 ducati spesi dagli Udinesi a mantenimento delle milizie imperiali.

Registro del re Sigismondo E. f. 47'-48.

Donacio bonorum T(ristani) et F(rancisci) de Savorgnano communitati Utinensi et confirmacio sentenciarum in rebelles latarum seu ferendarum.

Sigismundus etc. Notum facimus ad futuram rei memoriam. Inter sollicitudines multiplices meditacioni nostre influentes illud occurrit precipue ~~salubriter~~ provida deliberacione pensandum, qualiter utrumque tempus pacis videlicet et bellorum sub dicione nostre potencie salubriter dirigatur, amatores quoque pacis sub alarum nostrarum umbra vivere cupientes foveamus favorabiliter et nostre potencie dextera protegamus ac gladius noster, quem ad vindictam malorum laudem vero bonorum suscepimus, in facinerosos sic seviat, quod innoxios relevet et tueatur. Sane inspectis multifariis probitatum meritis, etiam constantis fidei puritate honorabilium civium et communitatis terre Utinensis nostrorum et sacri Romani imperii fidelium dilectorum, quibus iidem nostre maiestati et sacro imperio hactenus prompta devocione studuerunt complacere nec cessant cottidiana sedulitate adaucto fidei et sinceritatis affectu in oculis nostris se reddere continuo graciores et acceptos, ex singulari nostre maiestatis favore de et super universis et singulis rebus et bonis heredibus atque iuribus quocumque nomine censeantur, stabilibus videlicet et mobilibus, que ad canipas in terra Utinensi Tristando de Savorgniano et Francisco fratri eius nostris et sacri imperii infidelibus et rebellibus dudum proveniebant et debebantur seu exigi consueverant, notoria ipsorum rebellione exigente ad fiscum nostrum regium devolutis pleno iure et applicatis memoratis civibus et communi terre Utinensis exceptis dumtaxat certis porcionibus exinde iam de facto

certis personis per nostra scripta dispositis et provisis usque ad
summam trium milium ducatorum, quos idem cives et communi-
tas pro expensis militum et clientum nostrorum in terra Utinensi
factis liberaliter erogarunt, realem et corporalem possessionem eo-
rundem adeundi et apprehendendi ac illas et illa vendendi distra-
hendi ac in proprios aut alienos usus pro libito voluntatis applican-
di et convertendi usque ad plenam perfectionem et solucionem
dictorum trium milium ducatorum ex certa nostra sciencia plenam
liberam et omnimodam damus concedimus et prebemus facultatem,
ymmo predictas res et bona ac hereditates et iura ac iurisdicciones seu
dominia sic ut prelibatur infiscatas et infiscata memoratis civibus
et communitati in exemplum aliorum fidelium, ut ceteri ad nostra
et sacri imperii servitia promptius adiuventur, usque ad summam
prescriptam dimittimus concedimus et relaxamus de gracia speciali;
cupientes profecto dictam terram Utinensem et statum eius gracie
nostre favore prevenire et nostre liberalitatis beneficiis uberius attol-
lere et augere, omnes et singulas sentencias et processus exinde prose-
cutas et secuturas in dicto consilio communitatis Utinensis seu generali
parlamento contra et adversus quoscumque alios cives rebelles et olim
habitatores dicte terre Utinensis in ipsorum personas et bona mobilia
et immobilia, dominia et iurisdicciones dicte communitati Utinensi
veluti iuste et racionabiliter latas et ferendas factos et faciendos
ipsarumque sentenciarum execuciones auctoritate nostra Romana regia
approbamus ratificamus et eatenus quatenus rite late ferendeque et
facti ac faciendi censentur et censeantur occasione premissarum
rebellionum, in suis clausulis articulis et distinccionibus confirmamus
et totaliter approbamus inviolabiliter valituras et valituros, donan-
tes eisdem civibus et communitati terre Utinensis ex certa sciencia
et ex nostra regia liberalitate omnia iura et acciones et bona dicto-
rum rebellium et iura proveniencia et que provenire possunt
ex dictis sentenciis inhibentes universis tam principibus eccle-
siasticis et secularibus, quam presidibus et magistratibus ac ordina-

ius iudicibus iusticiariis officialibus quibuscumque, ne se de dictis rebus bonis hereditatibus iuribus ac iurisdiccionibus seu dominiis dictis civibus et communitati Utinensi per nos ut prelibatur[1] dimissis et concessis motu proprio necnon senteнciis processibus aut ad cuiuscumque instanciam contra presentis nostre largicionis indultum et decreti formam quomodolibet ingerere aut eas examinando audire discutere in toto vel in parte aut diffinire sine expressa et speciali licencia nostre maiestatis presumant, set tantum imperiali consistorio de ipsis quando opus fuerit, in iudicio et extra iudicium valeat experiri. Quod si quis contra predicta attemptare presumpserit, nostram et sacri imperii indignacionem noverit se incursurum, salvis tamen in premissis iuribus alienis nostrorum dumtaxat et sacri imperii fidelium quorumcumque, presentibus etc. Datum Utini anno quo supra[2] XXIIII die maii, regnorum ut supra.

1./ f 48   2./ 14 13.

1413. 30 Maggio. Serravalle. Sigismondo Re dei Romani ordina al Consiglio Comune di Udine di dare ai fratelli Antonio, Francesco, Giovanni e Bortolameo Baldana q. Nicolò di Udine fedeli suoi tanti beni in Terenzano e Cussignacco?) appartenenti a Tristano e Francesco di Savorgnano ribelli, fino all'importare di 680 ducati.

Registro del re Sigismondo E f. 51.

Donacio pro Antonio et fratribus eius de Baldona civibus Vtinensibus.

Sigismundus etc. Honorabilibus.. decem deputatis consilio et communitati terre Vtini nostris et imperii sacri fidelibus dilectis graciam etc. Quia nostra maiestas pro Antonio Francisco Johanne et Bartolomeo fratribus et filiis olim honorabilis Nicolai de Baldana civibus Vtinensibus ibidem nostris que et sacri imperii fidelibus dilectis de bonis et hereditatibus immobilibus seu stabilibus, que olim Tristandi de Sauvignano et Francisci fratris eius coniunctim vel divisim prefuisse noscuntur, et ob infidelitatem et notoriam rebellionem eorundem T(ristandi) et F(rancisci) ad fiscum nostrum regalem devolutis et applicatis disposuit provideri ad summam et quantitatem sexingentorum et LXXX ducatorum auri, eapropter universitatis vestre fidelitati districte precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia de hereditatibus seu bonis et possessionibus annotatorum olim Tristandi) et F(rancisci) eius fratris et praesertim de omnibus et singulis bonis seu possessionibus cum earum affictibus seu proventibus et iuribus villarum Terrenczani et Collimulani[1] vocatorum secundum modum et formam extimacionis, quam ceteris concivibus vestris et signanter Johanni Antonio olim Stephani Bertolini et Corbello concivibus vestris de certis porcionibus hereditatum eorundem T(ristandi) et F(rancisci) fratrum vos fecisse constat, memoratis Antonio et eius fratribus simili et per omnia equipolenti extimacione porcionem ad valorem et summam predictorum VI^c et LXXX ducatorem se extendentem ad situm familiarium nostre maiestatis ad hoc deputatorum, si opus fuerit, dare assignare et concedere debeatis, per ipsos Antonium et eius fratres eorum heredes seu quoscumque, quibus ius suum dederint, perpetuo possidendam tenendam pariter et habendam aut prout eis placuerit disponendam, ipsos nichilominus ad realem pacificam et corporalem possessionem porcionis

1) Forse Cussignacco, giacchè non esiste in Friuli alcuna villa del nome di Collemulano.

prelibate inducatis et defendatis et in perpetuum manuteneatis eciam nostra regia auctoritate inductos ammoto ab inde quolibet illicito detentore sive impetitore, vestras quoque litteras more in talibus consueto pro eisdem conficiendas dare debeatis, ulteriore ad cautelam et tandem processum negocii huiusmodi nostre maiestati fideliter et seriose rescribatis et presentes post lecturam reddite postulanti. Datum Seravalle anno ut supra[2], penultima die maij etc. ut supra.

Ad mandatum domini regis Iohannes prepositus sancti Stephani vicecancellarius

1./ et apposto sopra la linea. 2./ 1413.

1413 5 Giugno. Belluno. Sigismondo Re dei Romani dà in pegno ad Enrico Conte di Gorizia le città di Cividale, Belluno, Feltre, Cordignano, Serravalle e la Contea di Gymmel.

Registro del re Sigismondo E f 49'.

Graf Heinrichs von Görz houbtmanschaft für XVI^m guldin.

Wir Sigmund etc. bekennen etc. Als wir den wolgebornen Heinrichen graven zu Görcz und zu Tyrol etc. unsern lieben swager und getruen unsern und des richs houbtman über die nachgeschriben stet und slosz mit namen Civitat, Bellun, Velters, Cordian, Serauall und über die vesten und grafschaft zu Gymmel mit allen und yglichen iren rotten vesten clusen und andern zugehorungen vormals gemacht und geseczt haben, daz wir angesehen und gnediklich betracht haben solich merklich nuczlich und getrue dienste, die uns und dem riche der vorgenant H(einrich) in dem krieg, den wir nehsten mit Venedigern gehebt haben, und ouch sust langczyt nuczlichen williklichen und unverdrossenlich getan hat, teglichen tůt und furbas tůn sol und mag, und haben dorumbe mit wolbedachtem můt gutem rate und rechter wissen den vorgenanten H(einrich) über die vorgenanten stete slosz und vesten und ouch die grafschaft zu Gymmel mit allen und yglichen iren und iren yglichen und yglichs herrlikeiten zinsen gulten renten czollen geleyten rechten eren nuczen und zugehörungen, woran oder wie die genant sind nichts usgenomen, unsern und des richs obristen houbtman und verweser gemacht und bestetigt, machen und bestetigen in kraft diszs briefs und Römischer kuniglicher machtvolkomenheit mit solher bescheidenheit, daz derselb H(einrich) und sin erben sün und tochter die obgenant houbtmanschaft und verwesung über die vorgenanten stete slosze ~~und~~ vesten grafschaften und zugehorungen von unsern wegen und in unserm namen innehaben und der gebruchen und geniessen sollen und mögen von allermeniklich

ungehindert, als lang biz daz wir oder unsere nachkomen an dem riche Römische Keiser oder Künige demselben H(einrich) oder sinen vorgenanten erben geben und beczalen XVI tusent ungrischer guldin guter und geber, die wir im von der vorgenanten siner dienste wegen recht und redlich schuldig sin und wir oder unser nachkomen an dem riche sollen in oder sin vorgenanten erben von der yczgenanten houbtmanschaft oder verwesung nit entseczen, in sin dann die vorgenant XVI^{m} gulden gancz und gar und ân allen abslag der nütze der egenanten stett slosz veste grafschaft und zugehorung gericht und beczalt oder abergeben geantwurt. Dorumb gebieten wir allen und yglichen vicarien reten amptluden und burgern gemeinlich der vorgenanten stete sloszer grafschafte und ouch allen andern gemeinen luten, die zu den vorgenanten steten sloszen vesten und grafschafte gehoren, ernstlich und vestiklich mit diszem brief, daz si dem vorgenanten graf H(einrich) unserm lieben swager in allen rechten redlichen und czimlichen dingen und gerichten an unser statt genczlich gehorsam und gewertig sin und dawider nit tün sollen in dheinweis, als lieb in sij unser grosse ungnad zu vermijden. Mit urkund etc. Geben zu Cibidat Bellun nach Christi geburd XIIII^{c} jar und darnach in dem XIII jar, des nahsten montags vor pfingsten, unser riche ut supra.
Ad mandatum domini regis Michel de Priest.

1413 7/6

1413. 7 Giugno. Belluno. Sigismondo Re dei Romani dona a Andrea di Sbrogliavacca q. Gio. Tomaso, canonico di Udine, tutti i beni cioè campi, prati, boschi ecc. nella villa di Butrio e prati presso S. Gottardo e Laipacco nei pressi di Udine, già appartenenti al ribelle Tristano di Savorgnano.

Registro del re Sigismondo E. f 54.
Pro Andrea Sbrogglavaca donatio, ut supra.
Item pro Andrea de Sbroglavaca quondam Johannis Tomasii canonico Utinensi. Donacio omnium et singulorum bonorum, que in villa Budrii et eius pertinenciis, videlicet vineas agros prata et silvas, item duo prata, unum circa Utinum penes sanctum Gothardum vocatum Ryncho, et aliud quod vocatur El pra dal Vronol situm prope Laypachum, que sunt Tristanni de Sauorgniano in forma, ut supra de Sauorgnianis. Datum Belluni anno etc., VII die iunii regnorum ut supra.
Ad mandatum domini regis Johannes prepositus etc.

1413. 20 Giugno. Feltre. Sigismondo Re dei Romani dona a Cristoforo Valentinis capitano di Udine beni dei fratelli Tristano e Francesco di Savorgnano nelle ville di Bertiolo, Fauglis, Gregiis (forse Griis), Mortegliano, Codroipo e Sammardenchia fino al valore di 13 marche ad usum curie.

Registro del re Sigismondo E. f 55.
Pro Kristoffero de Valentinis de Vtino donacio.
Pro Kristoffero Valentini de Valentinis protunc capitaneo Vtinensi donacio bonorum Tristandi et Francisci de Sauorgniano scilicet in villis Bratiolo, Faualis, Gregiis, item Martigliano, Codrypo et Semerdencha, que bona adusum curie de redditibus iuxta ritum patrie se extendunt ad XIIII marcas. In forma per totum ut supra. Datum Feltri XX die iunii etc. ut supra[1].
Ad mandatum domini regis Iohannes prepositus etc.

1./1413

1/13 21/1

1413. 21 Giugno. Feltre. Sigismondo Re de' Romani dona al nobile Guglielmo di Prata, tutti i beni di Tristano e Francesco di Savorgnano, esistenti in Firmano nel Friuli.

Registro dell'imperatore Sigismondo E. f51'.

Item pro nobili Guillelmo de Prata donacio omnium bonorum Tristani et Francisci fratrum de Savorgnano situatorum in loco Firmano in patria Forijulii, prout in formis superioribus. Etc. Datum Feltri anno etc. XXI die junii regnorum ut supra.

Ad mandatum domini regis Johannes prepositus sancti Stephani

1/1413.

1413. 21 Giugno. Feltre. Sigismondo Re de' Romani scrive a Lodovico patriarca di Aquileja di esentare Giovanni Ottinger cittadino di Praga e figli dal depositare le merci che conducesse fuori di Venezia per acqua, nonostante la concessione di tale deposito fatta da esso Re al Comune di Aquileja e di poter inviarle ad altri porti del Friuli di maggiore sicurezza ecc.

Registro del re Sigismondo E f 53'.

Pro Johanne Ottlinger cive Pragensi libertacio in Aquilegia.

Sigismundus etc. Venerabili Lodouico in patriarcham Aquilegensis ecclesie electo, principi, consiliario nostro devoto dilecto graciam etc. Venerabilis princeps consiliarie devote dilecte. Quia ex singulari favore et gracia, quibus erga fidelem nostrum dilectum Johannem Ottlinger civem Pragensem nostra serenitas afficitur, consideratis eciam suis multiplicibus meritis, quibus nostro culmini dudum retro lapsis temporibus fideliter et devote placuit, placet cottidie et placere poterit et debebit in futurum, sibi et suis filiis hanc duximus graciam faciendam, ymmo facimus presencium per vigorem, ut ipsi per se vel familiares suos quoscumque cum rebus ipsorum mercimonialibus, quas ipsos vel alterum seu familiares ipsorum suo nomine de Veneciis per aquas educere contingeť, non obstante gracia deposicionum mercanciarum per nostram maiestatem civitati Aquilegensi nuper facta et concessa ad quemcumque alium portum, ad quem commodius et sine periculo ipsis seu alteri ipsorum vel ipsorum marinariis videbitur absque omni impedimento tui aut tuorum applicare possint et per viam que ipsis per patriam Fori Julii tucior et securior placebit, persolutis dumtaxat illis tributis et daciis, que in locis illis, ubi cum eisdem mercanciis applicuerint, dari ab antiquo solita sunt et consueta et non aliis exire valeant libere et secure. Ideo devocioni tue iniungimus ac presentibus seriose mandamus, quatenus considerata presentis nostre gracie serie filios seu familiares prenotati Johannis Ottlinger ipsorumque fa-

miliares et marinarios presencium ostensores, dummodo ipsos sic uti prefertur cum rebus ipsorum mercimonialibus per mare ad alios portus quam ad portum Aquilegensem applicare contingat, per te aut tuos ad custodiendum tales portus deputatos nullatenus facias seu permittas impedire, dampnificare seu quovismodo perturbare, quin pocius ipsos nostre maiestatis in persona manutenere et protegere debeas ac fideliter defensare. Datum Feltri anno ut supra, XXI die iunii regnorum ut supra.

Ad mandatum domini regis Michel de Priest.

1.) Le parole ad quem apposte sopra la linea.

1413. 21 Giugno. Feltre. Sigismondo Re: de' Romani dona ad Antonio e Giacomo Cignotti di Udine fratelli; alcuni beni de' Savorgnani ribelli, cioè saline in Muggia, e redditi in Monfalcone, Cassegliano, Ariis, S. Canciano e Fogiano; un prato presso Udine ed un mulino e redditi in Mereto di Corno.

Registro del re Sigismondo E. f 55.
Pro fratribus de Czignotis de Vtino donacio.
Pro Antonio et Iacobo fratribus de Czignotis de Vtino donacio bonorum T(ristandi) de Sauorgniano, item certas salinas sitas prope Muglam, item certos redditus in Montefalkono et certis 1/villis1/ ibidem propinquis,1/ scilicet Choscheglan, trgis, sancto Conciano et Foglano, qui annuatim extendunt se ad staria frumenti XXVII, milei III, avene IIII, surgi VI, solidos XL et unam libram piperis, item unum pratum prope Vtinum iuxta aquam Cormors,1/ item in villa Mereti de ~~Guarno~~ Cuarno staria frumenti III, milei III, avene III, item molendinum ipsius T(ristandi), quod solebat olim tenere Iohannes Leonardi Sabide de Vtino, ut supra per totum. Datum Feltri XXI die iunii, etc.1/
Ad mandatum domini regis. Iohannes prepositus etc.

1/sic. 1/1413

1413 2 a/

1413 27 Giugno. Feltre. Sigismondo Re dei Romani concede a Mainardo conte di Gorizia ~~le~~ lettera di familiarità e la pensione annua di 2000 fiorini d'oro.

Registro dell'imperatore Sigismondo E. f 51'.
Item pro magnifico Iohanne Meinhardi [1] comite Goriciensi etc. littera familiaritatis cum annua pensione IIm florenorum auri in festo sancti Iohannis Baptiste proxime affuturo et postea sic singulis annis in eodem festo persolvendorum. Datum in Feltres, anno etc. supra [2] feria secunda ante festum sanctorum Petri et Pauli regnorum ut supra.
Ad mandatum domini regis Petrus Waker.
[1] A. [2] 1413.

1413.30 Giugno. Trento. Sigismondo Re dei Romani dona a Guglielmo conte di Prata il castello di Flagogna e una casa in Udine in contrada di Raspeto e tutti i beni nella Gastaldia di S. Vito, confiscate ai ribelli di Savorgnano.

Registro del rè Sigismondo E f. 52'.

Pro Guillelmo de Prata donatio ut supra.

In consimili forma ut proxime supra[1] pro nobili Guilelmo de Prata et heredibus suis donacio castri Flagone, quod fuit Francisci de Sauorgniano fratris Tristandi, propter rebellionem infiscatum, situatum in patria Foriiulii et unius domus site in Utino in contrata Ranseti, que fuit Nicolai Tristanni de Sauorgniano etiam ob rebellionem confiscatum ac eciam omnia bona sita in territorio castaldie sancti Viti in predicta patria ac decimas solitas recipi in predicta castaldia, que olim habuerunt Tristannus et Franciscus fratres de Sauorgniano et Guarnerius de sancto Daniele et ob ipsorum rebellione etc. Datum per omnia ut supra[2] et idem notarius[3].

1) Precede il diploma di 1413 giugno 30 in favore di Antonio e suoi fratelli di Savorgniano. 2) Trento 1413 giugno 30. 3) Johannes prepositus sancti Stephani.

1413. 30 Giugno. Trento. Sigismondo Re dei Romani dona ad Antonio e fratelli di Savorgnano del q. Nassinguerra certi beni di Nicolò e Colautto di Tristano di Savorgnano cioè la casa in Udine abitata già da Francesco di Savorgnano e la Torre e beni in Zuiz? (Ziagnis (sic)) presso Strassoldo.

Registro del re Sigismondo E f 52'.

Pro Antonio et eius fratribus de Sauorgnano donacio.

Sigismundus etc. ad perpetuam rei memoriam etc. Beneficia principum largis amplianda sunt favoribus, ut ex recte consideracionis intuitu per ipsos in alios extendantur et favorabiles gracias aliis complacide largicionis exhibicione effundant. Sane attendentes puram et sinceram devocionem et grata servicia, que fideles nostri et sacri imperii dilecti nobiles Ffranciscus, Bartholomeus et Anthonius fratres quondam Nanszinguerre de Sauorgnano culmini nostro et sacro imperio fideliter et devote exhibuerunt hactenus et incessanter, ad presens exhibent et exhibere poterunt et debebunt fervencius in futurum, sicud nostra regalis maiestas tam fidedignorum veris testimoniis, quam argumentis probabilibus est superinde edocta, omnia et singula bona iura iurisdictiones et reditus preter donos, que Nicolaus Tristanni et Culantus Tristanni nuncupati de predicto Sauorgnano necnon domum, in qua moratatur Ffranciscus similiter frater eiusdem Tristanni acturrim cum possessionibus iuribus et iurisdictionibus quibuslibet [de Ziagnis prope Strassoldum, que bona cum omnibus et singulis eorundem bonis iuribus et iurisdictionibus], quibus Nicolaus et Culantus supradicti nostri et sacri imperii infideles et rebelles coniunctim vel divisim habuerunt tenuerunt et possiderunt, et eorum notoria refellione exposcente ad nostrum fiscum regium pleno iure devoluta et applicata memoratis Ffrancisco Bartholomeo ac Anthonio fratribus de supradicto Sauorgnano et heredibus ipsorum legittimis ex certa nostra sciencia et Romane regie potestatis plenitudine ac omni eo iure et titulo, quo digne possumus, dedimus donavimus ac in feudum nobile committimus et contulimus ymmo libere damus donamus et conferimus per ipsos et eorundem heredes in perpe-

petuum et irrevocabiliter possidendum tenendum pariter et habendum dandum donandum alienandum et quidquid eisdem seu eorum heredibus aut cui ius suum dederint [, placuerit, faciendum] 3/ inhibentes universis et singulis principibus ecclesiasticis et presertim patriarchis moderno et futuris aut qui pro tempore erunt eorumque officiales et secularibus quam presidibus et magistratibus ac ordinariis iudicibus iusticiariis et officialibus quibuscumque, ne se de predictis rebus bonis fructibus sive redditibus ut supra expressis motu proprio aut ad cuiuscumque instanciam contra presentis nostre donationis concessionis infeudationis et largicionis indultum sine expressum 1/ et nostre specialis 1/ maiestatis licentia quomodolibet se ingerere presummat, 2/ sed tantummodo imperiali consistorio de ipsis quando opus fuerit in iudicio et extra iudicium valeat expairi. Quod si quis contrarium attemptare presumserit, indignacionem nostram gravissimam et sacri imperii se noverit incursurum, presentium etc. Datum Tridenti anno etc. XIII^mo^, ultima die iunii.

Ad mandatum domini regis Iohannes prepositus sancti Stephani.

1/ sic. 2/ seguono cancellate le parole: ut infra. 3/ placuerit, faciendum manca nel registro.

141: 1/

1413. 8 Settembre. Coira. Sigismondo Re de' Romani concede lettera di familiarità e salvocondotto ad Antonio di Savorgnano.

Registro dell'imperatore Sigismondo E f. 51:

Item pro nobili Antonio de Savorgnano littera familiaritatis cum salvo conductu. Datum in civitate Curiensi, anno ut supra[1]; die octava septembris, regnorum ut supra.

Ad mandatum domini regis Michael de Priest.

[1] 1413.

1415. . . . . . Sigismondo Re di Romani investe Enrico e Giovanni Mainardo fratelli Conti di Gorizia dei loro feudi e del giudizio di Flambro nel Friuli.

Registro del re Sigesmondo E. f. 172.

Graven von Gorz lehen.

Wir Sigmund etc. bekennen etc., das fur uns komen ist tzu Costentz in unserr und des richs stat, da wir mit tzierheit under unserr Romischen kuniglichen cron gesessen, der wolgeborn Heynrich grave tzu Gortz und tzu Tyrol etc. unser lieber swager und hat uns diemütiglich gebeten, das wir im und dem wolgebornen Johansmeinharten greven tzu Gortz und tzu Tyrol etc. unserm lieben neven und getruen sinem bruder ire graffschaft tzu Gortz mit irer zugehörung die pfallentz tze Kerenden, das gerichte tzu Flamber in Friaul, die graffschaft tzu Hewnburg mit iren nützen und tzugehorüngen czolle, müntze, jarmarkte, wochenmarkte, pan, echte und alle andere ire lehen rürent tzu verlihen gnediclich geruchten. Des haben wir angesehen redliche bede und ouch soliche fruntschaft und liebe, damit uns die vorgenanten Heinrich und Johansmeinhart gewont ist und ouch getrue, nütze anneme und unverdrossene dienste, die sy uns ofte costlich und nüczlich getan haben, teglichen tun und furbasz tün sollen und mogen in kunftigen cziten und haben dem vorgenanten graff Heinrichen als von sein und graff Hansmeinhart sines bruders wegen in gegenwertikeit unserr kurfursten fursten greven edeln und getruen mit wolbedachtem müte gutem rate und rechter wiszen mit unserm kuniglichen scepter und andern gewonlichen schonheiten ir grafschaft czu Gortz mit iren tzugehorungen, die pfallencz tzu Kerenden, das gericht zu Flamber in Fryaul, die grafschaft czu Howenburg mit aller tzugehorung ire czolle müntze jarmerkte wochenmarkte pan achte und alle andere ire lehen die ir vatter an sy bracht hat und sy yczund besiczen, die von uns und dem heiligen Romischen riche tzu lehen rüret, mit allem dem das wir yn daran verleyen sellen, gnediclich verlihen und verleyhen in due auch von Romischer kuniglicher macht in kraft disz

[Margin: die ir vatter an sy bracht hat und die von uns und dem heiligen Romischen riche tzu lehen]

briefs, doch unschedlich uns und dem rich an unser diensten und sust yederman an sinen rechten und der vorgenant graff Heinrich hat uns doruff von sinen und sines vorgenanten bruders wegen huldung getan mit gelubden und eiden als billich und recht ist. Mit urkund sub maiestate.[3]

1.) Nel codice: graff 2.) sic, invece di: sind. 3.) Il dato di questo documento sarà verisimilmente dal 1415 giugno. Il privilegio antecedente porta il dato di 12. giugno 1415, il succedente di 13. giugno 1415

